b dictione ex lege sit agendum prædictis modis? Respond [b] considera, si lege ciuili, vel imperiali inducitur obligatio imposita necessitate alicui priuato: nec est dictum quo iure debeat explicari: tunc enim agendum est condictione ex illa lege, maxime si in eadem lege dicitur, lege nostra, vel nostrę legis auctoritate hoc fiat vel æquipollens. vt ff. de condict. ex lege. l. vnica, ff. ad leg. Iul. de adul. quod ex his. C. de peti. hæred. l. fi. C. fi. regun si constiterit. C. de suffra. l. vnica C. de iur. delib. l. fi. C. unde vi. in consti. ibi ponitur. C. de do. si quis ar. 3. q. j. redintegranda. & in pluribus aliis. Sed si dirigantur verba adinuicem, ut ipse teneatur facere, considera diligenter, an sit agendum iudicis officio: vt no. C. de edict. diui Adr. tol. l. fi. Quod autem dixi de lege imperiali, uel ciuili, idẽ intellige de municipali. De condictione verò ex moribus non scriptis, dixi, putà circa feudum, & alias causas, quibus iure scripto non utimur, sed ex moribus agitur. ff. de leg. & senatusc. de quib. & 1 di. consuetudo. & §. seq. & c. cuius generale. & c. mos autem. Item de condictione ex iure canonico & iure diuino, dixi, ꝓpter munera & vsuras, & similia. x. di. c. j. 2. q. 3. Euthemium. §. hinc colligitur. ext. de vsur. per totum. & spoliatus repetit sua per condi-
51 ctionem ex canone, redintegranda. ut s. §. prox in fi. † ¶ Sed uidetur, quod vsuræ possint peti per condictionem simpliciter. nam omnis vsura indebita est iure canonico & diuino & ciuili. vt 46. dist sicut non suo. ext. de vsur. quoniam. & c consuluit. in auth. de eccle. ti. Ergo patet, qd per condictionem indebiti repeti possit, sicut & iure ciuili repetebatur, quod erat ultra licitum modũ. ff. de cond. indeb. si non sortem. in princ. Nam hodie nulla est, q̃ non sit vltra licitum modum: ut in præ. concor. Non tamen cõsulo, quod te arctes ad condictionem indebiti: sed pete, ut patet
52 ℑ. in tracta. lib. in titu. de vsuris. † Si verò negotium, quod proponitur, tale est, quòd ex eo non detur actio, sed quasi actio, id est iudicis officium, age ipso officio, & illo utere agendo, excipiẽdo
c & replicando: quæ dic, ut s. de offi. iud. [c] ¶ In summa no. tu aduocate actoris: nam debes attendere diligenter. an is, qui alieno nomine est in iudicio, sit tutor, uel curator, uel actor, uel administrator personæ, uel universitatis: & sis instructus in proponenda actione utili, non directa: s. uer. sed & si uis. & uer. & no. q. Econuerso aduocatus rei consideret, si est directa proposita, & non utilis: uterque circa hoc uideat. ff. quod cu. uni. no. l. fi de const. pec. l. eum qui. §. pen. ff. de admi. tu. quot. in prin. ff. quando ex fac. tu. l. 2. C. eod. per totum. & C. arb. tu l. 2. ff. de euic. illud. §. una. ut cũ debuerit proponere directam actionẽ, illam proponat: cum uero utilem, illam etiam ꝓponat: alioquin reus absoluetur ab inepta petitione. ut ff. si mens. fal. mo. dix l. 1. §. 1. ext. de iud. examinata. Et iudex causam absolutionis in sententia inserat ut ℑ. de sent. §. qualiter. uer. uerum si rationes. sed licet sit absolutus. nihilominus poterit post acta proponi ut in ead. dec. & ff. de pig. grege. §.
53 si subꝓditione. & de redhib. l. omnem. §. pen. † ¶ Quid si propo-
d suit vtilem, cũ debuit directam proponere: vel econtrà: [d] nunquid valet talis petitio? Videtur, quod sic per ar. ff. de neg. gest. l. antepen. Sed dic contrà: nam refert, vtrum proponat vtilem, ve. directam. ff. de euic. minor. §. 1. Quid ergo, si proposuit directam petitionem hær. ditatis, cum deberet proponere vtilem? Respõ. non bene proposuit. ff. de peti. hæred. nec vllam. § si quis sciens.
54 † ¶ Sed [e] nunquid tenetur quis dicere, utrum proponit vtilem,
e vel directam? Videtur, ꝙ sic: ne actionum turbentur officia, C. de testa. consulta. quia diuersi sunt effectus. per talem enim quæritur vtilis, per quem directa quæri non posset. ff. solu. matrim. l. Caius. ff. ad exhibend. si res. ff. de pact. si pater. ff. de procu. in causæ. §. finali. & tali datur vtilis, cui non daretur directa. C. de hære. vel ac. ven. emptor. & l. postquam. C. de action. & obliga. l. 2. & in talem datur utilis, in quem directa non daretur. ff. commo. sed mihi. 1. respon. ff. de actio. emp. l. Iulianus. §. si procurator. Et pro tali re daretur una, pro qua altera nõ daretur. C. de don. inter ui. & vxo. marito. ff. de don. causa mor. qui mortis. ff. de superfi. l. 1. §. quod ait. Item vna datur ex mẽte. alia ex uerbis. ff. de seruo cor. ut tantum. 1. ff. ad l. Aqui. qui occidit. §. si quis. ff. si quad. pau. fec. dic. l. pe. ff. de peti. hære. nec vllam. §. quod si quis. Item sæpe una præfertur alteri. ff. de procu. procuratorem. ff. de pact. si cũ em-
55 ptorem. † ¶ Item utilis proprio, directa uerò nomine cedentis proponitur. ff. de don inter uir. & uxor. cum uir uxori. C. si cert. pet. si absentis. Item utilis intentatur sine cessione, directa non: quia ossibus inhæret. ff. de transact. l fi. ff. de pecu. quis ergo. Item vtilis competit ei, qui habet utile dñium: directa, nõ habẽti directum. ff. quod met. caus. metum. §. nolenti. Item non solum substantia, verum etiam tempus & qualitas actionis est in libello ponenda. ff. de tribu. quod in hæredẽ. §. eligere. Arg. cõtrà. C de natu. lib l. legem ff. quib. mo pig. uel hypo. sol. si eum. §. si debitor. ff. de ap. l. 2 Inst. de fideicom. lib §. sed quæritur uidetur enim sufficere causam proponi. C. de edi. diui Adria. tollen. l fin. SOL. Si causa, quæ proponitur, sit adeò certa, quod perpendi possit, vtrum utilis, uel directa competat, satis est actionem proponi, licet non dicatur vtilis, vel directa: cum etiam sufficiat sola causa, quia certus est reus, vnde non refert, quomodo: arg. si cer. pet. ff. de neg. gest. actio. Hic ergo propter multas diuersitates vtilis & directa nequit sub certa regula comprehendi: bonus tamen iudex, si expedire viderit, faciet hoc in libello specificari, arg. ff. de vsur. mora. ff. de interro. act. si defensor. § illud in quib. autem casib. datur ab initio vtilis. no. C. de act. & ob. l. 1. & vide s. de p-
56 cur. §. sequitur. ver. sed nunquid agens. † ¶ Quid si proposuit aptam causam. sed ineptam actionem: vel econtra: nunquid valet talis petitio? Dic, quòd non: arg. C. de formulis, & ea. impe l. 1. & 2. & iunge hic, quod habes ℑ. de lib. concep §. ad huius ti. & § iuxta. Hoc quoque non est omittendum, quòd talis libellus admittendus est, Ago contra talem qui molendinum, vel domum, in tali loco in preiudicium meum facere nititur: vt probatur extrà,
f de offi. deleg. cum olim Abbas. [f] Sed contrà: quia hic non agitur de obligatione adhuc contingente, sed de futura: & sic contra. ff. de iud. non quemadmodum. ff. de vsuris. l. 1. §. 1. ext. de re iud. abbate. de eccles ædific. ad audientiam. ij. Dicunt quidam. quod ex quo fit apparatus ad ædificandum, agi potest ff de pollic. l. 1. Melius dic, quod præd. dec. cum olim, non dicit agendum super futura obligatione, sed de gratia ibi dantur iudices ad cognoscendum de futura obligatione. Item etiam prius quam ædificaretur potest agi negatoria, dicendo: nego tibi ius esse in tali loco ædi-
g ficare. [g]

ADDITIONES.

a Scias. ¶ Et no. in præd. §. fi. Inst. de interdic. in glo. pen. & plenè per Rof. de act. in fa. præscrip. verb. & rubricis seq.

b Respondeo. ¶ Secundum Vber. cuius sunt uerba: uide, quid dicam ℑ. de obli. & sol. in fi.

c De off iud. ¶ Hac occasione sumpta continuauit hic Vber. tractatum de officio iud.

d Econtrà. ¶ De illo qui intentat directam, & probat vtilem. vide per Cyn. C. de act. & ob. l. 1. in vlt. q. ver. pe.

e Sed. ¶ Iste ver. fuit additio: de quo aliquid dixerat Alber. Gal tit. de proc. in rem suam: sed hic aliter & plenius. ¶ Adde, an ille qui agit ex iure cesso, debeat hoc exprimere in libello: Alex. consi. 136. 2. lib.

f Abbas. ¶ Vbi hoc scripsi super ver. nititur.

g Aedificare. ¶ De hoc satis ℑ. de causa pos. pe. & vlt. colum. Adde, quæ scribuntur in l. si prius. ff. de ope. no. nunc. Adde tu, an procedat petitio, si quis dicat, Ago ad præstandos sumptus futuræ litis? dicas tex. in l. nouissimè. dicit ibi Bal. notabiliter. ff. quod fal. tu. autore.

SVMMARIVM.

1 *Conueniri se percipiens petitione hæreditatis, uel quorum bonorum, quo re medio vtatur.*

2 *Actiones quæ omnibus modis contra inuitum dantur, quæ sint. Inanis est actio quam inopia debitoris excludere videtur.*

3 *Periurium nō debet pro temporali commodo incurri: & potius debet quis mala temporalia pati, quam malo animæ consentire.*

4 *Dilationem petere debet ante litis contestationem, qui conuenitur de re empta uel quasi ut idem denuncietur actori.*

5 *Volens venire ad litis contestationē, videre debet, an in libello sit aliquid ambiguum, ut illud faciat remoueri.*

¶ Qualiter reus in actionibus se habere debeat.

3. §. In anterioribus actorem in proponendo actionem, seu petitionem, instruximus. Cum igitur reus nudus non debeat contendere: nec inermem se inimico opponere, vt 3. q. 2. oportet. & ext. de rest. spo. frequens. lib. 6. idcirco reo clypeū defensionis paremus, ut aliqua ad eius instructionē breuiter suppo
a nentes. Tu igitur aduocate rei [a] si videris libellum sit ꝓceptum, vt eo probato actor debeat obtinere, diligenter considera, an agat ꝓtra te actione reali, vel mista, scilicet in rem & in personā, vel personali In primo casu & in secundo, vide, vtrum intentet tantum ratione possessionis: & tunc si non possides, res est in expedito: quia dices, te non possidere, vt ff. de rei vend. in rem. ext. de app. ex parte. 3. quod quidem potest intelligi de mista, siue in rem scripta, quando intentatur ratione solius possessionis, non ratione doli, uel delicti: sed si tenes alterius nomine. paratum est tibi nouum auxiliū, si non habes ius in re: tunc enim nominabis dominum in iudicio. C. ubi in rem ac. l. 2. ext. vt lit. non contesta. quoniam frequenter. §. quòd si super. & eodem modo, si defendis alium, qui possidet. vtetur beneficio nouæ ꝓstitutionis prout vno modo legitur. C. vbi de cri. agi opor. auth. qua in prouincia.
b versi. eo autem absente. vbi de hoc. [b] quod dic, vt in authen. de trien. & se. § il ud quoque. col. 3. q͞p si tuo nomine possides, age, si vis, vel submitte defensorem non alienando, ne cadas in edictū de alie. iu. mu. sed patiendo eum: & vide super his. ff. de ali. iu. mu. cau. fa. per totum, & præcipue. l. item. & l. non solum. vt j̄. ti. ꝓxi. & ille veniat coram iudice, dicens se possidere, & paratum rem
c defendere: [c] & sic poteris iudicium euitare. ff. de inter. act. qui ser uum. § in iur. q͞d non est omnino sine periculo, ut ibi no. secun-
d dum Vber. vide [d] ergo, quod ille sit tibi fidelis: alioquin non committas te sibi, quia forte uteretur perpetua retentione, ext. de excep. prælat. illud. & iunge hic quod no. s̄. de actore ver. item eludi tur agens & seq. & j̄ de interroga. § nunc de interrogationum. Ibi etiam plene no. qualiter proceditur contra illum, qui cadit à
1 possessione, ¶ † Si autem uideas te ꝓueniri petitione hæreditatis vel quorū bonorum, quæ sunt mistæ, siue in rē scriptæ actiones, doctrinam, quam s̄. §. prox. dedi aduocato actoris, satis potes in te seruare. Potes etiam addere, quia si possides res hæreditarias sine titulo, habeas aliquem tuum fidelem amicum ad hoc competentem aliqua ratione, seu occasione: & fac, quod sit in possessio
e ne: & post eme ab eo iusto pretio, uel parum minori. [e] ita ꝙ teneat venditio. ext. de emp. & vend. cum dilecti. & c. causam. ff. de pe. hæ. sed si possessor. & quasi per totum: & hoc fieri potest ante
f litem cōtestatam, & post, secundum Vber. [f] †¶ Quid si forte con
2 uenit is personali actione ex delicto, uel quasi, vel locato, uel depositō, vel mutuo, vel promisso, vel quocunque alio contractu, vel quasi, illa magis timenda est, quia datur contra inuitum omnibus modis, ut ff. de pec. in summa in fin ext. ut lit. non contest. quoniam. 10. q. 2 hoc ius. Si tamen talis est actio, quam multum timeas, posses alienare immobilia tua, & ꝓtium occultare, & bonis cedere, ext. de sol. c. fi. quia inanis est actio, quam inopia debitoris excludere uidetur. ext. de resti. spol. olim. 2. ff. de dolo, nam
3 is. Caue tamen de periurio, † quod pro nullo temporali commodo debes incurrere. 22. q. 1. c. fin. 1. q. 7. sancimus, imò potius debes omnia mala tēporalia pati, quam malo animæ cōsentire. 32. qō. 5. ita ne. ext. quod me cau. sacris. ext. de hom. susceptum. Nam oportebit te iurare iudicare res tuas, & quod in fraudē nō desisti possidere C. & ff. de his, qui bo. ce. poss. per totum. ff. q̄ in frau. cre. per totum. Si autem non times præmissa, uenias ad iudi-
2 cium, si uis. † ¶ Sed & si conueniris de re empta, vel quasi, pete di
g lationem ante litem contestatam, ut idē denuncies auctori tuo, [g] vt ff. de leg. 3. qui concubinam. §. hæres. ext. de emp. & ven. c. fi. Ille enim te docebit in exceptionibus dilatorijs & alijs, & te defendet: & sic non est contra. ff. de euic. si rem. §. quolibet tempore. & forte non nocebit actori suo, si omittas aliquas dilatorias. ff. mā. si fideiussor. § in omnibus, & §. quædam. Si vero non habes hanc defensionem, esto coram iudice, dicens, te paratū actori dare, si quid debes: & nisi probauerit, absolueris. ff. de procu. si reus. Inst. de ꝓpet & temp. ac. in fi ext. de probat. ex literis. de iureiu. cap. fi.
5 † ¶ Item si volueris venire ad litis cōtestationem, vide, si aliquid est ambiguum in libello, & illud facias remoueri. vt j̄. de lib. con-
[illegible].ver. item non ualet, si sit obscurus, quem §. hic intelli
[illegible]tem si sunt plures actiones, uel causæ, fac eum eli-
[illegible]& si mutauerit causam, uel actionem, redeas ad
[illegible]as. [h] quod dic, vt in prædic. §. iuxta. & sic longa uia restat. Item cautus sis in multis, quæ no. s̄. de aduo. §. sequitur videre. ¶ Porrò si conueniris aliqua actione in rem scripta, ut suprà. §. prox. versi. ad hæc. si vis exigere, quod in reali exigendum simpliciter dixi in eod. §. versi. si autem, uel actionem in rem. & sequen. vt ff. quod me. caus. si cum. §. primo. ff. de rei uend. qui petitorio. item sis cautus in eo, quod nota. supra. §. prox. prope fin. uersi. in summa. Qualiter autem admittetur tertia persona volēs ante sententiam, uel post causam, quæ vertitur inter alios defendere, uel agere, no. plene, secundum Papam, ext. de re iudic. cum
i super, de sponsa. veniens. in fi. [i]

ADDITIONES.

a Rei. ¶ Hic incipiunt verba Vber. ad literam mihi char. pen. ver. iam videris. quæ posuit Io. de Deo. cauil. lib. 3. rubr. quid agendum recepto libello.

b Hoc. ¶ Super illo verbo, & puto, q͞ intendit, vt sibi detur tempus ad denunciandum domino: sicut decr. dilectus. de procur.

c Defendere. ¶ Ver. fi. j̄. c. §. remittit de hoc.

d Vide. ¶ Interpositio partim Io. de Deo, vsque ad versi. si autem, hoc tamē medio posuit Vber. quandam magnam gl. quam dicebat positam in illo §. aliqualiter obscuram: ad cuius materiam auctor putauit sufficere remissionem, quam dat.

e Minori. ¶ Dixit Vber. ne ille amicus conueniatur petitione hæreditatis de pretio. ff. de peti. hæred.

f Vber. ¶ Qui dixit, & fortè post.

g Auctori tuo. ¶ Verba Vber. vt dixi, & Io. de Deo. sed an petita necessariò debeat, plenè scripsi j̄. de dila. §. 1. super ver. denunciatoria.

h Oppositas. ¶ Cum aliud sit iudicium Vber.

i In fi. ¶ Ibi parum, quod scripsi in fi. vlt. gl. sed in decr. cum super. scripsi ad saturnitatem in gl. & semper. & gl. quæritur, quomodo & super 2. glo. in cuius fine scripsi qōnem Gof. de duob. episcopis, qui diuisim uendicant abbatem, & eisdem die & hora fertur sententia pro vtroque. ¶ Adde post Bar. in l. sæpe. de re iudi. Petrum de Anc. consi. 334.

SVMMARIVM.

1 *Scienti suam causam agi, si non uenit ius suum defendere præiudicatur.*

2 *Petens se recipi in canonicum, quomodo formare possit libellum contra capitulum.*

3 *Mandatum cum causæ cognitione factum, habet vim sententiæ. & n. 11.*

4 *Recipi se petentes in canonicum, an possit inter se agere.*

5 *Dicentes se per electionem, seu collationem, aut inuestituram ius habere in aliquo beneficio, qualiter possint inter se agere, & qualiter contra capitulum.*

6 *Agens ratione impedimenti, propter quod dicit aliquem non posse ad beneficium eligi, qualis ei incumbat probatio.*

7 *Reus contra quem agitur super electionis confirmatione, uel impedimento potest excipere contra electionem, uel collationem actoris.*

8 *Iudicis potestas non extenditur vltra libellum.*

9 *Capitulum, uel alius, si beneficium de quo agitur, possidet, agendum est contra possessorem.*
Sententia facit ius.

10 *Verbum Adiudicationis, diuersimode accipitur.*

12 *Collatione beneficij ad papam spectante, non est vis, vtrum per iudicem papæ, uel per alium conferatur ei, cui debet de iure conferri.*

13 *Beneficio, de quo agitur, non possesso ab aliquo illorū, qui dicūt sibi debitū non tamen collatum, nulla tunc alteri contra alterum competit actio.*

14 *Pluribus dicentibus aliquam præbendam sibi debitam, cuilibet incumbit sui iuris probatio: superior autem assignare habebit illi, cui deberi videbitur.*

15 *Plures de beneficio agentes, an ad eundem iudicem mitti debeant.*

16 *Fatua est beneficij impetratio sine beneficio acceptandi.*

17 *Rescriptum Apostolicum recipiens ad alicui prouidendum de beneficio, qua forma procedere debeat ad petitionem.*

18 *Apostolica prouisione alicuius de beneficio proxime vacaturo promulgata, potest executor innestire, & irritum decernere, si quid aliud a mandato Apostolico fiat.*

19 *Decretum Apostolicum sub conditione factum, non tenet ante conditionis euentum.*

20 *Forma rescripti, quod executor Apostolicæ prouisionis de beneficio, debet ipsi prouisioni contradicentibus committere.*

21 *Executor ad prouidendum alicui a papa datus, potest etiam illo, ad quem spectat collatio, non monito prouidere.*

22 *Executor ad prouidendum alicui de beneficio, an debeat admittere exceptiones contra personam ante prouisionem factas.*
Merus executor rescripti Apostolici non habet necesse causas exceptionum oppositarum cognoscere.

23 *Vices suas non potest alteri committere is, cui commissa est prouisio alicui de beneficio à sede Apostolica facienda.*

24 *Episcopus, cui à papa scribitur, ut prouideat alicui de beneficio, si quod ad suam collationem pertinet, an poterit de alterius beneficio non vacante, ad collationem tamen ipsius pertinente, prouidere.*

25 Prouidere

25 *Prouidere de pensione non potest quis cogi per literas super prouisione impetratas.*

26 *Scholaris primam nondum habens tonsuram, an possit super beneficio literas impetrare.*

27 *Concessio beneficij a papa, vsque ad sui beneplacitum tenendum, expirat ipso papa expirante.*

28 *Optans reseruans, uel suspendens beneficium, semper hoc facere debet de certa præbenda.*

29 *Literæ Apostolicæ generales de prouidendo alicui de beneficio, nõ possunt intelligi de beneficio ad præsentationem patroni laici pertinente. Ecclesia parochialis cui possit commendari, & quanto tempore.*

30 *Executor mãdati Apostolici de prouidendo alicui de beneficio ad collationem alicuius abbatis, uel conuentus spectante, an possit prouidere de beneficio ad collationem abbatis tantum spectante.*

31 *Executores per generales literas deputati, an possint inhibitiones generales facere ordinarijs, quibus spectat beneficiorum collatio, ne illa vacantia conferant.*

¶ De actionibus seu petitionibus canonice tractat.

4.§. Super petitionibus & actionib. aliqua sub breuiloquio ciuiliter præstrinximus: nunc autem aliqua de his canonice transcurramus & cum hæc materia multos habeat angulos, plenecq; sit à magistris tradita, idcirco eam prosequi ad præsens omittimus, sed te ad nostrum aureum Repertorium remittimus, vbi sub tit. de iudic. & de lib. oblat. multa tacta poteris reperire. Verum quoniam materia de petitionibus beneficiorum quotidiana est, & multis ignota, idcirco de hoc aliqua disputemus. [a] Nota igitur, quod si alicui capitulo scriptum est, vt aliquos debeant recipere in canonicos, & in fratres: hi, pro quibus scriptum est, possunt agere contra capitulum, vt eos recipiant in canonicos & in fratres: & licet ex tali rescripto eis non detur actio, per quod non datur ius in re, sed ad rem, prout not. ext. de renun. veniens, & secundm alios, de rescrip. constitutus. [b] & ĵ. de præb. §. 1. per ipsum tamẽ iudicis officium imploratur, vt euidenter probatur ff. de religio. & f. mpt. fune. si quis sepulchrum, in princip. & si talis est casus, quod capitulũ solum alterum de duobus, uel tribus cont a cum agentibus, recipere teneatur, tunc debet eum recipere, qui primus ad sententiam peruenit: ita tamẽ, quod qui primo obtinet, capitulo caueat, quod capitulum seruetur indemne, ne super receptione duorum contra papæ intentionem grauetur. ff. de rei vend. is, à quo. extra, de rescrip. mandatum. secundum ea, quæ no. e. tit. capitulum: & de re iudicat. cum super. Potest etiam & aliter capitulo consuli. nam † cum citatur à duobus executoribus super receptione duorum, significet hoc eis, qui se petunt recipi, vt veniãt, & ius suum defendant: & si non veniat vnus, & alter obtineat contra capitulum, præiudicabitur ei, qui causam suam agi sciuit, & nõ venit ius suum defendere, ext. de re iu. quamuis. Potest etiam capitulum, vbi à duobus executoribus citatur, & arctatur super eodem beneficio, procedere secundum tenorem decre. ext de rescri. cum contingat. Potest etiam obtinere à papa, vt sibi in hac perplexitate prouideatur: sicut factum fuit in præ. capitul. capitulum.

† ¶ Sed qualiter formabit libellum contra capitulum is, qui petit se recipi in canonicum? Respondeo: consideranda est forma rescripti. nam si capitulo mandatur, quod illum recipiat, & præbendam, cum se facultas obtulerit, ei conferat: & tunc facta narratione mandati eiusdem, & qualiter capitulum monitum noluit eum recipere, petat capitulum sententialiter condemnari ad receptionem eius, & a deconferendum sibi præbendam, cum se facultas obtulerit, ext. de concess. præbend. cum super. Quod exemplifica, vt ĵ. in tractatu libel. in ti. de præben. §. 1. Sed & si petit, vt executor eius pronunciet, & declaret sententialiter se per capitulum esse recipiendum in canonicum, & præbendam sibi, cum se facultas obtulerit, conferendam, idem erit effectus: & p. derunt sibi in tantum huiusmodi sententiæ, q̃ si non appel etur ab eis, postea non audietur capitulum excipiens contra eum, uel contra literam suam: ut no. quidam. ext. de rescrip super literis. Alii dicunt, quod iudex hoc casu nõ debet pronũciare: sed cum viderit nil sufficiens contra impetrantem esse probatum, & illius intentionem esse fundatam, mandabit sibi, non obstantibus contra eum propositis. prouideri: & hoc mandatum cum causæ cognitione factum, habet vim sententiæ, vt ĵ. versicu. cæterum.

† ¶ Si vero capitulum non recipit mandatum super receptione illius, sed executori mãdatur, quod compellat, vel prouideat ei, ille præsentata litera executori, instet solum apud illum, vt exequatur mandatum, vel conferendo, si hoc habet in mãdatis, vel mandando capitulo, vt illum recipiat: & si capitulum proponat aliquam causam rationabilem, quare illum recipere non tenet, audietur: vt extra de appel. dilecto. & de elec. cum inter canonicos. & de præsump. capit. fin Sed si non proponat causam rationabilem, uel proponat, non tamen probet. tunc executor compellet: nec est hoc casu necessaria litis contestatio, uel alius ordo iuris: licet forte aliud sit in præmissis casibus, vbi executor partes iudicis assumit, ubi est sententia diffinitiua ferenda, quę sine litis contestatione ferri non debet, ext. vt lite non contes. per tot. Potest etiam peti ad executore, quod ipse, pnunciet se debere procedere ad compulsionem capituli, seu executionem mandati, nõ obstantibus propositis: quod & ipse facere potest, vt ext. de offi. deleg. significantibus. [c] ¶ † Sed nunquid hi, qui petunt se recipi, possunt inter se agere? Respon. non. nam personali actione non possunt, cum alter non sit alteri obligatus ex cõtractu, vel quasi, vel maleficio, vel quasi: nec reali, cum neuter possideat aliquid de iure alterius: imo capitulum potest dici uerius huius iuris detentor. Ratione tamen impedimenti vnius posset alter agere contra alterum: sicut posset contra quemlibet extraneum: argu. extra de excep. dilecti. ff si serui. vendi. si quis diuturno. Respondeo secundo: & tunc agens, pone A. narrabit in libello ius suum, scilicet qualiter papa scripsit capitulo pro ipso, & qualiter capitulum fuit per executorem suum admonitum, vt eum reciperet, & B. præstat impedimentum, ne recipiatur: vnde petet eidem B. sententialiter inhiberi, ne impediat, quo minus recipiatur, & ipsi B super sua contradictione silentium imponi, ut ext. de except. dilecti. B. autem se defendat per omnem modum, videlicet excipiendo contra literas. & contra personam agentis, & de suo iure docendo: quo casu si feratur sententia contra B. reum, qui ius, quod in eodem canonicatu habebat, in iudicium in modum defensionis induxit, in tantum sibi præiudicatur, quod nunquam de cetero de iure suo contra eundem A. potest agere, vel excipere, si de eodem iure inter eos agatur: & hoc propter exceptionem rei iudicatæ. ff de excep. rei iudica. l. & an eadem. ff. de nego. gest. si autem. § fi. An autem sententia lata, vel contra A. qui egit, prodest, uel nocet capitulo? in hoc casu colli ge in his, quę not. extra de re iudica. quamuis. ¶ † Sed quæritur de his, qui per electionem, seu collationem, vel inuestituram ius se habere dicunt in aliquo beneficio, uel præbenda. qualiter possunt inter se agere, & qualiter contra capitulum? [d] Respondeo, si nullus istorum beneficium, de quo agitur, possidet, potest vnus narratione facta de sua iusta electione. & de iniusta aduersarii petitione petere ĵ. alium iudicis officium implorando, suam electionem, uel collationem confirmari: & electionem, vel collationem aduersarij cassari, ext. de elect. congregato. & c. dudum. 1. de offic. deleg. super eo. Ideo autem dixi in libello ponendum de aduersarij electione, seu collatione nam nisi ponatur, nil potest agens petere contra suum aduersarium, nisi eum turbatorem, vel possessorem dicat. ut iam dictum. & ĵ. de electio. §. 1. versi. si uero duæ. De imploratione uero officii iudicis ideo dixi, quoniam in præmisso casu, vbi actor suam & aduersarii electionem, uel collationem narrat, & ratione impedimenti, uel possessionis non agit, neuter contra alium habet aliquam actionem. Reale non, quia non dicit aduersarium possessorem. Personalem non, quia nõ dicit aduersarium ex cõtractu, vel quasi, vel maleficio, uel quasi, sibi obligatum. Sed contra ext. de excep. dilecti. ubi electus non contra electum, nec ratione impedimenti, uel possessionis, sed propter solam contradictionem agit. Sed respondeo, quod ibi electus erat confirmatus, & agebat contra contradictores, ut sibi obedirent: quod potest: vt extra de electio. dudum. 1. uel opponebat se de facto ipsi electo confirmato, ne pacificam possessionem haberet. Si autem vnus ex his, qui non possidet beneficium, de quo agitur, alterum de facto impediat, quo minus possessionem beneficii sibi collati possit nancisci, vel pacificè habere, potest taliter impeditus facta narratione sui iuris & impedimenti aduentitij, contra impedientem agere, ut à suo impedimẽto cesset seu prohibeatur ut in præd. l. si quis diuturno. extr de præscrip. ueniens. ext. de decim. dudum. ext. de causa posses. & propr. cum ecclesia. † ¶ Sed quid oportet actorem probare hoc casu, vbi ratione impedimenti agitur? Respondeo, ex quo non possidet, necesse habet probare se ius in beneficio habere, super quo se impediri pro-

ADDITIONES.

a Disputemus. ¶ Communiter, quæ ĵ. sequuntur, sumpta sunt ex dictis Inn. & Compost. in dec. mãdatũ. de rescr. ut ipse G. fatetur. ĵ. ver. & hæc sufficiãt. item in fi. tit. de præb. ipse auctor ad hunc. §. nos remittit.

b §. 1. ¶ Et patet de præben. si tibi absenti. & de con. præben. c. fi. lib. 6.

c Significantibus. ¶ Si enim pronunciare potest se procedere non debere, vt ibi: fortius ergo se procedere debere: cum per primum neget se iudicem, p secundum asserat contrarium: per eundem modum induci potest de præb. dilectus. 3.

d Capitulum. ¶ Ad materiam vide, quod scripsi post Inn. & Host. de cõcess. præben. quia diuersitatem in gl. quare secundum. & gl. seq.

ri proponit: hoc est, suam collationem, seu inuestituram canoni cam fore. Agit enim ad instar confessoriæ, in qua oportet agentem se dominum, vel quasi probare, ff. si seruit. vendicetur, l. 2. ff. si vsusfructus pet. utifrui. Sed nunquid habeo etiã necesse impedimentũ probare? Respondeo, obtinuit, quod si actor de suo iure probet, licet non probet impedimentum, tamen fertur sententia contra reum, ne actorem impediat vel molestet. Contro uersia enim, quam reus facit litem contestando, & se in iudicio opponendo, satis sufficit, vt uideatur impedimentũ præstare, ar-
a gumen. de rei vendic. is qui ff. si vsusfructus peta. l. fin. [a] † Reus
7 quoque, contra quem agitur super electionis confirmatione, vel impedimento, audietur excipiens cõtra electionem vel collationem actoris, uel contra eius literas, vel personam: prout plene de his modis not. per Ber. Compostel. extra de electio. quod
b sicut [b]. Et si actor ius suum non probat, vel probat, sed per exceptionem repellitur, absoluitur reus etiam si nil de iure suo probet, C. de prob. actor. ext. de iureiur. c. fi. de causa poss. & propr. cum ecclesia. prope finem, etiam si reus sit excõmunicatus: nam ei omnis legitima defensio reseruatur, extr. de exceptio. cum inter. & cap. dilecti de iudic. intelleximus. Et propter hoc diximus quod si reus, qui non ex suo iure se defendit, nec dedit libellum super confirmatione, vel declaratione iuris sui contra actorem sed ex defectu iuris actoris se tamen tuetur, nõ habet necesse respondere positionib. actoris, quæ fiunt super defectu ipsius rei, puta super defectu ordinis, vel sententiæ, uel ætatis, & similibus
8 vt in præ. l. actor. ¶† Sed quid si reus, qui suo iuri non innititur, nec libellum dedit, sponte suum defectum confitetur in iure? Respondeo si actor non probat de iure suo, vel probat, sed per exceprionem repellitur, imponetur actori silentium. In reo vero cõfesso, si causa non coram Papa, sed coram iudice inferiori tractatur, non uidetur, quod cõtra eum, cõtra quem nil fuit petitum, debeat aliquid diffiniri, cum ultra libellum iudicis non extendatur potestas, ff. cõmu. diuidun. l. ut fundus. extra de simo. licet. extra de ordine cognitio. cap. 2. in fine. si tamen postea contra reum in modum actionis, uel inquisitionis agatur poterit, p
pter cõfessionem huiusmodi, licet in alio iudicio factam, monere, vt extra de electione, per inquisitionem. vt infra, de concessione, § nunc videndum. versiculo, quid de confessione. Sed si causa fit coram papa, qui supra ius est, vt extra, de concessione præbendæ, proposuit & nec actor, nec reus habet ius, potest ipse papa, & consueuit, reo priuato, & actori silentio impositio, personæ idoneæ beneficium ipsum conferre. Quandoque vero supplet defectum actoris, quandoque rei: & prout personarum merita & tempus & locus requirũt, facit ipsum eorum alteri assignari, sicut alias contigit: quia si capitulum condemnatum ad receptionem T. non appellauit, nec prætextu alicuius exceptio nis potest contra pronũciationem venire superior tamen si viderit literam surreptitiam potest ex officio suo, quicquid factũ est reuocare: & sic factum fuit, extra, de rescri. ad audientiam. & de re iudica. cum olim extra. de electio. cum dilectus. & probat & nota secũdum Papam, & Ber. Compostel. extra, de officio vi-
c carij, c. j. [c] & de rescrip. super literis. & sic econuerso, si iudex vi-
det aliquid propter quod debeo obtinere, quod tamẽ omisi, p
d ponere, obtinebo, ut extra de concessio. præbend. ex parte [d].
¶ Sed nunquid petens ecclesiam, uel præbendam, vel aliquã dignitatem ecclesiasticam, uel secularem, vel ius patronatus, intẽ
9 tabit rei uendicationem: de hoc j. de religio. domi. †¶ Cæterum si capitulum, vel alius possidet præbendam, vel aliud beneficii, de quo agitur, tunc contra possessorem agẽdum est: & si actor collationi, vel inuestituræ seu confirmationi innititur, narrabit in libello ius suum, & petet præbendam sibi adiudicari, vel declarari per sententiam ad se pertinere: licet in huiusmodi iuribus magis proprie petat actor declarari præbendam ad se pertinere quam adiudicari sibi: quia ius per sententiam non constituitur, sed declaratur, ff. si seruitus vendicetur, sicuti § sed si quæratur. Quandoque tamen per adiudicationem ius cõstitui consueuit, vt patet in iudicio Familiæ erciscundæ, & Communi diuidundo vbi fiunt adiudicationes. nam & sentẽtia facit ius, ut extra, de re
10 iudic. cum inter uos. in fine. †Tamen cum verbum Adiudicationis largius quandoque accipiatur, non quod per illud iudex ius constituat, sed declaret, ut extra de religiosis domi. constitutus. & capitulo, cum uenerabilis. admittimus petitionem, quamuis petat beneficium sibi collatum, vel de quo inuestitus, vel confirmatus est, sibi adiudicari. Et si iudex adiudicet intelligo eum declarasse ius, quod actor in libello narrauit, in beneficio, de quo agitur, habere: & idẽ est in quacunque alia re actori adiudicata. Potest etiam confirmatus & inuestitus, & is cui facta est collatio, petere contra possessorem, vt sua confirmatio, inuestitura, seu collatio debitum sortiatur effectum: vt extra de appellationibus capitulo, constitutus. extra, de concessione præbẽdæ, post
m. & probato de iure actoris, si reus legitimam defensionem non probat, præcipiat iudex possessori, vt discedat à beneficio, & ipsum actori dimittat: iudex etiam esi ad id per iuris
11 remedia coget. ¶† Et præceptum huiusmodi, quod cum causæ cognitione, fit habebit vim sententiæ. C. de appellation. b. hi qui ad ciuilia. ff. de iudiciis, l. si debitori. extra, de re iudicata, p ad consultationem. ff. de confessis, certum. ff. ad leg. in Aquiliam, pinde, vndecima quæstione tertia. qui iubente. ff. de re iudicata quod iussit. ff quod metus causa. metum. §. sed & quod prætor. alias in le. Pomponius scribit. ¶ Sed si ad ipsam præbendam non sim electus, nec de ea forte propter appellationem aduersarij, vel propter aliud impedimentum inuestitus, nec est mihi collata, tamẽ est debita mihi, uel propter præsentationem literarũ cum forma illa, Conferas, uel exequaris: uel quia post receptionem auctoritate papæ factam vacauit: quæritur qualiter potero tunc agere respondeo, si possidetur ab alio, contra possessorem agam, & facta mei iuris narratione petam eam mihi adiudicari, vel mihi debitam, seu ad me pertinere debere pronũciari, extrà de re iudicata, cum Bertholdus. in fine. Institu. de officio iudicis. Et si quæras, quare non similiter agam pro Titio quem mihi promisisti per stipulationem? Respondeo, illa est personalis actio: hic autem realiter ago ad instar confessoriæ, & rem sequar, ad quemcũque perueniat: & tunc iudex, si voluerit in sententia stare in uerbo generali, dicet: Adiudico, ut in capitulo, cum Bertholdus. sed melius faciet, si modum adiudicationis specificet, hoc modo: Pronuncio præbendam, de qua agitur, actori debitam, & sibi de iure conferendam: & tunc actor ibit ad executorem suum, uel ad papam, & faciet eam sibi cõferri, & per implorationem officij eius faciet possessorem amoueri, & sibi restitui. In prædicto etiam casu, vbi prebenda est debita, si iudex est competens, ut iudex papæ, consueuit actor petere non solum adiudicari sed etiam sibi conferri beneficium, & possessore amoto si bi restitui: vt patet infra in tractatu lib. de appellationibus, §. fi. versiculo, i & communiter admittimus in curia has petitiones: & bene, propter anfractus, & circuitus redeundi ad executorem
e vitandos [e]. Tamen quidam dicunt, quod de iure dicta petitio, qua petit sibi conferri, non debet admitti, cum ad iudicem nõ pertineat conferre, sed sententiare, extra de officio delegati.
12 super eo. ¶ † Sed dic, quod iste iudex papæ, coram quo fit dicta petitio, fungitur vice iudicis in sententiando, & succedit in locum executoris in conferendo, & merito. cum enim collatio huius beneficii ad papam spectaret, non est vis, vtrum per hunc iudicem papæ, vel per alium executorem conferatur
f ei, cui debet de iure conferri. cum per hoc nulli fiat præiudiciũ [f]. Sed in casu prædicti capituli super eo. cum tibi papa non intenderet illud conferre, iudex papæ ibi sententiare poterat nõ conferre ne præiudicium fieret ei, ad quẽ de iure spectabat collatio: vt ibi dicitur. Alia etiam ratione hoc apparet: nã si appelletur ab executore dato mihi, ne prouideat. vel ex alia causa, hæc appellatio defert negotium principale, scilicet prouisionis, ad sedẽ Apostolicam, quia est quædã citatio: ut extra. de ele. statuimus. lib. 6. Cum ergo executor non potuerit propter appellationẽ huiusmodi, pcedere quia forte assumpserat causæ cognitionem, & sic ab eo potuit appellari: apparet, p coram auditore in curia petã id, p coram executore petiturus erã, facta in libello narratione decentiam de gratia mihi facta, quam de processu executoris
13 & de appellatione aduersarii. †¶ Si uero beneficium de quo agitur, non possideatur ab aliquo illorum, qui dicunt tantum illud sibi debitum, non collatum: tunc videtur, quod nulla alteri contra alterum actio comperat ex narratis: nisi forsan ratione impedimenti: si alter alterum de facto impediat, quo minus confirmationem, seu collectionem, seu inuestituram consequatur: vt dixi de simili impedimento, supra versiculo, sed quæritur de his qui per electionem. ¶ Alii dicunt, quod licet nullus illorum, qui beneficium, de quo agitur, sibi debitum dicunt, possi-

ADDITIONES.

a L. fi. ¶ Facit, quod scripsi post Inn. & alios, de re iud. suborta. in prin.

b Sicut. ¶ Vt tibi scripsi post suppletiones glossarum.

c C. 1. ¶ Vbi scripsi in vlt. gl. addendo etiam Host.

d Ex parte. ¶ Vbi de hoc in glossa, arg quod & vide, quod dixi de accusa. ad petitionem. in gl. hic continetur. cum suis remissionibus.

e Vitandos. ¶ Et hoc est hodie approbatum per cle. de rescriptis, auditor, & vt tibi no. in 1. gl. petitio collationis non facta in principali libello fieri poterit, postquam pronunciatum fuerit debitum.

f Præiudicium. ¶ Vnde no. in decret. auditor. in vlt. gl. illam loqui, etiam si per literas legati esset debitum: cum id causetur à papa, nec aliter potest esse debitum, vel affectum. Electio enim, vel præsentatio non afficiunt. In illis enim supereſt factum confirmantis, vel instituentis.

dicunt, possideat ipsum beneficium: tamen potest vnus facta narratione sui iuris & aduersarij, petere contra reliquos, ut declaretur beneficium illud sibi deberi: & ut aduersarijs super eo silentium imponatur: non tamen iure actionis hoc petetur sed per officium iudicis, ut de duobus electis dixi in prædict.
14 versiculo. sed quæritur de his, qui per electionem. ¶ † Item videtur, quod tu, qui dicis præbendam tibi debitam non collatam, potes facere quod denuncietur illis. qui simile ius in eadem præbenda dicuntur habere, ut veniant coram executore, uel capitulo ad defendendum ius, si quod habent in ipsa præbenda: & siue ueniant, siue non: potes petere eam tibi assignari: & alij petant similiter: & superior assignabit eam illi cui videbitur eam deberi, & hæc assignatio, cum fiat cum causæ cognitione, præiudicabit eis, qui præsentes fuerint, & quibus denunciatum est, ff. de re iudicata. fæpe. C. de appellation. hi. qui ad ciuilia Sed prædicta denunciatio melius fiet per iudicem, cum forte quis non teneatur aduersario suo credere: ut infra
15 de citatio. §. sequitur, in principio. ¶† Quid si plures de eodem beneficio agunt, nunquid omnes mittentur ad eundem iudicem? Respondeo. non uidetur, quod hoc possit peti de iure, ex quo singuli petunt idem beneficium in solidum. ff. de liberali causa. cognitio. §. si plures. decens tamen est sic fieri: & papa consueuit hoc facere, cum ab eo petitur, & sic fecit in causa V. Mediolanensium coram diuersis de eadem præbenda litigantium: uoluit enim per nos singulorum causas audiri, argument. ad hoc. ff. de liberali causa. si pariter. ff de quibus rebus ad eun-
a dem iudicem eat. leg. prima. secundum Ber. Compost. [a] & C. arbit. tut. omnes. & argumento. C. de indic. nulli. extra. desequestra. possession. capitul primo. & uide infra, de competent. iudic. adit. § primo. uersiculo, quadragesimosexto, & sequent. Et hæc sufficiant circa hanc materiam breuitatis causa. Hoc autem plenius prosequere, secundum Ber. Compost. siue agatur in modum actionis, siue per modum exceptionis. ut nota. extra. de rescript mandatum. & de electio, quod sicut qualiter autem agatur, & petatur, & procedatur in causis electionum & prouisionum, cum in eis appelletur nota plene, secundum Papam &
16 alios, extra de electio. statuimus libro sexto. ¶† In summa nota, quod si scribatur alicui, ut prouideat mihi in aliqua diœcesi
b de beneficio, si quod vacat alioquin de primo vacaturo [b] tunc executor seu prouisor, statim rescripto apostolico recepto ad petitionem impetrantis procedat. & sibi conferat beneficium, si quod vacat: alioquin reseruet suæ collationi primo vacaturum: ut extra, de iure patro. cum dilectus. & inhibeat expresse ordinario, ne illud conferat: ut extra, de concessione præbendæ. quia cunctis. de quibus fiant publica instrumenta: quod si absens sit, id idem per suas literas faciat, quarum tenor iuxta tenorem Apostolicæ literæ ordinetur: & ne res exemplo careat, formam, qua in talibus uti consueuimus supponemus quæ talis est:

17 ¶ FORMA.† Reuerendo in Christo patri tali episcopo, talis reuerentia cum honore. Sanctissimi patris domini Clementis papæ IIII. literas nos recepisse noueritis sub hac forma: Clemens episcopus, &c. posito toto tenore, iungatur sic: Nos itaque volentes (ut tenemur) mandatum eius exequi reuerenter auctoritate nobis in hac parte per dictum dominum attributa, tali præfato prouidimus de beneficio ecclesiastico competen-
c ti [c] cum cura, uel sine cura, si quod ad vestram collationem spectans, uacat ad præsens in ciuitate, uel diœcesi vestra, illudque eidem P. contulimus, ac illum de eo, per biretum nostrum præsentialiter inuestiuimus: alioquin beneficium proximo inibi vacaturum collationi nostræ, imo verius Apostolicæ, reseruauimus eidem P. per nos, uel per collegam nostrum, seu illum vel illos, cui vel quibus in hac parte vices nostras committendas duximus, conferendum. Cuius rei causa vos monemus, vobisq; auctoritate præsentium iubemus. ne ad collationem, seu ordinationem huius beneficii per vos, aut per alium, vel alios aliqua tenus procedatis aut procedi consentiatis: nec quicquã in nostrarum prouisionis, inuestituræ ac reseruationis præiudicium, per uos aut aliũ attententis, vel attentari p̃sentiatis: alioquin tã inconferentem, & quemlibet alium, seu alios prouisionem, collationem, inuestituram, & inhibitionem præfatas quomodolibet perturbantes, seu perturbari procurantes, ex nunc his scriptis excommunicationis sententiam promulgamus: decernentes nihilominus irritum & inane, & decretum fore à sede Apostolica nunciantes: si secus de beneficio huiusmodi Apostolica, vel alia quauis autoritate per quemcunque quomodolibet contigerit attentari. Datum, &c. Impetrator autem hanc literam legat in præsentia ordinarii, & sibi quæ continentur in ea denunciet: de quo fiat etiam publicum instrumentum, uel executor scribat alicui, qui præmissa omnia eidem denunciet: post hoc faciet suum processum per diœceses: & loca, quæ vo-
18 luerit, publicari. ¶ † Si vero tunc non vacabat beneficium, sed post aliquod tempus vacat, tunc executor requisitus facta narratione processus prædicti conferat, inuestiat, & decernat iritum, si quid de ipsis canonicatu, & prębenda, vel beneficio ordinatum, vel factum est: & quicquid per quemcunque & quacunque auctoritate contra suas collationem & inuestituram, reseruationem & inhibitionem fuerit attentatum: & proferat sententias excommunicationis, suspensionis & interdicti in
19 contradictores & rebelles. ¶† Quid si papa sub aliqua conditione sibi scripserat: puta, quod si inueniret illum bonæ famæ, & laudabilis conuersationis & scientiæ cõpetentis, pr ouideret
d ei, &c.[d] tunc facta narratione decenti, qualiter diligenti inquisitione præmissa inuenit illum talem, conferat iuxta præmissa. extr. de præsumpt. c fin. Quod si forte non obstante tali processu ordinarius conferat, vel alii se opponant: tunc executor contra eos potest procedere in hunc modum. Nam potest ipse procedere, prout in sequenti forma continetur: uel si absens sit, potest hoc aliis committere sub hac forma:

20 ¶ FORMA. † Talis tali salutem in domino. Presidente rationis, &c. quod dic vt infra, de sen. §. qualiter, versi si autem arduum, postea iungat sic: Sane nuper ad nostrum peruenit auditũ q̃ non sine graui turbatione cogimur recensere quod videlicet venerabilis pater episcopus talis, & talis, ac talis talem in possessione talis ecclesiæ cuius idem P. verus rector existit, ax collatio ne eidem auctoritate Apostolica per nos facta, contemptis excommunicationum & suspensionum sententijs, quas nos hacte nus in contradictores rubimus & rebelles, quasque fecimus per tales diœceses vel prouincias publicari, impedire de facto nitũtur in illius præiudicium, & animarũ suarum dispendium, & Apostolicæ sedis contemptũ. quo circa discretioni vestræ sub virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna excommunicationis, quam vos ipso facto incurrere volumus, si nostris non obtemperaueritis in hac parte præcepris, districte precipiendo mãdamus quatenus eos in tali ecclesia singulis diebus Dominicis & festiuis in missarum solennijs post lectum Euangeliũ, & in publicis synodis, pulsatis campanis, & extinctis candelis, excõicatos publice nuncietis, omnes vestram excutionem quomodolibet impedientes nihilominus per censuram ecclesiasticã compescendo. Vt autem cuncta circumspectione debita peragantur, volumus & mandamus, vt præfatũ dominum episcopum, cui ob reuerentiã pontificalis officii deferre uolumus in hac parte. prius ex parte nostra seorsum solicite monere ac inducere curetis. quod super præmissis satisfactionẽ exhibeat cõpetentem: alio-
e quin eum excõicatum publice nuncietis [e], mandatum nostrũ, imo verius Apostolicum, taliter impleturi, quod non possitis de neglectu seu inobedientia merito reprehendi. ¶ Licet autẽ has formas tibi gratia exempli posuerim, eas tamen & suum processum debet prouisor secundum tenorem & formam literæ
21 Apostolicę moderari ¶† Hoc quoque sciendum est, quod executor ad prouidendum alicui datus, potest prouidere illi, ad quẽ spectat collatio non monito, vel cicato, vel licet nil illi denunciet, nec literã Apostolicam ostendat, cum sit merus executor. Inde est quod recusari non potest, ut extra, de appellario. nouit.

22 ¶† Sed

ADDITIONES.

a Compost. ¶ Qui hoc not. in decret. mandatum. statim allega. vt ibi scripsi ad fi. & de constit cum M. in gloss. diuersa præsentatio. post prin.

b Vacaturo. ¶ Intendit de spectante ad collationem episcopi, vt patet ex forma sequenti: licet posset litera afficere omnes collatores diœcesis, & quod plus est, etiam prouinciæ, vt patet de concess. præbe. executor. libro sexto sed fatuæ essent tales impetrationes sine beneficio acceptandi, per quas peruenire posset ad beneficium vigesima sol. de quo de clericis non resid. conquerentes. & vide quod statim subdam de forma pauperum.

c Competenti. ¶ In forma pauperum. vsitatur hoc verbum, de beneficio ecclesiastico iuxta suæ proprietatis merita competenti & taxatur summa. & permittitur acceptari minus, & vide, quod scripsi de præben. si pauper. lib. 6. in gl. pen.

d Et cætera. ¶ Ante cuius conditionis euentum non ligat decretum: quod dic vt in clement. de con. præ. capitu. vno. & vide quod ibi nota. super ver. est & prima. Adde secus esse, si in rescripto continetur, si clericus esset vitæ laudabilis. vt per Oldr. consi. lxj. incip. Breuiter. qui declarat differentiam harum clausularum. Adde etiam, quod si ignoranter ordinarius beneficium conferat per gratiam alicui concessum, non potest habens gratiam auctoritate propria occupare ecclesiæ possessionem, nec expellere possessorem, etiam si ille nullam faceret resistentiam: aliter perderet ius suum. vt idem Oldrad. tenet consilio. 319. incip. Super executio.

e Nuncietis. ¶ Hodie circa episcopos seruatur decret. secunda, de offic. deleg. lib. vj.

22† ¶Sed quid si antequam prouideat proponanturexceptiones
a contra rescriptum,vel cõtra personam:nunquid hic executor[a]
ad prouidendum datus debeat eas admittere ? Et uidetur quod
non cum enim sit meri⁹ executor, non habet causæ cognitio-
nem.extrà,de re iudic.de cætero. tamen vtilius est,quod si uelit,
possit exceptiones admittere partes cognitoris assumẽdo: quia
hoc uidẽtur ei mandatum.Quod si audiat aliqua,quæ ipsum mo
ueant,cognoscat de his si uelit,uel negotium ad superiorem re-
mittat.extrà de rescriptis.si quando,de officio deleg.ex parte.de
re iudi.de cætero. de tal.super eo.vel si uelit, poterit omissa caus-
sæ cognitione,& repulsis contradicentibus,implere mandatum
cum sit meri⁹ executor, nisi quando uult partes cognitoris assu
mere ut prædixi. veruntamen si propositis legitimis exceptioni-
bus,& repulsis appelletur, & nihilominus ꝓuideat executor ꝓ-
bata veritate exceptionum, cassabitur collatio alias non cassabi
tur:licet appellans se obtulerit probaturum exceptiones:quia
hæc appellatio extra iudicium interponitur: quo casu non suffi
cit quod appellans legitimam exceptionem proponat,& eam se
offerat probaturum:nisi veritas excepti onum probetur:ut ext.
de electio.cum inter canonicos.quod dic vt j.de appe.§. nouis-
sima.uersi.sed cum s. Sed contra extr.de appellatio.dilecto.in fi.
vbi cassatur processus huiusmodi executorum:quia exceptiones
legitimas coram se propositas non admiserunt, nec ibi de ueri-
tate exceptionis mandatur inquiri. Sed dic ꝙ ideo de ueritate
exceptionis non mandatur inquiri : quoniã iam de hoc ibi con-
stabat per cõfessionem partis,ut ibi dicitur, Vel dic, ꝙ ibi erat da
tus executor ad cognoscendum , qui sine causæ cognitione per
excõmunicationem , uel alio modo nõ debet appellere: ut extr.
de excessib.prela.c.j.hic autem loquimur de prouisore, qui me-
b rum habet ministerium,ut dixi[b].† ¶ Vltimo tamen nota,quod
23 is,cui committitur prouisio facienda,non potest alteri commit
32 confirmantur: quia conferentes ea possunt reuocare. † ¶ Item super numero vnico, uel binario, non datur confirmatio, quod videlicet sit tantum unus, uel duo clerici, uel canonici in ecclesia. Item quoties ulla, pecunia, fundus, domus, seu vinea, clerico petitur confirmari, debet ibi poni, quo ad uixeris nam alias non confirmatur huiusmodi. Item quando confirmantur ecclesiæ in prios usus, ponitur, Prouisis, ut in ecclesiis ipsis per idoneos uicarios seruiatur. Item in confirmatione de ecclesiis in vsus proprios retinendis, ponitur hæc clausula, ita tamen, ꝙ perpetuo vicario, qui pro tempore seruiet in eadem, ad sustentationem suam, & subeunda episcopalia & ecclesiæ onera, congrua portio de ipsis prouentibus relinquatur: extr. de sup. neg. præ. c. 2. extra, de præb. de monach. Item nunquam dantur literæ personæ contra uicarium, quod tantum de bonis, &c. sed econuerso uicario contra personam, sicut quidam dicunt, vt in præ. concord. Item nunquam datur forma illa debita sibi seruitia facere contradicit, nisi aliqua specificentur. ¶ Quandoque vero vidimus talem formam: ¶ FORMA. Conquesti sunt nobis talis Abbas & conuẽtus, quod tales eorum homines se ab ipsorum dominio subtrahere temere molientes, eis debita & consueta seruitia contra iustitiam denegant exhibere: alias super quadam pecuniæ summa &c. Item nunquam debet poni in genere super iuribus episcopalibus, vel archidiaconalibus, nisi unum specificetur. Arg. tamen contra ex. de of. or. conquerente.
33 † ¶ Item quando petitur sententia diffinitiua cũ clerico confirmari, sic dicetur: FORMA. Sententiã ipsam, sicut est iusta, nec legitima prouocatione suspẽsa, auctoritate apostolica cõfirmamus: ext. de testa. Rainutius. in fi. & c. Raynaldus. in fi.

Si vero

ADDITIONES.

a Iudæis. ¶ vt dixerat supra ver. item contra Iudæos.

b Apponi. ¶ Hodie per extrauag. Bonifac. prouisum est per ordinarios, vel delegatos pro pecuniario debito generale interdictum fieri non posse. qꝺ dicit in sua extrauagan. prouide attendentes.

c Clausula. ¶ Quandoq; omittitur hæc clausula in literis cõtra vniuersitꝰ quæ alias coerceri non posset: vt scripsi eod. tit. c. 2. super v. gl. libis

Si uero petatur executioni mandari, conclusio erit talis: FORMA. Mandamus, quatenus sententiã ipsam, sicut iusta est, facias auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, inuiolabiliter obseruari. Nec tunc fiet mentio de prouocatione.

Itẽ si petitur excommunicationis sententia confirmari, conclusio erit talis: FORMA. Mandamus, quatenus sententiam ipsã sicut rationabiliter est prolata, facias auctoritate nostra, &c. vt s. prox. & hoc in delegato. Nam si sit ab ordinario lata, non confirmabitur, nisi causa excommunicationis exprimatur.

Si autem simul diffinitiua sententia & excommunicationis petantur executioni mandari, conclusio erit talis: FORMA. Mandamus, quatenus sententiam ipsam diffinitiuam, sicut est iusta, p censuram ecclesiasticam: excommunicationis uero, sicut rõnabiliter est ꝓlata, faciatis auctoritate nostra: usque, ad satisfactionẽ &c. ut supra. ¶ Item in omnib. confirmationibus, quæ bullantur cum serico, debet poni illa clausula: sicut est prouide facta, & in alicuius præiudicium non redundet, auctoritate apostolica confirmamus: & talis confirmatio parum iuris tribuit, extr. de cõfirmatiuel inuti. examinata. Item in compositionibus habitis super rebus spiritualibus, oportet exprimi, quo mediante facta fuerit: & a tali persona, quæ habuerit iurisdictionẽ in causa, ut potè dicæcesanus, uel delegatus, ut extr. de confir. utiuel inut. c. pe. de prẽ-
34 ben. nisi. † ¶ Item ꝓpositio non confirmatur inter mortuos, et super rebus tẽporalibus, nisi expresso aliquo mediatore: sed tunc dicitur, mediantibus bonis uiris. Item nota, quod in priuilegiis ꝓcessis monasteriis, & locis exemptis, ponitur clausula illa: quod ad ius & proprietatem Romanæ ecclesiæ noscitur pertinere: vt extr. de priuil. recipimus. Item in priuilegiis ꝓfirmationis, si monasteriũ habet ecclesias & capellas, castra etiam & villas, ista per hunc ordiuem sunt aliis omnibus proponenda, quãdo in eis specificantur. Item sententiæ super causis matrimonialibus latæ, nõ ꝓfirmantur cum serico: sed in forma illa, scilicet de sententia ipsa cognoscens, quod canonicum, &c. & ext. de offi. deleg. causam
35 matrimonii. † ¶ Item no. quod consuetudo cancellariæ est da-
a re conseruatores in omnibus priuilegiis, etiamsi non petantur[a]. non autem concedit conseruatores in confirmationibus, in quibus dicitur, Confirmamus tibi ecclesiam, sicut iuste possides & gere. Si uero dicatur, Quicquid de te ad talem ecclesiam canonice factum est, sicut iuste & prouide factum est, confirmamus, tunc concedit conseruatorem. De conseruatoribus uide s. de iudi. de leg. § fi. uers. item quod non estis. & seq. In quibus autem casibus non ponatur in commissionibus clausula illa, Testes autem. &c. dixi s. de teste. § de testium. ver. illud autem. Nũc igitur ad instructionem simplicium aliquam doctrinam super hac materia sub regula tradamus. Nota ergo, quod in qualibet causa matrimonia li scribitur alicui episcopo: vt in præ c. causam. & de re iud lator.
b &c. consanguinei[b]. Et si diffinitiua sententia feratur super matrimonio, & appelletur, similiter causa appellationis alicui episcopo committetur: & eadem erit ꝓclusio hinc & inde, scilicet, Mãdamus, quatenus de causa, uel sententia ipsa legitime cognoscentes, quod canonicum fuerit, &c. ut in præd. concor. Item si uxor restumatur a uiro, debet scribi dicecesano, uel officiali, aut alteri personæ maioris ecclesiæ: extra, de consang. & affi. c. j. in fin. Item quando uir non tractat uxorem maritali affectione, uel econuerso, semper scribitur dicecesano rei: uel, si uacat ecclesia cathedralis, archidiacono, uel alii personæ de capitulo. Causa uero appellationis super matrimonio potest cõmitti aliis, tã episcopo, quã
c dicecesano[c], & alii cum eo. Item cum agitur de duabus sororibus uiduis, dici debet: A. uxor. quondã B. & C. relicta D. suam ad nos, &c. Item debet dici, relicta quondam D. si ipsam impetrat: sed in reo non curatur.

¶ Item si mulier conqueritur, quod uir eius ea inscia se fecerit ad sacrum ordinem promoueri, nec eam curat maritali affectione tractare: quare suplicat, vt suspendatur ab executione ordinum taliter susceptorum, & cogatur eam maritali affectione tractare, sic concludetur. ¶ FORMA. Mandamus, quatenus partibus conuocatis audias causam, & appellatione remota. quod canonicum, &c. faciens, &c. testes, &c. Si uero dicit, quod ea inscia religionem intrauit, cæteris præmissis concludetur sic: Mandamus, quatenus conuocatis, &c. Quidam tamen aliter dicunt de iure in his duobus casibus. de hoc uide secundum Io. & Hug. 27. q. 2. desponsatam. & plenius in summa domini mei, in
d tit. de conuer. coniug. §. & utrum uersi. sed quid si. & seq. [a] Sed si post matrimonium consummatum uir uxore inuita, uel ignorãte religionem ingreditur, uel ordinem sacrum suscepit, uxori repetenti est restituendus: & exactus debitum reddere tenetur: arg.
36 extr. de conuer. coniug. coniugatus & c. seq. † ¶ Item literæ citatoriæ bene transeunt per audientiam: non tamen recipiunt cõ
e tradictionem. ¶ Sed quid[e] si contra procuratorem impetrantẽ uel contra dominum eius, pro quo impetrat, opponitur coram auditore contradictarum exceptio excommunicationis? Respõ deo: admittetur exceptio, ut ext. de rescrip. dilectus. j extr. de pro
f cu. c. fi. & melius in dec. Inno. IIII.[f] extrauag. de rescrip. ipso iure §
g non tamen admittetur ad probandum exceptionẽ extra curiam per testes, ne sic malitiose impetratio differatur, secundũ doctrinam traditam ꝛ. de dil. §. j. uer. illud quoq; Et sic fecimus obseruari in litera inquisitionis. quæ contra abbatem sanctæ Iustinæ de
37 Padua, ꝓ quosdã monachos impetrabatur. † ¶ Sed pone, ¶ Tu es excommunicatus ratione causæ, quæ inter me & te verti tur tunc impetras, non tamen contra me: quæritur, utrum obiectu huius excommunicationis te repellere possim, vel potero, ab impetrando? Respondeo obtinui, quod non: quia cum cõtra me non agas, nec impetres, contra te excipere non possum: quia exceptio est actionis exclusio, ut ff. de excep. l. 2. ¶ Item is, qui non nominatur in litera, sed sub generali clausula, Quidam alii comprehendi, uel tangi potest, non admittitur ad conuenientiam iudicum secundũ usum curiæ: sed datur ei cautio, quod sibi non ꝓ iudicetur, uel conueniri non possit per literam ipsam, arg. extra de rescriptis. pastoralis. Si uero nomen eius in litera exprimitur tunc admittetur, ut ext. de causa poss. & prop. cum olim. Item plures, quam tres, dieceses non debent poni in literis apostolicis: computatis illis, quæ in salutatione ponuntur, & si quarta ponat
h erit gratis litera rescribenda[h]. ¶ Item cum dicitur, a cruce signatis, non debet dici, ciuis Narbon. sed laicus Narbon. & tunc post uerba illa, Iniuriatur eidem, debet poni hæc clausula, quare uoti sui executio impeditur. ¶ Item quando ponitur, super terris & rebus aliis, non debet poni: alias sibi damna grauia, &c. uel, iniurianter eidem. Item cum dioecesanus dicitur subditũ spoliasse, nõ dicitur, cum igitur spoliatus, uel clausula similis: quia præsumitur
38 pro eo, ut ext. de renun. in præsentia. † ¶ Item contra reges non dantur literæ contentiosæ, & in literis, quæ eis destinantur, non ponitur, mandamus, quatenus. ¶ Item quoties de tribus, uel pluribus: in diuersis specialibus fit mentio, poni debet uocatis, &c. ¶ Item bene dicitur, dilecta in Christo filia abbatissa, & conuentus talis loci, nobis ꝓquerendo, &c. Sed cum quis de his cõqueritur postponi potest, dilectæ in Christo filiæ. & sufficit dicere, abbatissa & conuentus de tali loco, non facta mentione de monasterio, uel ordine earum. Secure etiam dicitur, abbas & conuentus de tali loco: ita quod non debet dici, monasterii talis, uel ordinis. talis. Item cum dicitur, quod priorissa & cõuentus de tali loco, nobilis uir comes talis, dici potest, & quidam alii clerici & laici, nõ facta mentione de clerico. Arg. tamen ꝓ tra extra, de reseri. sedes. & 16.
i q. j. legi.[i] ¶ Item cum dicitur, quod A. mulier, & quidam alii laici dieceſis

ADDITIONES.

a Petantur. ¶ Nescio, si a principio, cum priuilegia ꝓceduntur, viget hæc cõsuetudo: sed super olim concessis multum euanuit, vt scripsi de offi. dele. c. vlt. lib. vi. super uerbo, dictam.

b Consanguinei. ¶ Nil facit ad ꝓpositũ, g a nil ibi ꝓmittit, sed ꝙrenti rñdet Sed alia iura ad hoc pro & ꝫ, scripsi de reseri statutũ. §. cũ vero sup casib. li. 6. vbi vide p p id, qđ di j. 2. uer. in fi. Adde quid si in literis ꝓtinet, ꝙuestus est nobis, &c. Titius, ꝙ Petr' iniuriatur eidem: quo circa discretioni tuæ de utriusque partis consensu, &c. & unus vult probare, ꝙ erat absens a curia tempore datæ literarum, an debeat admitti ad probandum: vide Fed. consi. 18.

c Dioecesano. ¶ Et sic ꝫ decretal. statutum. vide quod ibi nunc s. remisi.

d Et seq. ¶ Expedita sunt ꝓ extraua. Io. quæ incipit. antiquæ, q̃ approbat, qđ notaui, de voto, c. vno. lib. vj. scilicet per sacrum ordinem non dissolui sponsalia de præsenti.

e Sed quid. ¶ De hac quæstione & sequentib. scripsi e. tit. nonnulli. super gl. sic ergo.

f Inn. IIII. ¶ Imo fuit Gregorii IX. ut ibi patet: & hoc ipse fatetur. j. §. proximo, ante fi.

g Ipso iure. ¶ lib. vi.

h Referibenda. ¶ Videtur contra de offi. deleg. cũ causa, vbi quinq; archiepiscopos una litera nominabat, scilicet actorẽ, reũ & tres indices: sed non nominabat dioeceses quas nominari curia põderat si nõ esse: illud, Cõputatis, qui in salutatione ponũt, facilius intelligeré, & maxime ex verbis, quæ legi in minori ordine, rubrica a. q̃ dicũt notãdũ, ꝙ in petitione solæ tres dieses exprimi debẽt: & rubrica ibi sequẽs ponit formã literæ talẽ. Cõquestus est nobis A. ꝙ B. & quidam alii Sonon. Parisien. & Carnoten. dioe. tam clerici, quam laici, &c. secundum id, quod de salutatione dicitur, si daretur abbas, uel prelatus dieceſis Toracen. aut nõ transiret litera, aut dieceſis subiiceretur, nescio quid seruet Cancellaria. Sub eadẽ autẽ rub. ante fi. subdit autor id, qđ prædixerat de tribus & non de pluribus dioecesibus in literis apostolicis nominandis, terminatum non esse in toto corpore iuris. De ceremoniis igitur cancellariæ, & rationem potest habere, si dicamus, illas esse debere contiguas. Poterãt enim facile illo tempore retrahi intra duas pp vicinitatẽ: & uide, qđ statim dicã sup j. forma, p p dec. statutũ. e. ti. li. vi.

i Legi ¶ Sol. stylus id ap ꝓbat: quia licet clerici ordinati dicantur maiores religiosis, ut in c. leg. j. tamen uersi est, religiosos, includi sub appellatione clericorũ, 7. q. j. duo sunt. ¶ Adde tu, hoc esse verũ in materia fauorabili, sed in odiosa secus quia nec tũc penitus includunt omnes seculares, sicut in primo casu, iuxta notata per do. Abbat. Sic. in ru. de vi. & ho. le. ext. & aliq. d ꝓ eundẽ post glan c. 2. ext. de coha. cler. & mul. verbũ tñ Religiosi. ꝓt capi large, largissime, & stricte: de quo uide per eundem do. Ab. in c. ecclesia. in 4. no. ext. de constit.

diœcesis talis,debet unus de laicis nominari. Item presbyter est laicis proponendus,cū querela nomine ꝓponitur utrorūque,ff. de albo scri.l.j ext.de maior.& obed.c.j.xcv.dist.ecce.Item pluribus,q nō sunt fratres,uel collegium,seu pater & filius,uel auunculus & nepos,non dantur literæ:nisi cum illa clausula,super terris & rebus aliis communiter pertinentibus ad eosdem. ¶ Item cum scribitur contra episcopum,uel alios superiores, non ponitur,ꝓ censuras ecclesiasticas,sed autoritate nostra etiam si alii ponant in literis,ext.de of.del sane.& ga tunc clausula illa,testes autem,&c.ibi dicitur per censuram eandem,uel cēsura simili dicatur simpliciter,per censuras ecclesiasticas.¶ Item Cistercienſiꝫ non dātur literæ sup ecclesiis,castris,hominibus,seu uasallis,nisi ponatur,quod habuerūt ea ante quam ipsorum monasterium Cistercienſis ordinis reciperet instituta,extr de sta mon.cap.recolentes.& ideo debet exprimi,cuius ordinis,extr.de rescri.cum ordinem.¶ Item tribus personis eiusdē monasterii non scribitur puta Abbati Priori & alii tertio:sed nec simplici monacho causa committitur.quod dic,vt s.de iud deleg §.excipi.uer. nūquid ergo.Item nulli officiali scribitur,nisi sit officialis ecclesiæ cathedralis [a].Item contra monachos,uel quemcunque officialem alicuiꝰ monasterii,literæ non dantur.¶ Item quando non ponitur in litera Debitum,non debet poni pecuniæ summa: & econuerso.Item quando dicitur, in eleemosyna sibi collatis, uel in pios usus erogari præcepit,non debet dici,super debitis: sed quandā pecu
39 niæ summam.† ¶ Item quando scribitur tribus iudicibus, post clausulam illam,testes autem,&c.debet poni clausula illa,quod si non omnes his exequendis interesse poteritis, duo uestrum ea nihilominus exequātur,ext de offi.dele prudentiam.§ adiicimus de rescri.scisciteꝫ. Sed si unus illorum sit episcopus,vbi dicitur, duo uestrum,dicetur:tu frater episcope cum eorum altero eam nihilominus exequaris,extr.de off.deleg.ca fin §.1.Si autem sint duo episcopi,& tertius est abbas,uel decanus,seu alia psona,tūc non mutatur clausula illa,quod si non omnes, &c.Item cum rector alicuius ecclesiæ se illa per patronum eiusdem ecclesiæ conqueritur spoliatum,dicens,quod alteri sic collata,non debet dici partibus conuocatis,sed uocatis qui fuerint euocandi, &c. Item cum dicitur,magistro scholarium,debet poni,ecclesiæ de talilo
40 co.& si committatur,gratis erit litera rescribenda.† ¶ Item cū alii quis clericus secularis ꝙqueritur de iniuria sibi illata super eccle
b sia [b],non debet dici,super ecclesia ad eū de iure spectante:sed,super ecclesia ad præbendam suam de iure spectante. super quo vide,quod no.s.de acto.ad fi.ver.monachus.Item non debet dici, super decimis noualium,vel alterius rei:sed debet dici, super decimis,simpliciter.& sic dicendo ꝓprehendit decimas noualium, & quaslibet alias de iure debitas; extra de priuil.quia circa.de deci.ad audientiam.& c.peruenit.&c.cum ꝓtingat.Item si is,cui cā committitur,non procedit intra annum,nunquam ꝓmittetur alteri, nisi ad petitionem eius,qui primo literas impetrauit,nisi esset in causa processum,arg.ext.de rescript.plerunque. Item nū quam pro clericis sanis scribitur,in domibus leprosorū, uel aliis
c hospitalibus, nisi sint alicuius ordinis,extr.de sta.mo. ea, quæ c
41 †¶ Item mulieri nō dant literæ pro dotib.nisi ponat nomen viri:vel,nisi dicatur,vidua.nec debet addi.sup rebus aliis : vel clausula illa,alias graues,&c.ne hac occasione obrepat quis ad alia,quę ad forum ecclesiasticum non spectant,extr.de fo.com. ex parte. Sed & qñ mulier ꝙqueritur pro dote de laicis extra terras ad Romanam ecclesiam spectantes,siue per se,sola, siue simul cū uiro, post verba illa,terris possessionibus,& rebus aliis,debet iungi,ad dotem ipsius mulieris spectantibus,nisi forte sit vidua,vel orpha na,pauper: quia hi habebunt ꝓtra omnes indifferenter, extra.de fo.ꝓpe.ex parte.dum tamen diuisim impetrent:quia nō possunt simul ꝓtra clericos & laicos impetrare:& quando ꝓtra laicos,sic ꝙcludi debet:Mandamus,quatenus illos,&c.quando vero ꝓtra
42 clericos,sic:Mandamus,quatenus partibus ꝓuocatis, &c.† Item quoties de spiritualibus agitur,vbi dicitur in rescripto,partibus ꝓuocatis audias causam,debet dici,vocatis qui fuerint uocandi audias cam,& appellatione remota,debito fine decidas, &c. Vt autem,quæ prædiximus,clarius pateant,simplicem formam cōtra clericos.& laicos super terris & rebus aliis supponamus:quę talis est:¶ FORMa Clemens episcopus,seruus seruorum Dei venerabilibus fratribus archiepiscopo Narbon.& episcopo Tholosano salutem & apostolicam benedictionem. Gul. clericus nobis conquerendo monstrauit, quod A.presbyter.& B.miles,& quidā alii clerici & laici Narbo. & Tholos.& Carcasson. ciuita
d tum & diœcesum [d] super dictis terris debitis possessionibus & rebus aliis iniuriantur eidem:ideoque fraternitati uestræ per apostolica scripta mandamus,quatenus partibus conuocatis audiatis causam:&appellatione remota,usuris omnino cessantibus,fine debito decidatis:facientes,quod decreueritis per censuras ecclesiasticas firmiter obseruari:testes autem qui fuerint nominati si se gratia,odio,uel timore subtraxerint,per censuram eandem, appellatione cessante,cogatis veritati testimoniū perhibere.Data Viterbii,vi.kal.Marri. pontificatus nostri anno tertio.Si autē iniuriantur super decimis & oblationibus:uide formam insia de citat.§.iam de citatione uer. literis.

43 †Item si papa rogat pro aliquo monachando,uel canonicando,sic narrabitur & cōcludetur:FORMA Cum filius dilectus A.pauper clericꝰ,lator præsentium cupiat (sicut asserit) vna vobiscū in monasterio uestro sub regulari habitu virtutum domino famulari,vniuersitatem uestram rogamus & hortamur attente per apostolica uobis scripta mandātes,quatenus ipsum obre uerētiam sedis apostolicæ & nostram, recipiatis in monachum, uel canonicum,& in fratrem,& syncera in domino charitate tra
44 ctetis.Data,&c.†¶ Nota,quod quando scribitur pro aliquo monacho,debet scribi abbati & conuentui simul loco,ordine,& diœcesi in rescripto expressis Hoc etiam scias, quod quando datur executor contra religiosos,vt recipiant aliquem,qui eos ad hoc inducat.executor,ut quidam dicunt,habet coercitionem:licet ñ dicatur,quod eos per censuram ecclesiasticam ꝙpellat:& sic ob
e tinuisse dicunt [e].

45 †¶ Item quandocunque contenditur arbitrium nullum esse, puta quia dicitur latum post tempus compromisso appositum, vel super eo,de quo non extitit compromissum: & huiusmodi ꝙclusio erit talis:¶ FORMA.Mandamus,quatenus partibus ꝙ
f uocatis audias causam,&c.Quod si petatur eius cofirmatio [f],sic concluditur:Mandamus, quatenus arbitrium ipsum (sicut est æquum) facias per pœnam in compromisso expressam appellatione remota,firmiter obseruari,ut extr.de arb.ca.2.in fin.& ca.dilecti.in fin.de confir.vti uel inuti.ca examinata. Si autem non sit apposita pena,tunc debet dici arbitrium fuisse a partibus acceptatu,vt C.de arb.l.fin.& in conclusione sic dicetur, Facias arbitrium ipsum monitione præmissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota firmiter obseruari.Semper tamen debet dici,arbitrium iuramento,uel pœna esse vallatum:alias non debet litera dari.extr.de arbit.c.2 & 4.

46 †¶ Item si quæstio sit amicabili compositione decisa, eodem modo dicetur:FORMA.Mandamus,quatenus eundem ad obseruationem compositionis ipsius,sicut rite sine prauitate & ꝓuide facta est,& ab utraque parte sponte recepta, minitiōe præmissa,per censuram ecclesiasticam,appellatione remota,compellas,sic ext.de transact.c j.de præben.nisi. se cofir.uti. uel inuti.c. pen.de decim ex multiplici.Quod si transactio sit illicita, dicetur: Mandamus,quatenus reuocata transactione in irritum,causam audiatis.&c extr.de transact.constitutus.

47 †Item si lite contestata, & attestationibus publicatis coram arbitris assumptis,ut intra certū terminum litem dē inre dirimāt, & intra eundem terminum causa expediri non potest, propter quod petitura domino papa,ut super hoc paterna solicitudine prouideat:ipse uolens finem litibus imponere, sic concludetur: ¶ FORMA.Mandamus quatenus uocatis,qui fuerint uocādi, si tibi constiterit ita esse causam huiusmodi seruato legitimo ꝓcessu coram eodem habito,nihilominus patri contra quam aite stationes producte sunt, etiam si publicate fuerint: nisi aliud in compromisso sit actum,optione concessa,utrum depositionibꝰ testium,si supersunt,esset contēta,uel iterato produci velit,eosdem audias,eamque debito fine decidas, faciens,quod decreueris,per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari:testes,&c .extra.de testi.c præsentata.C e.l.fi.Quæ autem hic desunt,vide ꝫ.d app.§.de officio quoque.ver.ut autem.& seq.

ADDITIONES.

a Cathedralis. ¶ Vt in cle.de rescrip.c.2.
b Ecclesia. ¶ Puto,quod deficit:annexa præbenda.
c Quæ. ¶ Vide cle.de præben.per literas.
d Diœcesum. ¶ Vide prope id, quod dixi s. super uer. item plures. etiam si ponderamus diœceses iudicum,quasi tacite inclusas,non sunt tamen nisi tres,& secundum id loco Narb & Tholosane,non potuisset ponere Parisi.& Carnoten alias potuisset,si sola expresio ponderatur.Et aduerte,quia vt omnes isti uno loco conueniātur, oportet actore esse quaræ diœcesis.id est,q neutra illarū sit sua:& sic illa nominata ñ venirēt nisi duo reorū,ꝙ decstatum.
e Dicunt. ¶ Fuit quæstio Io.de Deo,& Aegidii,de qua satis scripsi de præben.si pauper.lib.vi.
f Confirmatio. ¶ Idem obseruatio,uel executio.hoc dico propter. ea, quæ dicta sunt.s.e.ver.sequitur.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum quomodo impugnatur ratione impetrantis.*
2 *Affinis collateralis an sit in impetratione rescripti admittendus.*
3 *Canonicus an possit pro ecclesia impetrare sine mandato.*
4 *Procurator habens mandatum sufficiens ad agendum & defendendū in alia qua causa,an super ea poterit literas impetrare ad aliquos iudices.*
5 *Constitutus ad appellationem prosequendam, an super ipsa appellatione poterit impetrare.*
6 *Impetrans quo casu cogatur mandatum ostendere.*

7 Impetratio mandati quibus modis possit probari.
8 Literis de communi consensu ab aliquibus impetratis, si ponant uti per annum, & postea impetrantur aliæ an prime lapsu anni eludantur.
9 Id quod de anno dicitur, an locum habeat in certo tempore.
10 Hereticus non potest impetrare nec seruus.
Monachus non potest impetrare sine consensu abbatis.
11 Supprimens nomen suæ dignitatis, an possit impetrare.
12 Impetrans tacito de dignitate, si ipsam dignitatem perdat prius quam literas præsentet, an ipsæ literæ prosint
13 Impetratio ipso iure expirat, si is, cuius nomine impetratum est, mortuus erat tempore impetrationis.
14 Opponi an possit rescripto pro scholari, quod non sit scholaris.
15 Processus habitus per literas ab excommunicato ad lites obtentas, an ualeat, si non excipiatur,
16 Lite impetratæ ab excommunicato ignorante, an ualeant.

a §§. Ratione [a] autem impetrantis impugnatur rescriptum: ut quia impetratum sine domini speciali mãdato, nisi impetrans sit talis, a quo non sit exigendum de iure mandatum: ut ext de resc. nonnulli. & c. ex parte. ff. de mino. illud. ff. de procur. sed & hæ personæ. ff. iud. fol. l. 2 Sed quæ sunt illę personæ? Respon. ascẽdẽtes & descẽdẽtes, in infinitum, ff. de verb. sig. liberorũ. ff. de in ius voc. l. quicunq; § parentes. & a-
1 liæ psonæ, quæ enumerantur ff. de, pc. sed & hæ p'onæ. † ¶ Quid de collateralibus? Respon. solus frater admittitur, in præ. l. sed & hæ. De consuetudine tamen Romanæ curiæ admittetur filia fratris & sororis, & frater patris & matris, & consobrinus, & filius consobrini, & omnes consanguinei, usque ad tertium gradum in clusine: ultra uero nõ. Sed quid de affinibus? Respon. ascẽdentes, ut socer, psocer & descendentes, ut gener, & pgener, admittun-
2 tur, ff. de postu. l. j § fi. & l seq. & in præ l. sed & hæ. † ¶ Quid d affinib. collateralib. puta de sororio? Et uf admitrẽd? qa sicut affinis ascẽdẽs & descẽdens admittitur ut iunctus, ut dixi ergo sic p iunctus, collateralis admittetur, ut in l. sed & hæ. & sic sororius, q est coniunctus affinis, debet admitti. Super hoc dixit B. Comp. q nondeber admitti: & sic papa decreuit, ut dicit quia licet de fra-
3 tre lege caueatur, non tamen de sororio. † ¶ Sed nunquid canonicus impetrabit pro ecclesia sine mandato? Dicit Gof. quod nõ Sed an pro concanonico? Et videtur, quod sic: quia quædam spiritualis proximitas est inter eos, quæ maior est carnali. 30. q. 3. c. j. & 2. & inter eos est uinculum fraternitatis. ff. pro soc. uerum ad idem ff. de proc. non solum §. veterani. sed Gof. contra. Canonicus autem bene potest concanonicum constituere suum pcuratorem ad impetrandum super absolutione. † ¶ Sed nunquid pro
4 curator habens sufficiens mandatum ad agendum & defẽdendũ iu aliqua cã, poterit sup ea impetrare literas ad aliquos iudices? Respon. obtinuit, quod non, si legitimus appareat contradictor: quoniam ad impetrandum requiritur speciale mãdatum: non dico, ad cãm specialem: si tamen causa esset in curia, bene sufficeret prædictus procurator ad impetrãdum literas sup pertinentibus
b ad cãm ipsam ceptã: puta super recipiẽdis testi. & similib. b † ¶ Sed
5 nũquid constitutus ad psequendã appellationem, poterit impetrare super ipsa appellatione, vbi causa non est in curia? Respon. obtinuit, quod sic: quia impetrare, est prosequi. Sed nunquid habens generale mandatum ad causas, uel negotia, potest impetrare? Respon non: quia hoc exigit speciale mandatum, ut in
6 præ. c. nonnulli. & eo. ti. ex parte. † ¶ Sed cui incumbit probatio nunquid utenti literis, ut probet eas cum mandato fore impetratas: an uero aduersario, ut probet, quod sine mandato? Respond. curia seruat, quod si ante impetrationem cõtradictor neget mãdatum, impetranti incumbit probatio, quod habeat mandatum: sed tunc si cõtradictor est procurator, oporter, quod ipse de suo mandato prius doceat: alias non cogitur impetrans ostendere mandatum. post impetrationem uero præsumimus literas cum mandato fuisse obtentas cui præsumptioni statur: nisi contrariũ
7 constet per confessionem utentis literis. † Cum enim sit nega-
c tiua probari non posset aliter c, extr. de elec. bonæ j. Et si etiã posset indirecte probari, non tamen expedit hac occasione cãs differri. Item excipitur, quod impetrans non fuit usus dolo, uel negligentia, intra annum post quam habuit copiã iudicis, extr. de re
d scrip si autem & c. plerunque d, quo casu valent secundæ literę, licet de primis non faciant mentionem, ut ibi Et præmissa intelligę. cum aliud secundum rescriptum impetratur: alioquin primum perpetuum valet, C. de diuer. rescri. l. 2. Quid si prim? post posuit uti suis per annum. & secundus similiter suis: nunquid p-
8 ualescunt primę? Dicit Vinc. quod sic, C de diuer. rescript. falso. † ¶ Quid si literis de communi cõsensu impetratis, post ponim? uti pecannũ. & postmodum tu impetras, nunquid primæ lapsu anni elidũtur? Respon. non quia ambo negligentes inuenimur. dolus enim cum dolo, & culpa cum culpa cõpensantur, ff. pro so-
9 cio. l. si ambo. & hoc si utraque pars habuerit rescriptum. † ¶ Itẽ nunquid id, quod de anno dicitur, locũ habet in literis, quibus cã intra certum tempus committitur decidẽda? ut ext. de off. deleg. de causis. Respon sic. annus enim iste nec arctat, nec prorogat iurisdictionem iudicis: quia tempus in literis comprehensum, cõputatur a tempore, quo rescriptum iudicib. præsentatur, extr. de
e ap sũ per eo. ¶ Quid si quis utitur literis, & statim eas supprimit, nunquid intelligũtur perpetuatæ; Dicit Vin quod non: sicut est, quando quis fraudulenter litẽ contestatur, ut interrumpat præscriptionem: quia non fit interruptio. uel etiam si interrupta est, nõ prodest, arg. C. de præscri. 30 an l. fi. Sed nũquid ecclesia restituetur ad utendũ hoc rescripto? arg. quod non, C. si aduer. deli. l. j. 16. q. 3 placuit. extr. de præscri. c. j. secundum Vin. Alii contra, si
f læsa sit f. † ¶ Item quod impetrator est hæreticus. C. de sum trin-
10 o l. 2. Item quod est seruus. C. de prec. imp. offe. l. j. C. qui admit. ad bo. possi. bonorum. Pro alio tamen seruus indistincte impetrat, C. e. uniuersis. Item quod est monachus, uel canonicus regularis, qui non potest impetrare sine consensu abbatis. 16 q. j. monachi ext. de postu. ex parte. C. d precib. Imp. of. vniuersa. & idẽ dico in eo, quod in seruo. Item quod impetrator dixit sd clericum, cum nõ esset, licet postea se tonsurauerit, ext. de transa. ex literis, ext.
11 de reseri. cum adeo. † ¶ Item quod suppressit nomen suæ digni-
g tatis. ext. de reseri. ad aures §. Quid si impetrator duas habet dignitates & nomen unius tantum exprimit? Dicunt quidam, quod si exprimit nomen illius, ubi literas impetrat, bene ualet, C. vbi tu-
h uel cu. l. j Vin arg. contra h, in præ c. ad aures. & extr. de præb. cũ
12 teneamur. † ¶ Quid si impetrans tacito de dignitate, perdit ipsã dignitatem prius quam literas præsentet? Dic, quod nõ ualet, nã tempus datæ consideratur, ext. de reseri. cum te. ext. de prob. post cessionem j. § si uer. in summa. Obest enim dolus in initio adhibi-
i tus. 16. q. 3. §. potest i. Sed quid econuerso si tempore impetrationis non habuit dignitatem, & simplici nomine appellauit: tempore uero motæ litis dignitatem adeptus est? Et uidetur, quod valent literæ: quia beneficiis conuenit nos iuuari ext. de commod. c. vnic. ff. e. in commo. ff. de const. princ. beneficium. ext. de do. cũ dilectus. Sed Vin. dicit, quod rescriptum alias canonicum, sic per-
k dit effectum ne minores a minoribus super beneficiis vexentur. quod prohibet præd capitu. ad aures k. prohibetur ergo tacendi fraus, & obest in beneficiis, vt ibi: siue sint cum cura, siue non. ext. de prę de multa siue sint simplicia, siue dignitates, vt eod.
l titu. cum teneamur l. Item in rescriptis, extr. de rescript. cum adeo. Item in promotionibus, extr. de electio. captu. innotuit. Item in ordinationibus: quia tunc non debet utinam celari. ut l dist. ex penitentibus. ff. de act. emp. & uen. l. j. §. ideo. Item q dicit se de diœcesi, cum sit de ciuitate nel econtra: uel tacuit, extr. e. Rodulphus & c. significante. Item q impetrans obiit prius quam citatio sequeretur. ff. quæ sententiæ sine appel. rescin. l. fin extra, de offi. deleg. cum olim. & c. P. & G. vel etiam is cuius nomine impetratum est mortuus erat tempore impetrationis ff. de reg. iu. Ne
m ratius. m † ¶ Sed nunquid tunc expirat ipso iure: Respon. nõ. sed
13 ope

ADDITIONES.

a Ratione. ¶ Quod nota: hoc in Summa huius ti. ver. sed nunquid canonicus & ibi ẽt quod sequitur. Host. aũt vbi 5. sub versi. 97. hoc prin. huius §. plene prosequitur: habuit a domino auditore contradictarum, episcopo Bono. q curia non admittit canonicum ad impetrandum pro ecclesia, uel concanonico sine mandato, si apparet contradictor cum mandato, ad contradicendum autem & quemlibet de iudicibus, admittitur ipse sine mãdato.
b Similibus. ¶ Quid si super his consecutiuis iudicii impetrat excommunicatus: remittam j. prope finem §.
c Aliter. ¶ Vt scripsi in dec. nonnulli. super gl. Sic ergo posset probari per inhibitionem, uel reuocationem.
d Plerunque. ¶ Ibi scripsi post Vinc. quæ sequuntur vsque ad uer. item quod impetrator.
e Eo. ¶ 2. in fi. Et hoc intellige, ut ibi dixi de termino statuto per numerum dierum, mensium vel annorum.
f Sit. ¶ De hoc j. de resti. in integ. §. qualiter ver. pen. & uide, quod dixi in præd. dec. plerunque. in gl. quid erit.
g Aures. ¶ Hic instat Host. distinguens, verf. xcviii. sufficit, quod dicam in seq. ver.
h Contra. ¶ Vinc. cuius fuit iste ver. cum duobus seq. in dec. ad aures. dixit ego credo, q non ualet. quod uerum intelligas in litera beneficiali: secus in rescriptis ad lites, vt ibi scripsi, secundum Gof. qui sic soluit in sua. q. 29. vbi dicit simile de illegitimo, qui impetrat hoc tacito, quia valet super, iustitia: secus, si super beneficio: quod intellige de illo, cum quo non fuerat dispensatum: super quo vide, quod scripsi de fil. presb. c. 2. libr. 6.
i Potest. ¶ Fuit quæstio venerealis vj. & dist. 9. & illa hic sufficit.
k Aures. ¶ Tu distinguas inter formam pauperum & gratiosam, de quo satis videas de præ. si pauper. libr. vi. in j. gloss. & in clemen. de rescript. gratiæ.
l Teneamur. ¶ Siue sint magna, vel modica. eod. titu. si motu proprio libr. vi.
m Neratius. ¶ Hoc reperitur cum quadam exceptione j. §. 2. ver. po.

15 ope exceptionis, ext. de test. cum ueniſſet. & eſt qō venerealis [a].
a Item q̄ dixit ſe pauperē, cum eſſet diues: ext. de of. del. ſignificantibus. ext. de reſcr. ad aures, de fo. com. ex parte. &c. ex tenore. Itē
b q̄ renunciauit reſcripto [b], ext. de pact. cum pridē. C. de fide inſt.
c l. 3. extra. de renun. ſane. & capi. veniens c. Item quod nimis præue nit terminum legis, vt aduerſarium impetrando ſupplanta ret ex tra, de ap. oblatę. § licet igitur Item q̄ impetrans p̄bendam, eſt pu er. extr. de præb. ſup inordinata Item quòd impetrans dignitatē, vel beneficium cum cura, eſt minor. 25. annis, uel patitur defectū in moribus, ſcientia, vel ætate: ext. de æt. & qua. eam te. & de ele cti. dudum. 2. Item quod impetrans beneficium, non poteſt face re ſeruitium: ext. de ele. non reſi. quia nonnulli. & c. q̄querēte. & de præb. ſuper inordinata. Item q̄ eſt vxoratus. ext. de cle. coniu. cum decorem. & c. diuerſis Item q̄ non eſt indigena. 71. diſt. hor tamur. C. de epiſ. & cle. in eccleſiis. Sed hoc d honeſtate: alias em eſt contra, extr. de inſti. ad decorem. & uide ĵ de tractatu libello rum in ti. de inſti. Item q̄ non eſt dignus ext. de reſc. cum a deo. d
14 ęta & qual. accepimus. Item q̄ non vult reſidere, ext. de cle. non reſi. relatum. Item quod facultates eccleſiæ, in qua ſcribitur; non ſufficiunt, ext. de inſti. c. j. & c. auctoritate. & de vit: & ho. cle. quo niam Item quod non eſt clericus, vt s. † ¶ Sed vbi ſcribitur pro ſcholari, nūquid poteſt opponi, quod non ſit ſcholaris? Reſpon. ſic, arg. ext. præſum. ca. fin. Et dicit Io. de Deo in quæſtionibus
d ſuis [d], quod merus executor non admittet hāc exceptionem, mi ſtus vero ſic: niſi is pro quo ſcribitur, ſit papæ familiaris. de hoc d
e ac. ſeu. peti § pen. verſi. pen. [e] Item excipitur, quod impetrans fu it excommunicatus, vt ext. de prob. poſt ceſſionem. ext. de reſcr. dilectus & de ætat. & qualit. cum bonæ. uel ab excommunicato conſtiturus, ut ext. de procur. ca. fi. niſi impetret ſuper appellatio
f ne uel ſuper ipſa excommunicatione [f], ext. de excep. ſignificaue runt. & c. fi. & de reſcr. ab excommunicato. & in dec. extrauagan ti Gregorii IX. eo. tit. ipſo iure. & hoc ſm dn̄m meum in Summa in ti. de excep. §. & qñ. ver. illud etiā. de hoc s̄ §. prox. uer. ſed quid
g ſi cōtrà s̄. † ¶ Quid de ꝓceſſu habito per literas ab excōicato ad
15 lites obtentas, nunquid valet, ſi nō excipiatur? Rñ ſic, cum iudex per eas iuriſdictionē recipit: ſed cōtra, ext. de reſcri. dilectus. Sed ibi non fuit proceſſum per eas; imo ante quam procederetur per ipſas, papa conſultus dicit, q̄ ſi per excommunicatum ſint obtē tæ, & de proceſſu mentionem non faciunt, decernantur viribus carere, ſcilicet quo ad effectū: quia per eas non proceditur: & vi
h de, ſecundum Papā, extra de off. delegat. capitulo, prudentiam [h].
16 † Sed pone: epiſcopus habens ſuſpectum clericum, quod ipſum accuſare debeat, eum coram quibuſdam clericis ſecretis excom municat: clericus hoc ignorans, contra eum impetrat: nunquid valēt literæ taliter ab excommunicato impetratæ? Dic, quod ſic, in odiū epiſcopi. arg. ext. de renū. quod in dubiis. extr. de accuſa. olim. Sed nūquid talis excommunicatio tenet? Poteſt dici, quod ſic: ſed epiſcopus tenetur excommunicato ad intereſſe, extra, de ſen. excom. ſacro Si autem clericus prius iter arripuiſſet ad ſedē apoſtolicam ueniendi contra epiſcopum, non teneret, ext. de ap
i pel. dilecti. Quæſtio dominicalis eſt utraque [i].

ADDITIONES.

a Venerabilis. ¶ Quinta quæſtio tractat de hoc, ſed non in his terminis: ſed quando moritur delegans re integra: & de illa plene ſcripſi in prin. dec. cū veniſſet. ſuper 2. gl. in quæſtionibus autem quæ procedunt, quæ non ſunt in pſonæ diuerſæ. nil. n. refert inter impetrantem. & eum cuius nomine eſt im petratū: quia uterq; eſt actor: ſed in hoc differunt, q̄ primus uiuēs impetra uit, ſed deceſſit antēq̄ citaret ſecūdus uero mortuus erat ante impetrationē: & ſic ille impetrare nō potuit, ſed alius pro eo impetrauit: & de iſto mi nus eſt dubiū. Scias, q̄ dec. cum olim. & c. P. & G. alleg. ad primū caſum. pa rū faciunt, imo nil. niſi inquantū loquunt de ꝓgatione nō facienda. Vi des aūt, q̄ in his caſibus tenet, q̄ ope exceptionis finiatur iuriſdictio: q̄ difficile eſt tenere, ſaltem in ſecundo caſu, p̄. Neratius. quā allegat, per quam non teneret priuilegiū: multo minus reſcriptū. Item aptè dicit l. 2. ff. quæ ſent. ſine app. reſcin. q̄ ſi detur iudex aduerſus eū, qui in rebus humanis non eſt, nō tenet datio. Quomodo ergo dici poteſt, exceptionē neceſſariam, quo ad primum caſum, quo a principio tenuit reſcriptum: ſed ante quā ex eo fie ret citatio, mortuus eſt impetrans: dicere, q̄ exceptio ſit neceſſaria, nō eſ ſet abſurdū. Super quo videri poteſt, quod ſcripſi in regula, is qui in ius. de reg. iur. li. 6. & dicetur ĵ. §. 2. in princ.
b Reſcripto. ¶ Contrarium Hoſt. in quo aliquantulum inſtat.
c Veniens. ¶ Io. de Deo libro 2. q. ult. quærit, an litigans corā delegato, qui compoſuit cū aduerſario, renuncians reſcripto & omni ſuo iuri, hoc acto, q̄ ſi non ſeruetur compoſitio, ſit ſibi ius ſuū integrū, poſsit vti reſcripto, ſi compoſitio non ſeruetur. Alleg. q̄ nō poſsit, de offi. deleg. ſignificantibus. vbi delegata iuriſdictio extincta non reaſſumitur, etiam ſi conſenſu partium. ſoluit, q̄ non, ſi tradidit parti reſcriptum, de renuncia. ſane. de pact. cum pridem. Si non tradidit, diſtinguit, an compoſitio fuerit conditionalis, an modalis. Primo caſu vtetur reſcripto: ſecundo non, ſed agat ut modus ſeruetur, ſecūdum no. de con. appo. verum. ſed quia hoc procederet, etiamſi pactū illud non fuiſſet appoſitum de reſoluendo, tu diſtinguas, vt ibi ſcripſi ſuper gl. 2. inter conditionem conſtituentem, quo caſu procedit, quod dictum eſt: & adimentem, & hoc caſu optionem habet, an velit agere ut ſeruetur ꝓpoſitio, an repetere litem, ut in præ. dec. verum. & iura ibi alle gata probant prædicta, C. de dona. quæ ſub mo. l. j. & uide, quod ibi no. in dec. ſignificantib. pure fuerat extincta iuriſdictio.

ADDE, quod uoluit Ro. conſi. 331. ſcilicet quod ſi papa dat mihi exe cutore n contra Titium meum debitorem, quem excommunicare facio, deinde Papa alteri ſcribit, quod ipſum debitorem abſoluat, ſi eſt mecum in concordia, & nos ſumus cōcordes quòd ſoluat certo termino, quapropter abſoluitur: ſed ſi terminus ſolutionis labitur, quod primus executor non poterit iterum illum excommunicare.

d Suis. ¶ lib. 9. q. 9. de qua ſtatim dicam.
e Verſi. pe. ¶ Corrige ver. ſed nunquid ſcholaris. Allegatio tñ vera erat ante additiones: nam ver. ibi ſequens, qui incipit, it é nota, q̄ ſi uſq; ad finē §. fuit additio, ut ibi aſsignaui. Eſt autem ſciendum, q̄ iſta quæſtio, & illa nō conueniunt. ibi. n. tractatur de ſcholari non clerico, qui impetrauit ſup̄ beneficio: in hac vero quæſtio. Ioannis nō erat dubiū de clericatu. impetrauerat enim prouiſionem annuam de decē a quodam monaſterio, ut ſcholaris: & hoc negabatur. ſcū eſſe ſcholarē, qui in reſcripto dicebatur ſcholaris, huic .plus conuenit iſta ſolutio, quā illi. Allegat aūt ad primū mēbrum ſolutio nis, 2. q. 6. ab executore. de appel. nouit. ad fm de Papæ notitia, allegat 94. diſt. c. j. c. diſt. in ea. ext. de præſum. mandata. Quæſtionē aūt Compo. de illo, qui impetrat ſibi prouideri in diœceſi Bono. dicens ſe ſcholarem Bon. cum eſſet origine Paduanus, vide per me eo. ti. ſignificante. ſuper ver. Leodienſi.
f Excommunicatione. ¶ De ligato duabus excōmunicationibus, qui impetrat ſuper una, ſcripſi in dec. e. tit. lib. 6. in 4. gl.
g Contra. ¶ De grauato etiam in iudicio, qui ſine appellatione impetrat reſcriptū ſuper illo grauamine. diſtingue, vt ſcripſi e. ti. c. j. in gl. pen. Item de impetrato ſup̄ ꝓcutiuis indiciis, puta ſuper receptione teſtiū p̄ excōicatum cū aduerſario non excōmunicato, dixi ſuper regula. vtile. de reg. iur. li. 6. Item ſciendū, q̄ Ro. ſ. q. 42. diſputauit. an reſcripū valeat impetratū ab excōmunicato de conſenſu procuratoris rei, ꝑ quem impetrabat. Ad partē, q̄ non valeat, inſtat, q̄ excommunicatus æquatur hæretico: itē deportato: & breuiter. multa interdicta excommunicato vide in regula, dolo facit. de reg. iur. li. 6. In prima parte q. inſtat ſecundum, quòd veritas talis fuit tacita: quā expreſſa, reſcriptū non habuiſſet ergo in totum debet Illo carere. e. ti. ſuper literis. Tertio conſenſus procuratoris mei non poteſt, quod meus non poſſet. inducens multos caſus, quibus partis pſenſus non proficit in ad uocato, ff. de poſtul. quos prohibet. in milite procuratore, ff. de procur. fi lius. §. veterani. ad idem. C. de leg. l. ab adminiſtratione. C. de quæſt. l. ſeruos C. de teſti. l. parentes. C. de iuriſdi. om. iu. l. priuatorū. Quarto, q̄ dominus id ſpecialiter mandaturus non fuiſſet, ff. de pig. l. obligatione. Ergo, &c. In cōtrarium multa, quæ licent excommunicato collecta in ſecunda parte quæ ſtionis, de qua ſupra: item C. de procur. ita demum. ff. de ædil. edic. cū mancipium. ĵ. reſpon. ff. de cōtrah. empt. in huiuſmodi. & uide Imol. C. de prec. imper. offe. l. j. & l. uniuerſis. ff. de pet. hære. item veniunt. §. a quo. Item ſibi imputet, qui talem procuratorem el git. ff mandat. cū mandato. ad idem. ff. de exercitor. l. j. ff. ſi mēſ. falſmo. dix. ſoluit ex reſcripto agi non poſſe cum procurator illū illegitimare non poterit ad illum actum, ad quem habilis. vel legitimus non erat: nec etiam per ſuum conſenſum potuit ius publi cum immutare. ff. de oper. lib. l. cerdonem. de admin. tut. quidam decedēs. & per præd. dec. ſuper literis. pro ſolutione benefacit, quia iſte non eſt ca ſus, in quo requiratur exceptio, cuius omiſsio validat quandoque, quod poterat vitiari, ſed ipſo iure eſt nullū, p̄ præ. dec. j. e. tit. lib. 6. ¶ Adde, q. ſi duo impetrant, & alter excommunicatus eſt, an valeat reſcriptum? Rom. conſ. 406. & ibi. quid de occulto excommunicato.
h Prudentiam. ¶ Expeditum eſt. quod non ualet, per præ. c. ipſo iure.
i Vtraque. ¶ Tamen vnica, & eſt lis. & ſatis ſufficit ille verſi. pro illa quæſt. & huic remiſi in dec. j. de reſcrip. lib. vi. in fi. 4. glo. ibi no.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum impugnari poteſtratione eius, ad quem impetratur.*
2 *Impetrari non poteſt reſcriptum ad iudicem extra prouinciam morantem*
3 *Reſcriptum iudicis de nouo excommunicati, an & quomodo perdatur.*
4 *Reſcriptum in qua cauſa remittitur ad eum, a quo noſcitur appellatum.*
5 *Literæ impetratæ, vbi epiſcopus extra ſuam diœceſim exiſtens, cauſam delegat, an valeat.*

1 6. §. Ratione †quoque eius ad quē impetratur, impug natur reſcriptū: puta, ſi ſit talis, q̄ nō poſ ſit eſſe iudex Quod dic plene, vt s. de iud. deleg. §. pen. & ſi Item excipitur, quod eſt obtētū ad iudicē ultra duas dietas a d̄ eceſi. in qua res moratur, vel in qua res eſt ſita, diſtantem: ext. de reſcrip.
a nonnulli. de excep. olim. [a] Et ſic poterit excipi, etiam ſi poſt litem cōteſtatam vltra duas dietas trahatur, C. de cōſor. eiuſdem litis,
b l. 2. Arg. contra ff. quod quiſque iur. l. 3 reſpō. j. [b] † ¶ Item quod
2 eſt obtentum ad iudicem extra prouinciam morantem, licet in
c fra duas dietas. quod dic, ut no. 3 quæſt. 6. neminem [c]. † ¶ Item
3 iudex de nouo eſt excommunicatus: & ſic reſcriptum perditur ad tempus, extr. de offi. del. prudentiam §. ſexta. de excep. pia. lib.
4 vi. uel ſuſpectus, extr. de offi. delegat. inſinuante. † ¶ Item quod cauſa remittitur ad eum, a quo noſcitur appellatum: extra de ap pel.

ADDITIONES.

a Olim. ¶ Hodie dic, vt in dec. ſtatutum de reſcrip. lib. 6. & vt ibi no. in gloſſ. Olim dicemus contra ſecundum dictum de reali.
b Reſpon. j. ¶ Hoc contrariū nihil facit. pueniret enim potius actori trahēti, quam reo tracto. De principali dicto ſatis ſcripſi de reſcrip. dilectus. 2. in gl. ante litem. & de hoc ĵ. tit. j. §. j. ver. quid ſi reus. & vide, quod dicam in principio.
c Neminem ¶ Et ſcripſi de iud. c. fi. in prin. vbi vide cum ſua remiſ. quæ eſt ad id, quod not. Hoſt. in præ. §. pe. ver. centeſimo. vbi plene tractat materiam huius uer. & ꝓcedentis. ¶ Adde, vt per Fel. in c. nulli. ds reſcr.

pel. hæc si in una. & c. accepta. Arg. tamen contra, ext. de matr. p̃
a tra inter. eccles. contra. c. j. [2] † ¶ Item si episcopus, uel archiepi-
scopus extra suam dioecesim, uel prouinciam existens, causam de
legant, non valent tales literæ impetratæ, secundum quosdam.
arg. ff. de offi. præsid. l. 4 ff. de iurisd. om. iud. l. fi extr. de offi. deleg.
b c. excommunicatis. & c. fi. de offi præfect. vrb. l. fi. [b]

ADDITIONES.

a c. j. ¶ Ibi soluitur in glo. pen.
b l. fi. ¶ Dic contra, vt no. de of. leg. nouit.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum impugnari potest ratione eius, contra quem impetratur.*
2 *Rescriptum contra priuilegiatum obtentum, nec de priuilegio mentionem faciens, an sit validum.*
3 *Impetratio contra abbatem, nulla de conuentu facta mentione, an valeat.*

a 7 §. Ratione etiam [a] eius, contra quem impetratur re-
scriptũ, impugnatur. vnde per clausulam,
Quidam alii, non trahuntur meliores, quàm sint in litera expres-
1 si, ut infra §. ratione causæ. in uer. itẽ quod in eo. † ¶ Item excipi-
tur, quod est impetratum contra prædecessorẽ mortuũ: nec per
illud fuit citatus: quare per eum nõ debet successor ꝓueniri, extr.
de rescrip. significauit. de offi. deleg. gratum. Arg. cõtra, extra de
iud. quia V. & C de ꝓtrahen. & commit. ſtip. l. fina. & dic, quod si
impetretur super actione reali, tunc successor potest ꝓueniri: qa
res transit cum suo onere, ut extra de deci. pastoralis. j. versi. itẽ
quod is, contra quem. Si super personali, & re integra moritur
is, contra quem fuit impetratum, expirat, ut in d. capit. significa-
uit. secus moritur re nõ integra, tũc successor per illud poterit
cõueniri, ut in d. c. gratũ. & in c. significauit. ibi, cum nec per ip-
sas, dum uiuit, &c. uel dic, ut ibi no. Item successor uniuersalis po
test conueniri per rescriptum contra prædecessorem obtentum
illo re integra mortuo: arg. bonũ extr. de fo. com. dilecti. de hoc
in præ. capitu quia V. ubi etiam no secundum Papam, utrum fiet
b nouus processus cõtra successorem [b]. Item excipitur, quia est ꝓ-
2 tra priuilegiatum obtentum, nec facit de priuilegio mentionem
extra de rescrip. cum ordinem. † ¶ Item quod is, [c] contra quẽ im-
c petratum est, tempore impetrationis non erat in rebus humanis
ff. quæ fen. sine app. resc. l. 2. extr. de rescrip. c. fi. nisi forte sit tale il-
lud, super quo impetratur, ꝙ hæres possit hæreditario iure con-
ueniri, C. de contrahen. & cõmit. ſtip. ueteris. ff. de fideic. liber.
cum quasi. in prin. in authen. de ingreſſur. à mor. præſtit col. v. Item
quod mater, contra quam impetratur nomine filiorum, ad secũ
3 da uota transiuit: extra de app. ex parte M. † ¶ Item ꝙ ubi impe-
tratur contra abbatem, non fit mentio de conuentu, cum tamẽ
sint bona communia: extr. de rescrip. edoceri & s. de actore, uers.
d item etiam obiicitur, & seq. [d]

ADDITIONES.

a Ratione etiam. ¶ Dic, ut scripsi in quæstione, quam disputani, posita super regula, is qui in ius. de reg. iur. lib. 6.
b Successorem. ¶ Vt ibi scripsi in ult. gl.
c Quod is. ¶ Ad literam fuit iste vers. Vber. de Bob. vbi s. post prin.
d Et seq. ¶ Dic, vt ibi: quia ualet, nisi essent capitula omnino discreta. Host. autem hoc membrum plene prosequitur sub uersi. 99. quærebat Guid. An. quæst. j. huius titul. an ualeat rescriptum impetratum per conuentum, de abbate mentione non facta: Allegat, ꝙ sic, l. j. C. de diuer. resc. vbi rescriptum prodest fratri impetranti. Si hoc in carnali fraternitate, fortius in spirituali: de transla. c. 2. facit, ꝙ ex sola affectione dr̃q; fr̃i, ff. de hæ. insti. l. nemo dubitat. alle, & ext. de iudi. cãm. In p̃riũ alle. ff. de min. l. denique. §. sed vtrũ. ubi reiõ datur filio, nõ patri. Vñ cũ patrẽ ꝓtingeret, nõ datur. Ad idẽ c. tit. ꝙ si minor. §. si seruus. inducit etiam l. ait prætor. ff. de iur. del. ubi, qui non pot̃ alienare, &c. distinguũt, vt si bona sint ꝓmunia, valeat, per præl. j. Nec obſt. deniq;. qa restitutio minoris est beneficiũ personale. & sic personam non transgreditur. de re. iur. priuilegiũ. li. 6. cũ ꝓcor. Et aduerte, quia ꝓp hoc dictũ hãc q. hic scripsi. dee. præcãm. Si dicat. ꝙ illi fratres Duneb. essent rei, destruere videbatur distinctionem, quã posuit Ho. vbi s. & ideo ipse ibi tenet in vers. hæc tñ distinct. ꝙ sibiipsi erat actores, & monachi rei. hoc satis præsumo. quia præponuntur: & quia ibi dicit, ingrediãtur & auti qua dicebat, aggrediantur. in antiqua autem patet, ut ibi scripsi, ꝙ qõ erat super quadã ecclesia, & delegata ei at abbati de Eueſcan. audiẽda & fiñeda appellatione remota. Secundũ hoc illa decr. determinat q. s. ꝙ ét causa fit talis, ꝙ quentus sine prælato in iudicio tractare non possit: impetratio tñ rescripti tenet super illa facta per quentum: eo fortius, qñ causa esset quentus, ita ꝙ etiam administratio esset diuisa, ut dixi in ca. edoceri. de rescrip. hoc etiam puertitur, ut scilicet in communibus, & his quæ prælatus tracta re nõ posset in iudicio sine quentu, teneret impetratio rescripti facta a solo prælato: sicut teneret in illis facta contra solum prælatum: ut in præd. cap. edoceri.

dis sicut & delegatus moderaretur. ext. de rescrip. super literis. ad
fi. Et sunt hec contra quosdam delegatos, qui sic scribunt aliqui-
bus: Mandamus. vobis, quatenus citetis eos, quos talis uob's duxe-
rit nominandos. Ex quo multas vexationes, & redemptiones
sequi uidimus, contra quos dominus S. ti. sanctæ eccl. siæ presby
ter, cardinalis, in regno Franciæ apostolicæ sedis legatus, nuper
in concilio Bituricen. in quo interfuimus, per suam constituțio-
nem remediū adhibuit optimū. Papa no. ext. de resc. cum in mul
tis quod si dicatur in literis: Cita illos, quos tibi talis nominaue-
rit, non poterit ille citare ultra quatuor. Idem etiam dicit, si in lit-
tera dicitur, Cita omnes, qui ei contradixerint: uel, qui eum sup
j tali re molestauerint. [j] Vtrum contra talem citationem possit ali
quid probari, no ext. de elect. bonæ. 1. ca cum dilecti. & detesti.
24 cum à nobis C. de relat. l. 1. in fi C. de app. quoniam. in fi. † ¶ Po-
strem̄ notandum est, q̄ si superior, ad quem causa remissa est, ci
tet appellantem in causa principali, non facta mentione de ap-
pellatione, sufficit illi mittere excusatorem, dicentem, quod ci-
tatio super principali facta non tenet, vel quod superior non
potest in ea procedere, quia appellatum est: & quod intendit
prosequi appellationem. Sed si transisset tempus prosequendæ
appellationis, tunc bene teneret citatio facta super principali
negotio, tam a delegante, quam a delegato. Alii tamen aliter
dicunt. Hoc prosequere, secundum Papam, prout no. extra. de
[k] rescr. c. fin.

ADDITIONES.

a Vera. ¶ Secundum Accur. cuius fuit iste ver. in l. hac autem. statim alleg. & idem Iac. Bal. vbi s.
b Causam. ¶ Nescio, quare fecerit hanc reuolutionem: tex. dicit, quos verisi mile si t defensionem non omissuros,
c Dico. ¶ Secundum prædictos & Io. de Deo, de primo decreto. in 3. col.
d Auditis. ¶ Ineptus est iste ver. ita dec. loquit de notario p̄tumace. s. qui re nocauerat procuratorem, & alium non miserat: iste non citatur super arti culo processus, sed super principali sic, decr. sequens non loquitur in notario contumace, sed in delicto, uel facto notorio, & verum est ibi notatum in gl. 2. q̄ in eo requiritur citatio, sed nil ad casum quæsitum.
e Potest. ¶ Et debet, ut ibi not,
f §. fi. ¶ & ff. de statu liber. l. si peculium. §. 1. ¶ Adde, q̄ Bar. in l. liber homo. § j. ff. de ver. obl. tenet, qđ citatio sit nulla, in qua nō est dies certa, vel termi nus certus: vnde ibi Ang. quē refert & sequitur Pau. de Cas. dicit, q̄ opinio Bar. est vera, quantum ad hæc vt posit fieri aliquod p̄iudiciū citato ad in stantiā partis aduersæ: & opinio Spe. est vera, q̄ tum ad hoc, vt possit puni ri de ptemptu citatus, si non pparet: alleg. pro j. parte. l. 2. C. vbi in rē act. & l. fi. de iure dot. de quo vide Pau. de Ca. p̄si. 52. & plenissimè per Præpositū sancti Ambrosij, in c. cum parati. ext. de app. Adde tu. q̄ citatio non habēs expressum tempus, valet: Bal. in l. circa: ff. de hære. instit.

ADDITIO. Circa id quod tenet Bar. in l. liber hō. §. j. s. alleg. q̄ citatio non continens diem, in qua citatus pparere debeat, tanquam obscura, non tenet: vide copiosè ibi per Ale. vbi relecta concordia. Ang. dicit opi. Spec. indistinctè esse ueram: & respondet ad iura allegata in p̄rium: de quo etiam per Cano. in c. eos. de sent. exc. in 6. & in c. cum parati. de app. sed pro opin. Bar. vide do. Iaf. in d. §. 1. in fi Hen. Ferran.
g c. 1. ¶ Ad hoc de appel. cum parati. & ibi satis scripsi in vlt. gl.
h Contra. ¶ Vide post eum. & Host. plenè scripsi de exce. dilecti. in gl. 2. per quam aliquid de inferioribus melius intelliges.
i Molestauerint. ¶ Tu dic contrà, vt ibi super 5. gl.
k c. fi. ¶ Quæ vide j, §. fi. ver. quid si altera.

SVMMARIVM.

1 *Citatio qualiter sit per literas facta, vel facienda.*
Literalis citatio cuiuslibet iudicis quæ continere debeat.
2 *Literæ delegati debent continere de verbo ad verbum tenorem commissionis.*
3 *Ordinarius citare potest per literas duobus modis*
4 *Forma citationis, ubi ipse idem ordinarius citat, quæ esse debeat.*
5 *Forma citationis, vbi ordinarius alteri committit ipsam citationem, quę sit.*
6 *Iudex citatio, si alteri committatur ab ordinario, sub qua forma debeat fieri,*
7 *Peremptoria non debet fieri citatio, cum pnatantum facta fuerit.*
8 *Citator qualiter se habere debeat in citationib. diuersarum personarum.*
9 *In actu iudiciali an vni citatori credendum sit.*
10 *Delegatus citans per literas, qua forma vti debeat.*
11 *Clausulæ necessariæ apponi in literis citatorijs delegati, quæ sint.*
12 *Citatio a pluribus delegatis qualiter sit facienda.*
13 *Sigillum iudicis proprium, non alienum, debet literis citationis debite formatis apponi.*
14 *Apponens suum sigillum literis citationis, debet in eadem dicere se illud apposuisse: alias nulla sufficit protestatio.*
15 *Citatio plurium delegatorum facta vno delegato absente, nec se excusante, an teneat.*
16 *Sententia lata a iudice, nulla precedente delegatione, an per ratihabitionem ordinarij confirmabitur.*
17 *Is, cui committitur citatio facienda, si nolit citare, nisi fiat ei copia iurisdictionis, an tunc sufficiat tenorem rescripti apostolici in literis citationis inseri, aut necesse sit originale ostendi.*
18 *Delegato mandante alicui ut denunciet talem excommunicatum, qualiter sit procedendum.*
19 *Iudex mandans alicui, q̄ veniat die tali, vel q̄ talem citet, alias nouerit se excommunicatum, an non veniens, nec citans sit excommunicatus.*
20 *Citatus sub pœna excommunicationis, an non veniens, & habens iustam causam non veniendi, sit excommunicatus.*

5. §. Iam de citatione, q̄ fit per viuam uocem, aliqua edocuimus: restat ergo, ut de ea, q̄ fit p literas, p tractemus. Ad cuius rei euidentiam illud prenotandum est, q̄ Iudicum alii sunt ordinarii: alii delegati: alii auditores: de quorum singulis aliqua clarioris doctrinæ gratia pstringamus. Quod autem quis possit citari per literas, probatur ext. de offic. deleg. prudentiam. circa prin. ibi, literatoriæ &c. & c. ex literis. 13. dist. si episcopus. 4. q. 5. quisquis. & 5. q. 2. vocatio. & q. 3. si ægrotās. ext. de tēp. ordin. nec episcopi. C. quomodo & quando iud. consentaneum-
l 3. § proximo. † ¶ Illud quoque regulariter sciendum est, [a] quod
a cuiuslibet iudicis literalis citatio p̄tinere debet, quis citat, & eius nomen

ADDITIONES.

a Sciendum est. ¶ Secundum Vber. de Bob. vbi 3. in fi. eius tamen verba am pliat autor bene tamen inducebat tres leges hic in fi. allegatas.

nomen cognomen,quem & super quo vbi,& ad quem diem & ad cuius instantiam citat:& quod per se,uel legitimum responsalem & idoneum ad c iusam sufficienter instructum,cõpareat, & an perẽptorie uel nõ. Et quãdo præcipitur alicui,quod citet, aliquem,litera cõmissionis debet continere præmissa, & quod committentẽ per suã literam,aut per publicum instrumentum,
a super hoc certificet,& clare,non obscure fiat.[a] Hec omnia probantur ext.de dolo & cont.c fi.& ca.cũ causam.de in integ. rest. tum ex literis.ad fi C.qui ac.non pos.qui crimen ff de no.op.nũ.
2 l.de pupillo.§.qui opus.ff qui,aut clam,l.aut q.in prin.† ¶ Ceterum literæ delegati debẽt etiam continere de verbo ad verbũ tenorẽ cõmissionis:ut reus,qui citatur,sciat quis, & qua auctoritate citatus prædixi,& s.proxi.uersi.vel distingue.Hoc quoq;
b notandum est,secundum T.[b] quod ipsemet iudex,qui reũ citat
c ad causam,cognoscere debet[c],an sua sit iurisdictio:ut ff de iud. si qs ex aliena.ff.ad mu.l.pen.ext.de rescr.super liter.& c.dilectus
d secus si fuerit recusatus,ut s.in tit.de recu.diximus.[d] ¶ Primo igitur de citationibus literalibus ordinariorum videamus. Et est
3 sciendũ,† quod ipsi duob. modis citãt per literas. nam quandoque dirigunt literas eis,quos uocant.& hoc in clericis. Quandoque vero committunt alicui,qui eos citet,& hoc in laicis qui ne sciunt legere,ut ff.de requir.reis l.1 §.presides.Si tamẽ fieret ecõtra,non ideo minus citatio teneret:vt extra de dolo & contum. c.fi.in fi vbi clericus citatur per alium: & etiam laico quandoq; literæ citatoriæ destinantur:argum.ext.vt lite non cont.est.accedens.2.licet tutius sit citationem fieri per aliũ,nec citatus citationem occulte:sed tamen is,ad cuius instantiam fit, de præsentatione citationis debet ad cautelam facere fieri instrumentum ne
4 ille possit se fuisse citatum negare.† Si igitur ipse idem citat,hæc erit forma citationis:¶ FORMA.G.permissione diuina,sanctę Narbon.ecclesiæ archiepiscopus,dilecto in Christo tali,&c.salutem in domino.Querelam C.clerici recipimus,continentem, q cum ecclesiam talem idem clericus ex nostra collatione diutius possedisset, tu eum absque causa rationabili pro voluntatis libito post appellationem ad nos interpositã temere spoliasti, eiusdem ecclesiæ possessioni de facto incumbens:ideoque tibi districte præcipiendo mandamus, quatenus (si est ita) intra spatium octo dierum post receptionem præsentium præfatam ecclesiã cũ fructibus medii temporis eidem restituere non omittas.Alioquin si de iure confidis, tali die, quam tibi peremptoriam assignamus,corã nobis per te,uel per procuratorem idoneum sufficienter instructum ad causam,coram nobis in tali loco compareas,eidem clerico de iustitia responsurus:sciturus,quod si in p̃fixo termino comparere neglexeris,nos in dicto negotio, quantum de iure poterimus,procedemus. Quod si terminus præstitutus in diem inciderit feriatam sequenti die non feriata. quam tibi peremptoriam assignamus,studeas comparere in cuius rei testimonium præsentes literas sigilli nostri munimine fecimus cõmuniri.Hec forma probatur ext.de in integ rest.tum ex literis. in fi.extr.de do.& cont.c.fi.
5 †¶ Si uero alteri citatio committatur,hęc erit forma:FORMA. G.ul.permissione,& capitu.tali salutem. Querelam T.clerici accepimus &c.vt s.usq; Mandamus quatenus.verbis secũdæ pone in tertiã decẽter mutatis:iunge,dictũ clericũ ex parte nostra monere & inducere curetis.quod si est ita,eidem T.præfatã ecclesiam restituere non moretur:alioquin peremptorie iniungatis eidem,quod tali die corã nobis,&c.ut s.uerbis,ut dixi, mutatis.Hæc probantur extra.de offi deleg.ex literis. ¶ Sed & utrunque potest simul fieri,scilicet vt ipse citet,& eriam faciat per alium citari. retenta enim tota, prima forma usq; ad verbum,procedemus.iungatur sic:

FORMA Nos quoque nihilominus tali damus nostris literis in mandatis,ut & ipse T.ad eundem terminum auctoritate, nostra,iuxta premissam formam peremptorie citare procuret, quod si non poterit inueniri:facias vt citationis edictum per se, uel per alium, apud ecclesiam tuam publice proponatur. Hæc clausula ponitur ext.de do.& cont.c.fi.
6 ¶ Porro[e] si committatur laici citatio,hæc erit forma:
e FORMA.Gul dei gratia,&c.salutẽ.Sua nobis H.lacrymosa quæstione monstrauit,q licet Leius vir, secum matrimoniũ, contraxerit per verba de præsenti, carnisq; copula interuenerit inter eos,ac p annos plures eidem, velut vxori legitimæ,affectu adhæserit coniugali:nunc tamen, Dei timore postposito a suo consortio abiecit eandẽ:nec erubescit cuidam sup̃inducte publicè adhærere:ideoque discretioni tuæ p̃sentiũ auctoritate mãdamus,quatenus,si est ita, præfatum L.ex parte nostra monere ac inducere procures.vt mulier superinducta,vel cui adhæret, omnino dimissa prefatam H.vxorem suam recipiat,& eam maritali affectione pertractet:alioquin auctoritate nostra iniũgas eidẽ vt tali die per se,uel procuratorem idoneum, peremptorie cõpareat coram nobis:alioquin cõtra ipsum procedere curabimus quãtum postulauerit ordo iuris.Quod si terminus,&c.ut s. ext. de spon.ex parte A.& c.veniens 1.ext.de of.or.signiacauit.Vel dic,quod si non fecerit,tu authoritate nostra fretus eum,& sup inductam excommunicationis studeas vinculo innodare, faciẽs eos,tanquam excommunicatos,ab omnibus vestræ diœcesis ar-
7 ctius euitari.† ¶ Sed premissis opponitur,quia cũ vna tantum citatio facta fuerit,non debet fieri peremptoria: de hoc s.§.uiso. ver.item peremptorium.Vnde si velis hanc vitare obiectionẽ, poteris concipere sub hac forma:

FORMA Gu.& cet.vt s.prox.usque,compareat coram nobis iunge,& si tunc non venerit,veniat tali die:quod si nec tunc venire curauerit,veniat tali die,quam sibi peremptoriã assignamus.Multi quidem vtuntur hac forma,ut probatur extra,de testib.cogend.capi.2.Et hæc forma frequentatur in his quorum, præsentia de facili haberi non potest,& de hac s.§.uiso uersi.sed quid si.Caueat tamen is,qui sub hac forma citat, vt inter vnam, diem & alteram sint competentia interualla,nisi facti necessitas, aliud suadeat:s.§.uiso uersi.1.& uerific.item dicunt.Literis autẽ huiusmodi sigillatis,actor eas statim recipiat, & in actis redigit faciat ad cautelam:deinde deferat ad citatorem,vel ad eum,qui per literas ipsas citatur:in quarum presentatione eum cautum esse oportet,ne sigillum frangatur.uel cadat:& ut præsente notario eas porrigat eidem,uel etiam ipsi citato:cum eidem scribit sub prescripta forma: de qua præsentatione habeat testes, uel ofici faciat publicũ instrumentum,C.de annal except.ut perfectius extra,de probat.quoniam contra.Cuius tenor talis erit:

¶ FORMA. In nomine,& c. Anno &c.talis presentauit & dedit tali quandam literam apertam in mei notarii præsentia & testium subscriptorum,ex parte talis iudicis à sede apostolica delegati: sigillatam vero sigillo & integro, in cuius circulo erant tales literæ, & intra circulum tale signum,supplicans instanter eidem, ut citare deberet reum,iuxta traditam sibi formam.Tenor autem prædictæ literæ erat talis:Guil.&c.tali salutem,&c.& toto tenore inserto,Notarius in fine subiungat:Acta fuerũt hęc tali die & loco,præsentibus talibus:& ego talis, tali auctoritate notarius, presentationi dictarum literarum interfui, & hoc ad præsentatoris instantiam in scriptis redegi,& publicaui, & meo signo signaui.Hanc formam.etiam vide supra de impug. reseri.
8 § primo.† ¶ Porro citator receptis & perlectis literis,si citãdus est alias eius subditus,eum ad suam aduocet præsentiam.Si uero non est eius subditus,uel est magna persona,ipsemet accedat ad eum & præsenter notario,uel testibus idoneis,per quos possit probare citatio:& si necesse fuerit,legat præfatam literam ecram illo,& postmodum citet eum iuxta traditam sibi formam:de qua citatione fieri faciat publicum instrumẽtum,sub illa forma,quæ est s.§.proxim.uersic. quo facto. hoc saluo quod ubi dicitur in prin R.Clericus nuncius,& c dicatur,dominus talis,& c.Quod autem dixi de notario & testibus,cautela est:nam & sine hoc sibi asserenti se citasse creditur,si sit in literis illa clausula,diem autẽ, &c.quæ est infra §.prox.ver.si vero.nam ministro creditur in facto sibi commisso,ff.de reb.eor.qui sub tu.uel cu.sunt,l.magis.§. ne tũ.licet sit argumentum cõtra in ead.l.§.item prætor.ver.nec
f nimium.[f]† ¶ Vni tamen non creditur in actu iudiciali:extra, de probat.quoniam contra.in prin.Hoc autem facto, reus sic citatus petat copiam, tam de citatione, quam de literis citatoriis, quæfieri debent originalibus remanentibus penes eum,extra,de probat.c.fi & c.quoniam contra.
10 †¶ Viso de citatione ordinarii, sequitur videre de citatione delegati,quæ fit p literas A.1 quod notandũ est,quod aut est unus delegatus,aut plures Si est unus delegatus,citabit per literas sub hac forma:

¶ FORMA. Titius archi.Narboneñ. uel canonicus vel M. sanctę Narbonen.ecclesiæ archiepiscopus,iudex à domino papa in tali causa delegatus, tali salutem in domino Iesu Christo. Mandatum apostolicum,uel literas,à sede apostolica nos recepisse noueritis in hac forma:Clemens episcopus seruus seruorũ Dei,&c.veniens ad præsentiam nostram G.presbyter, nobis significare curauit quod V.de Podiomissione,& quidam alii ciuitatis, & diœcesis Biterreñ. super iure parochiali,scilicet decimis oblationibus & rebus aliis iniuriantur eidem.Quo circa mandamus,quatenus,si est ita,partibus cõuocatis causam audias,& eã fine canonico decidas:faciens,quod decreueris,per censurã ecclesiasticam appellatione remota firmiter obseruari: testes autem,

ADDITIONES.

a Fiat. ¶ Ponit forma j.§.prox.ver.si uero.ibi,dicit autem,&c.
b Secundum T. ¶ Vbi s.uer.& nota.
c Debet. ¶ Sup.& pronunciare.vt dixi.§.1.ad fi.super ver.item generaliter.
d Diximus. ¶ Et no.de app.solicitudinem.in gl.sed quare.in fi.
e Porro. ¶ Versi.totus Aegyd.vsque ibi.sed præmissis.super rubrica 7.
f Nimium. ¶ ibi non credit tutori dicenti, q est necessitas,distrahendi.in §. ne tamen.credit ministro,quem ad id misit,ut referret.

tem &c. data Viterbij 4. calendas Octobris, pontificatus nostri anno quarto: quas, si petieritis, nobis præcipimus exhiberi. Volentes igitur, vt decet, mandatis apostolicis humiliter obedire, vobis auctoritate, qua in hac parte fungimur præcipiendo mandamus, quatenus præfatum V & omnes alios quos causa ipsa cõtingere poterit, & quoscunq; prædictus G. presbyter vobis duxerit nominãdos [a] ex parte nostra citare curetis, ut decima die post receptionem præsentium coram nobis Narbonæ apud talem ecclesiam, vel domum, per se, vel per procuratorem suum, se præsentet: quem terminum ei pro duobus edictis, & tertio peremptorio, propter viarum distantiam, ut partium parcamus expẽsis & laboribus, assignamus: vel quem terminum sibi pro omnibus terminis peremptorium assignetis, responsuro de iure presbytero ante dicto: alioquin secundum formam mandati nobis traditam in causa ipsa, quantum de iure poterimus, procedemus cuiusquam absentia non obstante. Quod si idem terminus in diẽ inciderit feriatam, &c. vt §. versi. si igitur. iunge etiam, si vis: Diẽ autem vestrę citationis, &c. vt j. prox §. versi si uero mandet. uel sic, In signum autem factæ citationis sigilli nostri impressionem præsentibus apponatis. [b] in cuius rei testimonium, &c vt suprà in prędict. versi. si igitur. Quidam etiam ad cautelam in citatione inserunt formam & tenorem libelli, ne ulterius reus petere valeat inducias deliberatorias: ut probatur. v. q. 2. si primates. & no. [c] extra. de dilat. cap. j. Quod tenor commissionis sit inserendus, probatum est §. prox. uersi. sed nunquid. j. sed in secunda citatione non est necesse inseri. Quod autem delegatus debeat se præmittere in literis, probatur: quia repræsentat personam domini papæ ut nonagesimaquarta dist. c j. & ut ipse papa honorandus est, quo ad causam sibi commissam, 93. di. c. fi. 7. q. j. omnis, qui. & maior est illis, quorum causa sibi committitur, ut extra, de offic. [d] deleg. sane. & c. pastoralis. [d] & uide j. uersi. porro. Item, q̃ possit citationem committere, probatur extra, de offic. deleg. pastoralis. in princi. & dixi §. de iudice deleg. §. iam nunc. Quod autem pro omnibus terminis vnus terminus peremptorius possit ex cã in initio assignari, notatur §. §. viso. versicul. j. Item quod in peremptorio debeat iudex ꝓminari, ibidem dictum est versicul. item iudex. Quod autem certum diem & locum possit assignare, probatur extra, de rescript. c. olim. & cap. fin. ¶ Quidam [e] etiam in fine citationis ponũt, quod reus veniat paratus proponere quicquid voluerit, tam contra rescriptum, quam cõtra personam iudicis, vel impetrantis, ne alia detur dilatio huiusmodi proponenda, extr. de excep. pastoralis. Item si in rescripto apostolico continetur clausula illa, Quidam alij debent in citatione exprimi nomina eorum, quos per illam conuenire intendit, §. §. j. versicu. item quod [f] per clausulam. [f] Actor autem cautè præsentet hanc literam, & tam de præsentatione, quam de citatione faciat fieri publicum instrumentum, ut iam dictum est, continens citationis tenorem: & de sigillis iudicum, & aliis debitis circumstantiis faciens mentionem. In locis vero, ubi non est tabellionum usus, id fiat per duas personas iuratas, extr. de probat. c. quoniam contra.

¶ Si autem velis, quod litera sit publicum instrumentum sigillatum, dicas sic: FORMA. In cuius rei testimonium & futuram memoriam premissorum, hoc presens instrumentum publicum de nostro mandato scriptum, & in publicam formam per talem infra scriptum notarium redactum, fecimus nostri sigilli munimine reborari. Actũ in tali loco, anno, mense, die & indictione talibus, pontificatus domini Clementis Papę anno quarto, talibus testibus præsentibus, uocatis & rogatis postmodũ notarius sic subscribat: Ego talis, tali auctoritate notarius, prędictis interfui, & vt supra legitur, auctoritate & mandato prędicti domini Titii fideliter scripsi, & in publicam formam radegi, & meo signo rogatus signaui.

¶ Si vero subdelegatus citat: dicat sic: FORMA Talis à tali in causa tali, subdelegatus, tali salutem in Domino Noueritis dictũ talem à domino Papa recepisse literas in hac forma: Clemẽs, &c. ipse vero alijs negotiis impeditus, nobis cãm subdelegauit eandem sub hac forma: Titius, &c. sicut constat per eius literas, uel publicum instrumentum inde confectum: quæsi petieritis, uobis præcipimus exhiberi. Volentes igitur eiusdem delegati mãdatis, imo veris apostolicis, humiliter obedire, charitatem vestram, &c. vt §. uiso. Formam autem commissiõis uide §. de iu- 12 dice deleg. §. sequitur. versi. commissio antem. † ¶ Porro si sunt plures delegati, subdistingue: quia aut sunt omnes eiusdẽ dignitatis, puta sunt episcopi: & tunc maior & dignior in salutatione, præponatur, dicẽdo, M. Tholosanus, & P. Biterren. & R. Londonien. miseratione diuina episcopi, iudices à sede apostolica. &c. C. de off. ma. offi. nemo. Vitium enim est prepostere, 74. di. episcoporum. & c. fin. & C. de test. præposteri. Vel si de hoc dubium sit, prior in ordine episcopatus præponatur, & qui plus cæteris laborauit, ut 17. dist. §. fi. extra de ma. & obe. c. 1. C. de consul. libro. [illegible] 1. & C. de castrens. lib. co. l. 1. & de re milit. cõtra. publicã. ad [illegible] præpos. sacri cubic. l. 1. & de præfect. præt. l. 2. lib. co. & in concord. quæ sunt §. de aduoca. §. nunc dicendum. uersic minores tamẽ. uel ille, qui à principe dignitatem uel ordinem recepit, ff. de albo scri. l. 2. extra, de ma. & obed. per tuas extra de rẽp. ordin. cum in distribuẽd. s. uel seruetur ordo in rescripto apostolico retentus, xliii. dist. sit rector in fin. ext. de rescrip. cum dilecta.

¶ Sed & si sint omnes simplices canonici, vt ext. de rescrip. præ [g] senti. ꝙ dic idem, quod iam dixi, uel dic, antiquiorem tũc præponi, secundum ea, quæ no. in prędi. uersi. minores tamen. uel ille, qui maioris est ordinis, ut iam dicam. Si uero unus est episcopus & alii inferiores prelati, uel unꝰ est metropolitanꝰ, & alii episcopi, uel unus in dignitate, alii simplices canonici. maior præponat etiam si posterius fuerit ordinatus, ut in pręd. l. nemo. & 17. dist. §. fi. & in preal. c. placuit. extra, de ma. & obe. statuimus. Delegatus quoque, quit alibus committet, hoc diligenter attendat. nã prelati & clerici nostri temporis multum sunt naturę indignã- [h] tis, & naturaliter homo appetit honorari, iuxta illud [h] Gloriam 13 tuam alteri ne dederis. & uide supra §. uiso. † ¶ Literis igitur citationis ut premissum est, formatis, iudex sigillum suum apponat si habet, nec tũc ualet, si cum alieno sigillat, quia nec cum suo ad aliud officium deputato, sigillare posset, ut ext. de appellat. significauit. j. de edit. instr. §. instrumen. uersi. item quod sigillum non est eius & §. de procur. §. ratione autem. uersicu. 3. Sed si non habet proprium, uel habet, sed cum sigillari oportet, secum non habet, uel est ad aliud officium deputatum: tũc cum sigillo alterius sigillet, dicens in fine literarũ: Nec miretur vestra discretio, quod cum sigillo talis signaui cum proprium non habeam, uel cũ meũ mecũ tempore confectionis præsentium non haberem, vel cum non haberem nisi ad tale officium deputatum. debet enim dicere, cuius sigillo, & quare alterius sigillo sigillat: alioquin turbatũ esset signum, ff. pe testa. ad testium. Præterea sigillum & subscriptio diuersis ex causis apponũtur in literis, ut infra de proba. §. videndum. versicu. illud etiam. quare debet dici, ad quid apponant. nisi enim sic diceretur, citatus uidens aliũ citare, & uidens sigillum alterius apponi, credere posset literas esse falsas nec te- [i] neretur secundum AEgidium [i], comparere. protestatio enim ad id, & ad alia ualet, extra quod met. cau. c. j. de cẽs. olim. Et est hoc contra quosdam officiales literas suas familiares sigillo officialitatis sigilantes. Si ergo tertius iudex, uel duo ex tribus sigilla non habent, & cum alienis sigillãt, de hoc nulla in literis facta mentione, dicunt quidam, & bene, non ualere citationem: imo præsumunt literã esse falsam. Sed si in literis dicitur: A. B. & C. canonici Narbon. iudices à sede apostol. &c. in literis vero sigillorũ apposi orum habetur, R. P. & M. canonici Narboñ constat, quod literæ sigillorum discordant a literis citationis: ideoque falsę præsumuntur, extr de elect. cum inter R. seniorem. & de appellati. 14 significauit. & de fide instrumen inter dilectos. † Sed nec uidet præmissa protestatio sufficere, nisi & is, cuius sigillum apponit dicat in ipsa charta, se illud apposuisse, arg. ff. de testib. l. pen. & l. ad testium. §. si quis ex. C. co l. si unus. & l. hac consultissima. & l. in testamẽtis. & l. iubemus ext. de re iudic. cum inter uos. §. j. versi. pe. & si C. de his, qui. ut indig. l. pen. ff. de eden. l j § fi. nã cũ sigillum ponatur in testimonium rei gestę, non potest is, in cuius fauorem apponitur in causa propria testis esse, 4 q. 3. versi. nullus. Sed credo contra scilicet quod charta fidem faciat, quamuis is, cuius sigillum apponitur non subscribat, uel hoc non dicat, ex quo sigillum integrum apparet & incorruptum, argum. C arbitr. tut. l. fin. ext de fide inst inter dilectos. & c. 2. ubi de hoc, secundũ Papam. nec talis est testis in re propria, cum huius acta sint communia, & huiusmodi subdelagationes probantur per sigilla iudicum, ut j. de instr. edit. §. nunc dicamus. ver. illud autem. Hinc est eriã, quod si aliquis procuratorem constituat, uel aliquid fiat coram persona authentica, & exinde fiat scriptura, in qua ipse cõstituens, uel faciens, loquitur, & sigillum eius apponitur, nulla de hoc per ipsum constituentem, vel ipsam personam authenticã. facta in litera mentione, satis facit fidẽ tale sigillum, ut ex præmissis apparet. Nec est necesse, quod persona loquens in instrumento, siue sit contrahens siue aliud signum apponens, dicat, si- gnum

ADDITIONES.

a Nominandos. ¶ Hæc forma non procedit ex vi clausulæ, Quidam alii, ut dictum est §. §. proxi. in fin. & j. seq.

b Apponatis. ¶ Respicit hoc consuetudinem Gallicanam de qua scripsi de probat. quoniam contra. super uer. citationes.

c c. j. ¶ In ij. gl. & uide quod super ea scripsi. Est sciendum, quod Io. de Deo lib. iudicum, parte j. ru. 3. improbat. ꝙ libellus ponatur in citatione, maxime p delegatũ, sub quo lis prætestata nõ est, ext. de appel. significante. dicit enim, ꝙ iudex reddet se suspectũ, & tales nõ debẽt esse iudices, 3. q. 5. quia suspecti. & dicit ꝙ esset locus appellationi: & multum subtilizauit. Tenet ꝙ: ꝙ nec recusari per hoc, nec appellari põt seruato, quod scripsi sup. pd. j. gl.

d Pastoralis. ¶ Secundum Aegid. rub. 4.

e Quidam. ¶ Secundum Aegid. cuius totus iste uer. rub. 4.

f Clausulam. ¶ Ergo patet, quod proxima forma non fuit congrua.

g Presenti. ¶ Quam non habemus.

h Illud. ¶ In prima persona habetur Ita. 42. & 48.

i Secundum Aegid. ¶ sua rubrica 7.

gnum meum apposui.Item non est vis: an promittens vel contrahens loquatur in littera,an sigillans:arg extra,de conuer.coniuga.dudum Sufficit ergo,quod litera citationis sit sigillo iudicis sigillata quia non est de actis iudicii, sed ante iudicium,Si autem sunt plures iudices,quilibet etiam suo sigillo signet, argu.Instit. de testam.§ sed cum paulatim.Si uero alter coniudicum sigillū non habeat proprium, sigillet cum sigillo alterius, suprascripta tamen protestatione præmissa:cum qua etiam omnes cum vno possent sigillare sigillo,ut inst eo.tit.§.possunt autem.ff. eod.l.ad testium.§.si ab ipso.ubi est ar.quod etiam cum sigillo actoris possit iudex signare,cum sit alienum.de hoc j.de ed. instru.§.postremo,uersi.item quod sigillum nō est eius. Quod autem sigillum
15 dicatur authenticum.no.in pred.§.videndum.versic.x.† ¶ Hoc autem nota,q̄ citatio duorum,facta tertio delegato absēte,nec se excusante,non tenet,nisi scribatur cum clausula illa, quod si non omnes,& c.extra,de offi.deleg.prudentiam.in prin. & c.cū causa.quod sic ostēdo.Constat enim,quod citatio est de processu iudicis.extr.de ꝓbat.quoniam contra.de off.dele.gratum. & ca.relatum.Constat etiam q̄ si duo iudices procedūt,tertio nec veniente,nec se excusante,nec uices suas alii committente, duo nil agere putantur,nisi alias de eius impotentia constet:ut in præd.c.prudentiam § j.extra de rescrip.scisc.itatus 2.q.6 § diffinitiua.versi.si plures.Ergo nec citatio duorum nullius est momenti. Veruntamen si duo protestentur in suis literis id factum esse de tertii licentia,consulo citato,q̄ uadat saltem suum priuilegium allegaturus:ext.de appell.cum parati.& c si duobus. de offi.
a deleg.cum causa.ubi de hoc.[a] Hoc prosequere,ut not in prædic.c prudentiam.respon.j In eodem etiam c.no. secundum Papā, vtrum tertius coniudex possit ratum habere,quod à duobus factum est:siue sit processus, siue sententia excommunicationis, vel alia.Sed videtur,q̄ tertius coniudex possit ratificare citationē a duobus factam eo absente:quia ratihabitio retro &c.C. ad Maced.l.fi.ff.de pig.si fundus.Quæ regula videtur etiam locū habere in iudicibus,ff.de indi licet.Arg.cōtra ff.de arbit.l.si in tres. & ff.de offic.proconsul.l.obseruare.§.fi quod verius videtur.de
16 hoc j.de sent.§.sequitur.versi sed & si cum seq.† Quid si iudex tullit sententiam nulla præcedente delegatione,nunquid per ratihabitionem ordinarii confirmabitur sententia?arg.q̄ sic,ff.de re iud.duo.9.q.2 § fin.C de iur fisc.l.2 libro.Sed dic contra,,put ibi no.& arg.ea.q c.j Idem iuris est, si tertius coniudex sententiam à duobus præsentibus latam ratificat,ut ibi no. ¶ Quid si tertius non venit,nec se excusat,qualiter tunc duo citabūt partes? vel qualiter illū absentē uocabunt? Respon.do.meus not.in Sum.de offi.delegat.§.q̄ sit eius officiū.q̄ sine delegatione collegæ possunt duo citare hoc modo.

¶ FORMA. Vice nostra & collegæ nostri citamus te: q cū multū differet à nobis,in citatione hac non poteratinteresse: quasi dicat,hēt hic locum clausula illa.Quod si nō omnes.& d. hoc tangitur in p̄d.ca.cū cām,quę ad hoc facit,q̄ no.j.de primo & secūdo decre § iā de effectu.uersi.& nota,q̄ præ.Itē etiā dicit,si duo sunt,s.q̄ unus vice sua & absentis citare valeat,causa simili allegata.potest enim absens ratificare,q̄ suo nomine gestum est. & in his casib.ratione dubij citatus uenire tenetur.tamen ulterius nō tenetur procedere.nisi facta sibi copia iurisdictionis:nec est decens,eam sibi fieri,nisi veniat coram iudice: ad quem potius, q̄ iudex ad ipsum,venire tenetur.Sed dices,ergo quilibet potest ꝓ libito me uexare,dicens se iudicem, cum non sit ex quo sic citatus debeo comparere Sed respondeo,ipse sibi ad interesse p̄dē nabitur,& alias punietur.quę dic,secundum domin.meum,ut in præd.§.quo.Nisi sit eius officium.Caueat tamē citans prædicto modo,quod is,cuius nomine citat, non multū differet.alias dictans, scribēs,& sigillans,quæstionem falsi poterunt formidare: ut extra,de his,quę fiunt à præl.quanto secundum dominum meum. Aliqui tamen quandoque faciunt hāc literā scribi nomine omnium, & in fine dicunt: Data anno, mense tali: nil de loco, uel die dicētes,sicque suas(quod non approbo)palliāt falsitates.Tutius est ergo in prædictis casibus,quod unus committat alteri vices suas sub hac forma,¶ FORMA Talis tali salutem in domino. Cum causa,quæ uertitur,seu uerti speratur inter A.& B.vobis & mihi simul à sede apostolica sit ꝓmissa sub hac forma.Clemēs episcop⁹,&c.posito toto tenore,subiungat:præfatus A.à me instanter petiit,quod dictum B.citare deberem ut coram me ꝓparere deberet.Attendens igitur me ad hoc sine uobis non debere procedere: volens etiam litem abbreuiare,partiumque occurrere laboribus & expēsis,uestræ discretioni,quo ad dictam citationem tantūmodo faciēdam,& in his,quæ ad ipsam pertinent, meas vobis committo vices, iurisdictione ac potestate mihi in omnibus aliis reseruata:scituri,quod dante Deo die ac loco interuero per vos partibus assignatis.Quod si tres fuerint, duo tertio eodem modo committant,qui tertius citabit hac forma:
FORMA. Tales tali salutem in domino.Literas apostolicas me & talem recepisse noueritis,sub hac forma:Clemens episcopus,&c.Cum igitur dicti mei tales collegæ,quo ad citationē huiusmodi faciendam,mihi commiserint vices suas,idcirco vice dictorum collegarum,& mea,auctoritate domini papæ qua fungimur in hac parte,uos cito,& coram eis & me die & loco talibus per uos aut per procuratorem idoneū, &c.vel ꝓmittat hæc
17 citatio committenda alicui,ut supra uer.viso.Sin autē vnus cōmittat alteri vices suas in causa,dicet,prout no.s.de iudice delegat.§.sequitur.uersi.& sic sunt.in fine.† ¶ Sed pone,quod is, cui
b citatio committitur faciēda,petit sibi fieri copiā iurisdictionis, nec aliter vult citare. Dixit Gul.Na.[b] sufficere tenorem rescripti apostolici in litera insertum esse:nec est necesse originale ostendi:arg.ext.de dila.præterea.Nec obstat extra de offi.dele.cum in iure.quæ loquitur in executione sententiæ,in qua magnū fit præiudicium,quod non est in citatione:ideoque debet obedire citatori.Pars enim corā delegato veniens,poterit,si voluerit,rescripti copiā petere & habere:ut in prædic.c.præterea.nec à citatore appellari ex hoc poterit,cum sit merus executor:ut extr.de appel.nouit.maxime autē obedire debet,si delegati persona,sit auctorizabilis & bonæ famæ arg.92 dist.nobilissimus.62 dist.miramur prope fin.& secundum quosdam,etiam minoribus obedire tenetur,ff.de iudiciis,si quis ex aliena. Dominus meus,not.in tit. de offi.deleg §.quod si eius officium.vers.tertius.quod talis potest cogi coram iudice venire:& tun costenso sibi rescripto eū cogere.Et per præmissas etiam rationes not.Papa in præd.c.præterea.q̄ ex quo delegatus inserit in citatione apostolici rescripti tenorē,citatus per ipsum delegatū comparere tenetur, quanquam apostolicum non uiderit rescriptum, nisi forte ipse delegatus uilis persona uel nimis remota sit.& si non comparet,& ille in ueritate iudex sit,tenet excommunicatio uel in possessionē missio,& quelibet alia mulcta per eū propter hoc illi inflicta.Debet ergo comparere,cum per hoc nullum fiat sibi preiudicium, vel modicum. Nam saluum sibi remanet ius petendi copiam iurisdictionis illius,& fori priuilegium allegandi: & aliàs procedere non cogetur,ff.de iudic.si quis extra de iudic.c.j extr. de dila.ca.fin.Sed si ille iudex non sit,uel nullum uel falsum rescripti tenorem uel nullam causam,quare super citatum iurisdictionem habeat,in citatorio inseruit,nec alias est iudex ordinarius,non tenetur comparere:nec tenet,si contra eum non comparentē proceditur,arg.ff.si quis cau.si seruus.& l.quoties seruus.ff de in ius
c voc.l.2.Sed Per.de Sam.dicit [c], quod nec citatus per ipsum delegatum comperere,nec is,cui mādatur quod citet, comparere tenetur,nisi prius de illius iurisdictione certificetur,arg.in prædic.cum in iure & in his,quæ not.infra de probat.§.vidēdum.versic.quid in auditoribus.uel nisi citans sit persona auctorizabilis: vt p̄missum est.Citatus tamen non debet dicere,se de illius iurisdictione dubitare,vbi dubitandum non est,extr.de rescrip.cum
18 ꝓtingat.† ¶ Sed quid si delegatus mandet alicui ut denunciet P. excommunicatum? Respond.not.Papa in predict.c cum in iure. quod prudenter agit, si etiā nullo apostolico rescripto viso exequitur quod mandatur,presertim si delegatus est appbata persona,nec tenetur deferre.nisi velit, appellationi partis appellantis,ne exequatur.Nam huiusmodi appellationes coram delegatis,non coram executoribus,sunt interponendæ,extra. de offic. deleg.super quæstionum §.quem uero.& §.fin.non tamen cogitur,nisi uelit.vt in præd.ca.cum in iure.& si propter hoc excommunicetur,non tenet excommunicatio: quia hic agitur de magno præiudicio.Habet enim illa tantum iurisdictionē in rebus, uel personis in rescripto contentis, & non in aliis nisi eius iurisdictionem impediant uel mandatum contemnant, ut not. secundū eum.extr.de offi.deleg.c.j. At iste non impedit, nec contemnit, cum sibi non constet ipsum iudicem esse. Non ergo, secundum eum,tenet sententia,tanq̄ à non suo iudice lata, licet post repe-
19 riatur ipsum iudicē fuisse:arg.ext.de offi.del.ex literis.† ¶ Quid
d si iudex ita dicit,Mando tibi,quod uenias die tali uel q̄ talē cites alioquin te noueris excommunicatum? Dicit G.Na.[d] quod non ueniens,uel non citans,non est excommunicatus.necesse est tātum sententiam excommunicationis in illum dicturi,C de sent. ex breui.rec.arbitri.& ore proprio proferti,2.q.j de manifesta.in fi.ibi,iam diudicani,ut præsens,&c.& est arg.in his,quę no.extd.simo.sicut tuis.in gl.arg.quod abbas.& de eo,qui fur.ord.rec. c.j.nec talis litera probat sententiam, C.de eden.authē. si quis in aliquo.extr.de fide instr.c.1.quia nec creditur iudicis assertioni extra,de ꝓbat.quoniā contra.Arg. ϗ 63. dist.solennitate.& 23. q.3.

ADDITIONES.

a Hoc. ¶ In j.gl.& fuit quæstio venerealis 8. Et quicquid ibi dicatur,hic tene,quod dicitur hic. Et si dicas tertium uere impeditum,dic, ut in quæstione,quæ est super regula,eum,qui certus.de reg.iur.lib.6.

b G.Na. ¶ in c.statim allegato.

c Dicit. ¶ in c.cum in iure.

d G.Na. ¶ Vt scripsi.in decre.præterea.hic alleg.in eius prin.

a q.3.cõperimus.ext.de ſimo.accuſatum [a].Sed illa,vt dicit ibi Pa-
b pa:loquitur,qui ſolo verbo [b]aliquem abſoluere poteſt,vt extra de ſenten.excom ſi aliquando.Vnde dicit,quod iudex ſic procedere debet.nam præſentibus aliquibus abſentem,vel citare nolẽtem,excommunicabit hoc modo. quia talis à me legitime citatus comparere contempſit.vel ad mandatum meum citare talẽ
c neglexit,eum excommunico inhis ſcriptis. [c] Deinde illum citabit hoc modo:Mando tibi,vt compareas tali die,vel talem cites alioquin te nouerisexcommunicatum. Cuius excommunicationis forma talis eſt:Quia talis à me,&c.vt ſ. & ſic poſtea talis non poterit appellare,ext.de appel.præterea.Alij dicunt,quod bene eſt excommunicatus per talia verba,arg.in his,quæ no.ĩ de ſen-
20 ten.§.vt autem.ver.porro quia.ibi,veruntamẽ iudices.† ¶ Quid ſi non veniens habuit iuſtam cauſam abſentiæ ? Dicunt quidam ſimpliciter, quod non eſt excommunicatus. non enim iudex intendebat ipſum excommunicare in omnem euẽtum, ſed in caſu contumacię,argu.ff.de ſolut.ſi ſeruus decem.in fi.Vnde cum nõ ſit contumax,pœnam contumaciæ ſentire non debet,ext.de procu.querelam.ij.q.vi.quanto. de maio.& obed.inter quatuor. ff. de re iudi.l.contumacia.xj q.3.non debet is.imo debet iudex pronunciare ſententiam nullam, vt extra, de re iudic. cum Bertoldus.& c.tenor.circa fi.Nec debet etiam iſte ſatisfacere de expen
d ſis,vt in præ.c.querelam [d].Illud autem certum eſt,quod ſi iudex excommunicat propter contumaciam eum,de quo ſibi conſtat quod non ſit de ipſius iuriſdictione, non tenet ſententia, quia ille non tenetur venire: vt extra, de appell. ſi duobus.ff ſi quis in
e ius,voc.non ier.l.ij.ſecus ſi hoc ignorat, vt ibi [e]. Sed nunquid idem erit in exempto, vt ſit excommunicatus, ſi iudex ignorat eum exemptum?Reſpon.non:quia talis ignorantia non poteſt eum facere iudicem,qui non eſt:de hoc ſ.§.j.verſicu.item gene
f raliter.& ſeq. [f] De citatione autem,quæ fit per edicta,not.ſuprà §.prox.verſi.& not.& ĩ.de dolo & contum.§.reſtat. Item quando vnus poteſt abſoluere excommunicatum ab alio, nota. ſecundum Papam,extra.de officio delegat. prudentiam.§.ſex-
g ta [g].

ADDITIONES.

a Accuſatum. ¶ Ibi dicebatur in antiqua.præſcripta noſtra prohibere:&idem in c.ibi ſeq.vt ibi dixi.
b Verbo. ¶ Si intendit de verbo.Abſoluo te,quid ſpeciale in papa.ſi de aliis verbis.tene ,quod dicit cle.ſi ſumus.de ſent.excom.
c Scriptis. ¶ Ridiculoſum eſt,hoc conſilium, quod ante culpam feratur excommunicatio pura.
d Quærelam. ¶ Vide,quod notatur de teſt.cog.c.ij. in vl. gl.; & quod ſuper ea dixi.& remiſi.
e Ibi. ¶ Statim innuit contra:ſed diſtingue,vt in q.de qua ſtatim.
f Et ſeq. ¶ Ibi remiſi ad q.quam ſcripſi ſuper regula,ſcienti.
g Sexta. ¶ Vbi ſcripſi ſuper verbo,malitiam.

SVMMARIVM.

1 *Auditor generalis domini papę,quis, & quare dicatur: & citatio in eius audientia cuius formæ debeat eſſe.*
2 *Litis conteſtatio,dicitur litis initium,& quibus verbis ſit ante eã vtendũ.*
3 *Auditor domini papæ mandans extra curiam intra duas dietas aliquem citari,qualiter debeat literas concipere.*
4 *Altera parte appellante à delegato,ſi ipſe delegatus cauſam remittat ad ſuperiorem,qui cauſam delegauerat,ſuperior vero,ad quem cauſa remiſſa eſt,ſi citat appellantem,vt veniat proceſſurus in cauſa principali,nulla facta mentione de appellatione,quid iuris?*
5 *Mittere debens excuſatorem ſi non mittat,an teneat proceſſus contra ipſum ſuper principali habitus.*
6 *Auditor domini papæ reſcribens poſt factam citationem ſecundum formã ſibi traditam,qua forma vtetur.*
7 *Auditor domini papæ,ſuſcepta cauſa appellatiõis, vel negotij principalis inhibẽs ordinario, ne de ipſa cauſa ſe intromittat,quo reſcripto vtetur.*
8 *Delegatus qui cauſam cognouit,ſi citat partes peremptorie ad ſententiam audiendam,& poſtea committit alteri ſententiæ prolationem:an is, cui commiſſum eſt,debeat interum partes citare.*
9 *Plures iudices habens,ſi ab omnibus citatur,coram quo comparebit.*

¶ De citationibus auditorum domini papæ.

6.§. Dicto de citationibus literalibus ordinariorũ, decẽs eſt,vt etiã de citationib.auditorũ generalium palatii domini papæ(quã frequentamus)aliqua ſuppona mus:qui ideo Auditores generales dicuntur, quia eis generalis audiẽtia appellationum totius orbis commiſſa eſt:non tamẽ diffinitio ſine ſpeciali domini papę mandato,ſibi facta prius relatione fideli:vt dixi ſ de iud.deleg.§.ſecundo,verſi. item nõ obſtat. Et ſcias,quod quandoq; citant in audientia,quandoq; etiam ex
curiam.Nam deſuetudine diutius obſeruata,citant extra cu
que ad duas dietas,extr.de reſcrip.nonnulli.& eorum lite
ris obeditur,& ſigillis eorum creditur in cauſis per appellationẽ & etiam Per ſimplicem querelam ad apoſtolicam ſedem delatis.
1 †¶ Forma autem citationis,in audientia talis eſt.FORMA.Mandat magiſter Gul. Durandus,canonicus Beluacẽſ.& Narbonẽſ.domini papę capellanus,ſubdiaconus,ac ipſius palatii cauſarum generalis auditor,citari primo,vel ſecũdo, vel tertio peremptoriè vel quarto ad malitiam conuincendã in audientia publica, talẽ, ſeu ejus procuratorem legitimũ,ſi quis eſt in Romana curia pro eodem,& quoſcunque alios,qui ſua crediderint interesſe,vt tali die facta audientia,ſi curia fuerit,alioquin proxima ſequenti die, qua curia fuerit,compareat in palatio corã eo ad procedendũ, vel ad libellum recipiendũ,vel litem conteſtãdum, vel ad iurandum de veritate ſeu calumnia, vel ad reſpondendum poſitionibus,vel ad audiendum iurare teſtes partis alterius,vel ad audiendum ſententiam:& ſic de aliis,in cauſa, ſeu cauſis appellationis & negotii principalis,quę vertitur,ſeu vertiſperatur inter dictum P.ex parte vna,& talem ex altera,ſuper præbenda talis eccleſiæ, vel beneficio,vel fundo,vel vinea,& huiuſmodi,vel ſuper tali ac
cuſatiõe,prout poſtulat iuris ordo:alioquin in cauſa ipſa, vel ad
a libelli receptionem:vel ad litis conteſtationem [a], non obſtante
cuiuſquã abſentia,quantũ ſuadebit iuſtitia,procedetur.Data Viterbii.die vj menſis Octob. pontificatus domini Cle. Papæ IIII.
2 anno iiij.† ¶ Et nota,quod ſemper ante litis conteſtationem vtimur in citationibus hoc verbo:In tali cauſa,quę vertitur,ſeu verti ſperatur,&c.quia litis cõteſtatio eſt litis initium:vt ext.de ver. ſig.ex parte.ij.& de off.dele.ſuper quæſtionũ.§.j. ver. quod ſi de legatus.& c.relatum ante litem cõteſtatam non dicitur quis agere,ſed agere velle,vt ff.rem ra.ha.l.amplius.
3 †Sivero mãdat extra curiam intra duas dietas aliquem citari. ſic literæ cõcipientur:FORMA.Magiſter Gul.Durandus,&c.vt ſ. vſque,auditor iunge,tali plebano,& tali canonico,talis eccleſiæ ſalutẽ in Domino.Cum cauſam appellationis & negotii principalis,quod vertitur,vel verti ſperatur inter G.ex vna parte,& T. ex altera.vel,quam mouet,vel mouere intendit,ſuper tali re,vel accuſatione,&rebus aliis ad inſtantiam ipſius G.vel eius procuratoris,vel de mãdato ſummi.põtificis,ſicut occurret,recepimus audiendã,& fine debito terminandam,diſcretioni veſtræ auctoritate dñi papæ, qua fungimur in hac parte,diſtrictè præcipiẽdo mandamus,quatenus vos,vel aliter veſtrũ per vos,aut alium,vel alios,eum ex parte noſtra peremptoriè citare curetis,vt die decima à die veſtræ citationis connumeranda,vel in proxima ſequẽti non feriata (ſi dies ipſa fuerit fariata) per ſe,vel per procuratorem legitimũ cõpareat in Romana curia corã nobis,facturus & recepturus in dicta cauſa,qđ ordo dictauerit rationis:alioquin, &c.vt ſ.in proxi.forma.mandatũ noſtrum,imo verius apoſtolicũ,aliter impleturi,quod de inobedientia,vel cõtemptu nequeatis aliquatenus reprehendi.Diem aũt veſtræ citationis,&formã, & quicquid inde feceritis,nobis per patentes literas harum ſeriẽ continentes,aut per publicũ inſtrumentum fideliter reſcribatis.
b Data,&c. [b] † ¶ Quid ſi altera parte appellãte à delegato,ipſe dele
4 gat [a] cauſam remittit ad ſuperiorẽ,qui cauſam delegauerat:ſuperior vero,ad quem cauſa remiſſa eſt,citat appellantẽ,vt veniat,p ceſſurus in cauſa principali,nulla facta mentione de appellatiõe: Reſpon.dicunt quidam,quod ſufficit mittere excuſatorẽ,qui ſolum dicat:Domine,non tenet citatio veſtra ſuper cauſa principali:vel nõ poteſtis in ea procedere,quia appellatũ eſt,& appellans intendit proſequi appellationẽ tẽpore cõpetenti.Si aũt tranſiſſet tempus proſequendæ appellationis, tũc bene teneret citatio
c ſuper principali cauſa,tam a delegante quam à delegato facta [c],
d ij.q.vj.ei qui.ext.de appel.cum ſit Romana.Papa vero dicit [d],q debet oſtẽdere talem qualem appellationẽ fuiſſe admiſſam.ext. de teſti.veniẽs.quia ſi aliud diceretur,ſequeretur abſurditas: ga cuilibet facile eſſet deludere quemlibet iudicẽ,ſi non teneretur probare veritatem cauſæ appellationis.Tunc enim nõ proſequitur cauſam appellationis,qa nec ſuper ea citatus eſt.Si autem in citatiõe facta ſuper principali,faceret mentionẽ de appellatiõe, non teneret, nec excuſatorem mittere teneretur : quia expreſſit errorem in ſententia,ſcilicet quod veniret agere cauſam principalem,omiſſa appellatione: quod verum eſt in illis cauſis,in quibus ante omnia debet articulus appellationis expediri,priuſquã de principali agatur:vt ext.de appe.vt debitus. & c.cordi. Secus eſt autem,vbi appellatio ſimul cum principali expeditur, vt eſt quando

ADDITIONES.

a Litis conteſt. ¶ Inepta videtur cõminatio conteſtationis parte non veniẽte.ſed dic,quod reſpicit partem illam,qua citantur hi,quorum intereſt: & eis non venientibus.fiet conteſtatio cum principali,&c.
b Et cætera. ¶ Addidit ver.ſeq.quia hic continuatur ver. cæterum.
c Facta. ¶ Hucuſque poſuerat ſ.§.ſequitur.in fi.
d Dic. ¶ vbi declarat in fi.

a quando ſuper prouiſione appellatur, vt ext. de app. ſtatuimus [a].
5 † ¶ Itē certū eſt, q̄ vbi debet quis excuſatorē mittere, nec mittit, tenet proceſſus ꝯ eū ſuper principali habitus, ſi iudex appellatū eſſe ignorauit, & aduerſarius nihil doloſe egit: ſecus aūt, ſi ſciuiſſet appellatū: ext. de ap. ſi duobus. vel ſi aduerſarius doloſe ſubtricuit de appellatiōe, ff. de iud. ſi prætor. Porro in citatiōe facta à delegato ñ tenetur quis excuſatorē mittere, licet ſecurius ſit mitere. Alii dicūt, & bene, vt vī, q̄ citatio delagātis tenet ēt nō facta mētione de appellatione: quia ſicut citatus ꝑparere debet, vt ꝓponat ſuas exceptiones, ita & iſte, vt ꝓponat ſuā, ſ. appellatū eſſe, ff. de iu. ſi qs ex aliena. ext. de ap. cū parati. & niſi veniat, tenet
b proceſſus habitus ꝯ eū, ſ̄m Papā, q̄ hoc nota ext. de accuſatio. c. fi. [b] † ¶ Cæterū is, cui ſub forma præſcripta ſcribitur, reſcriptū re
6 uerenter recipiat, & iuxta formā ſibi traditā citet: quo facto, ſic auditori reſcribat: ¶ FORMA. Viro venerabili diſcreto, &c. Literas vſtræ reuerētiæ recepimus ſub hac forma, &c. Magiſter Gul. Durādus, &c. poſito toto carū tenore, ſubiungat ſic: Veſtris igit volēs humiliter obedire mandatis, talē ex parte veſtra, die tali, in tali loco, talibus p̄ſentibus, ꝓmptoriè citare curaui, vt tali die corā vobis in R.o. curia per ſe, vel ꝑ ꝓcuratorē legitimū, &c. vt ſ. in litera p̄cedēri. Quod ſi de citatione factū fuerit publicū inſtrumentū, ſubiungitur ſic: put in inſtrumēto publico exinde p̄fecto q̄ ad veſtram tranſmitto præſentiam, videre poteritis eōtineri.
¶ Si vero is, cui citatio demādat, citare noluerit, auditor māda tū ſuū ſic poterit aggrauare: FORMA. Magiſter G. Durādi, &c. Meminimus nos vobis literis noſtris dediſſe in mādatis, vt talē ꝺ tali loco ex parte noſtra ꝓmptoriè citaretis, q̄ corā nobis tali die & loco, ſu ꝑ tali cauſa, &c. vt ſ. q̄ quidē (prout nobis aſſerit) facere ꝓtemptibiliter nō curaſtis: quocirca vobis ſub pœna excōmunicationis ſtrictè p̄cipiēdo mādamus, quatenus eundē ex parte nr̄a citare curetis, iuxta priorū ꝓtinentiā literarū. q̄ ſi forte ꝓtemptū ſu ꝑ addentes ꝓtēptui, mādatū nr̄m, imo verius apoſtolicū, in hac parte ꝓtēpſeritis adimplere, ꝯ vos ꝓculdubio prooter inobedientiā & ꝓtemptū huiuſmodiad pœnā duriorē, & ad alia
8 ne vis fiat ei,&c.& sic quodammodo rẽ suam conseruat.† ¶ Sed nunquid precedat summaria causæ cognitio,cum fit missio in actione reali? Resp.non videtur:quia in decre.quoniam.§. in aliis. vbi tractat de reali non fit mentio de huiusmodi cognitione:qđ feciſſet,si eam adhiberi uoluisset,vt ext.de dec.ad audientiam. & quia non exprimit,nec nos supplere debemus, 2.q.5. consuluisti. Irẽ dicẽdo ibi in § ꝙ si su p,ꝙ cũ lis est quasi ꝓtestata,dẽt interuenire:per consequens in alio,s.in casu illius §.in aliis.videtur negare:extr.de præsumpt.nonne.Respon.dominus Accen. interrogatus dicit,quod debet precedere.constat enim, quod in personali debet precedere:vt C.de bon.auctо iudic.p ossi.auth.ei qui iurat.ergo multo fortius in reali,in qua maius preiudicium gñatur reo,quam in personali:quia in reali expellitur de possessione tẽpore missionis: in personali non, vt ĵ.§.iam de effectu in principio.Nec obstat,quod in predicto §.in aliis hoc non dicitur:quia nec etiam ibi in §.si autem.ubi agitur de personali, hoc dicitur:& tamen per prędictam authenticam suppletur. unde & eodem modo debet §. in aliis.suppleri. Non enim omnes articul possunt in legibus comprehendi.ff.de legi non possunt. & in hoc etiam ꝑcordat Rof.dicens,quod actor necesse habet summatim, docere de iure suo,quod ad eum pertineat res iure dominii, uel quasi:vel quod habeat ius in re,quia creditor.C.vbi in rem.act.l.
d 2 [d] Dominus Odofr uero requisitus respondit contra, quia per huiusmodi missionem modicum preiudicium paratur aduersario:cum recuperare possit possessionem intra annum:sed in §.ꝙ si super.fit maius preiudicium:quia per talem missionem amittit possessionem,ut s.titulo prox.§.sequitur.ver.si autem lis est qua
e si.dictum Ac.magis placet,ut s.eo.§.in princi. [e] Quid si iudex,nõ uocato reo:dat actori possessionem ? de hoc ĵ.§. iam de effectu.
9 ver sed quid si iudex † ¶ Interpositio igitur tali decreto, siue in reali siue in personali,citabitur de gratia absens iterum per nuncium,vt ueniat defensurus possessionem seu tenutam ex interlocutoria dandam corporaliter actori,cuius nuncii relatio sic scribetur:

¶ FORMA.Titius cursor talis curię Narbonẽ.retulit se inuenisse & citasse B.ut hodie ueniat coram tali iudice,defensurus possessionem,seu tenutam corporaliter dandam A. ex decreto, seu ex interlocutoria lata contra eum:alioquin dabitur ipsa tenuta in bonis eius, iuxta formam interpositi : decreti, quo facto aut B absens veniet,aut non:si uenerit,retractabitur sententia & satisfaciet de expensis,& satisdabit de lite suscipienda, vt dicetur ĵ.de satisda.§.dicto.uer.porro.& infra e.§.iam de effectu.uer.ul. & ipse B.iurabit de calumnia,& non A.qui iuranit tempore missionis,ut iam dictum.est.Quod intellige,prout no.in prę. decret. quoniam frequenter.§ quod si super.in gl.sic C.ubi in rem actio
f & c.[f] & deinde ordinario iudicio procedat.Si autem non uenerit dabitur ad iussum iudicis possessio,seu tenuta bonorum ipsi A.p executorem:vt s.titu.proxi.§.sequitur. plenius est discussum.De qua missione consulo,quod fiat publicum instrumentum,vel litem nuncij relatio sic scribatur:

¶ FORMA.Titius nũcius talis curiæ Narbonẽ retulit die tali, se de mandato talis iudicis exequendo interlocutoriam ab ipso latam,dedisse A.possessionem corporalem,seu tenutam in ĵ.iuris partis bonis B. videlicet de tali & tali re. Porro veniens intra annũ recuperare poterit harum rerum possessionem, præstita satisda-
g tione de iudicio sisti, & restitutis expensis [g]. Post annum vero non audietur super possessione, sed tantum super proprietate: ut in præ.§.sequitur.& in præ.ver.ult.& hæc satisdatio prestanda est aduersario,si præsens sit alioquin coram iudice, vel publicis personis,extr.de eo,qui mit.in possess.capit.1.& de offi.ordin pastoralis.3.quæstio..3 § spacium. Si uero non sit, qui recipiat, non imputatur ei, argumen.ff.de leg.1.si fundum extr.de appellatio. ex ratione.extra de eo, qui mit.in possess cum sicut. Formam huius satisdationis vide infra de satisdat.§.dicto.ver.porro.Si uero nuncius ipse nil de bonis B.absentis inuenerit,referat hoc iudici,cuius relatio sic scribatur.

¶ FORMA.Titius nuncius talis curiæ Narbonen.retulit die tali, quod cum de mandato talis iudicis exequendo interlocutoriam ab ipso iudice latam, iussisset dare tenutam A. in bonis B. & diligenter inquisitionem fecisset in contrata inter uicinos & notos ipsius B. & nihil de bonis eius inuenit, de quo tenutam prædictam, seu possessionem dare posset : vnde nihilominus in eadem contrata præconia uoce clamauerit quod si quis sciret aliquid de bonis ipsius habere, ad tertium diem dicto iudici renunciaturus ueniret. Verum in quibusdam locis post talem nuncij relationem iudex consueuit interloquendo pronunciare, nihil inueniri de bonis absentis,unde possit possessio,seu tenuta dari : & hoc duplici ratione.Prima est,ut per huiusmodi sententiam appareat diligentem discussionem bonorum extantium factam fuisse: vnde cum de dictis bonis non inueniatur, poterit actor agere & pe
h tere bona obligata. [h] Secunda ratio est : quia ex quo non inuenitur de bonis,iudex faciet reo dari bannum: de quo non cancellabitur.donec satisfaciet creditori. Huius autem interlocutoriæ forma talis est.

¶ FORMA. In Christi nomine,Amen.Cum nos talis iudex olim B. per nos citatum legitime,exigente iustitia reputauissemus cõtumacem,

ADDITIONES.

a Secundum Rof. ¶ Cuius fuit hoc dictum,& versic.qui sequitur.ti t. de bon. aut iud.possi.ult.a med.& ubi supra.

b Vt dixi.¶ Multum habet Molestum Rof.illud dictum, quod non possideat potissime coniunctum cum opinione, quod in realibus non sit necessarium, secundum decretum: vide ĵ.§.videndum.in fi. vbi plene dicam. Instat autẽ Rof.quomodo iudex,uel eius nuncius possessionem,quã nõ habent tradere possunt;& hoc facit in ti.de bon.aut.iud.pos.in ult col.versi. item quæritur. Solutionem vide no.ff.de reg.iu.nemo plus.& eo.ti.nemo potest. lib. 6.

c Exponunt. ¶ Secundum Rof.

d l.2. ¶ Et in his verbis suis continuauit ipse ver.caueat ergo,qui est.s.e.§.vl. in prin.& ibi dixi,ubi sunt hæc eius uerba.

e In prin. ¶ Et mihi placet per rationem, quam dixi in præ.§. quod fi super. in decr.quoniam.super gl.sic C.si quis per id contingeret sine aliqua furiuris cognitione, per lapsum anni fieri possessorem incommutabilem: & sic concludit contra Odo.diuersitatis ratio quam allegat.

f Et cætera. ¶ Quæ placet,ut durante actoris instantia, puta quia uenit reus intra annum prosecuturus iudicium inchoatum, actor vltra non iuret: sed secus,cum post annum reus efficitur actor, uel intra annum facta missione, lite cõtestata,uel quasi contestata,ut ibi.Sed ꝙ plus est, Cy.vbi s. sub 11. q. dicit ꝙ si rei ptumacia interuenit post litem contestatam,& prestitum calumniæ iuramentum in summaria cognitione qu c interuenire debet,secundum l.2.C. vbi in rem act. & §. quod si super. ipse actor iterum iurabit de calumnia quia modo calumniari posset,ff. de dam.infect.l qui bona.§.si quis stipulaturus.Non obstat C.de iur.cal.l.2.& auth.hoc sacramentum.quia ut dicit hæc est noua instãtia,qua ex nobili iudicis officio petitur fieri missio:de quo ĵ.§.pen in fi.Adde quod hanc additionem sequitur Alexand.in d. §. Iulianus.in 10.colum.

g Expensis. ¶ Quod iudex intra annum cogere possit passum missionem in reali intelligo,ut possessionem recuperet:scripsi de eo,qui mit.in possess.su per rub.lib.6.Et intellige secundum istos, ꝙ cogere potest talis, quod reo non parente constituet actorem intra annum possessorem incommutabilẽ. Et hanc opi.ponit Simon.in l.consentaneum.C.quo.& quand.pro qua alle. ff.de dã.inf.l.ã quo.de no.oper.nun.si prius. Ipse autem dicit, se nunquã id legisse,& quod de neces sitate iudex & actor habent expectare per annum: per l.si quis emptionis.in fin.C.de præscri.30.an.& per decr.quoniam. §. in alijs.& hoc placet:facit de reg.iu.indultum.in fi.lib.6. Fateor tamen, quod requirere posset super hoc reum, sed pœnam illam non posset imponere, q nullo iure conceditur.Et per hoc respõdetur ad id, quod ibi allegaui de decre.licet canõ.& eius gl.Itẽ super præ.rub.inuenies,si reus contra quẽ agebatur,sup trib.propter contumaciam passus est missionem, & demũ transegit de duobus,ꝙ nõ sufficit ei soluere expensas pro rata illius tertiæ, de qua non fuit transactum,nisi de expensis transactum fuisset.

h Ratio est. ¶ Proximam rationem respicit prima forma, sequens hanc secundam.

tumacem, & decreuissemus A. actorem in possessionem talium bonorum eiusdem B. vsque ad quantitatem centem librarū, fore mittendum causa custodiæ: demum volentes benigne agere, cum eodem, ipsum iterato citari per Titium cursorem fecimus, vt possessionem, seu tenutam ex huiusmodi interlocutoria corporaliter dandam defensurus veniret: eo autem venire non curāte, ipsam sententiam exequendo mandauimus ipsum A. in possessionem induci talium bonorum eiusdem B. vel pro mensura debiti declarati per talem executorem. Cumque executor ipse iussisset dictam possessionem corporalem, seu tenutam dare: & facta inquisitione diligenti in ꝺ̄ta ipsius B. absentis inter notos & vicinos eius, nihil inuenisset de bonis eius, executor ipse in dicta ꝺ̄ta voce preconia proclamauit, vt si quis de bonis illius quicquā sciret, certo die nobis nunciaturus veniret: nullus tamen comparuit, qui de dictis bonis aliquid nūciaret: id circo interloquendo pronuncio nihil inueniri in bonis & de bonis B. vnde in aliquo dicta tenuta & possessio dari possit: & ideo dicto actori contra bonorum possessores integra iura reseruo. Lata fuit, & c. †Hoc aūt scias, quod in quibusdam locis in Italia, de consuetudine seruat, quod si non inueniatur de bonis absentis, vnde detur possessio, seu tenuta, reus ipse in banno ponitur ciuitatis: cuius banni forma hæc erit:

¶FORMA. Quia facta diligenti inquisitione nō fuit inuentū de bonis B. vnde posset A. dari ex primo decreto pro eo prolato possessio, seu tenuta, in quantitate centum librarum, quam ab eo, petebat, & quia post dictam inquisitionem, eo legitime citato, & eius defensione legitime proclamata non venit ipse, uel alius pro eo ad eius defensionem: ideo ex nunc sit in banno communis Viterbii: in quo quidem banno cridatus fuit de mandato talis iudi-
11 cis, tali die, per talem præconem. †¶ Et nota [a], quod omnes cre-
a ditores, sine pure aliquid eis debeatur, siue in diem, siue sub conditione, possunt postulare, vt in possessionem mittantur: & mittentur in possessionem in omnibus his casibus in quibus constat eos agere posse: vt ff. ex qui. cau. in pos. ea. l. in possessione. in princ. ff. de iud. in omnib. ff. ad l. Aquil. l. in lege. sed hi quibus pure debetur, mittentur in possessionem ad hoc, ut bona uendant, ff. ex qui. cau. in pos. ea, si quis creditorem. §. creditori. Alij vero quibus debetur in diem, vel sub conditione, ut non vendant, sed ut possideant, [b] nisi caueant de debito soluendo, die, vel conditione existente. sic intelligitur. ff. ex qui. cau. in pos. ea. in possessione. respon. 1. & l. Fulcinius. §. si in diem. & ad hoc ff. de iudic. in omnibus. Hi autem creditores, si reus non veniat, nec defendatur, & instanter postulant, ut mittantur in possessionem bonorum aduersarij, ad eorum instantiam iudex debet eos possidere iubere: qui iussus dicitur decretum: vt supra §. 1. dictum est. Si autem aliquis cōpareat, qui defendat, non fit missio in possessionem causa custodiæ, ff. ex quib. cau. in poss. ea. hæc autem. ff. de iudi. recte. ff. ex qui. cau. ma. in integ. rest. item. §. fi. & l. ergo extra de offi. deleg. cap. consultationibus.

ADDITIONES.

a Et no. ¶ Secundum Iac. Bal. in ver. est notandum.'
b Possideant. ¶ Hoc est, quod dixit Rof. hoc tit. vltra prin. quod in his nō datur secundum decretum, quia sola spes est indebitum iri: de hoc ꝺ̄. §. videndum. uer. quod autem.

SVMMARIVM.

1 *Primum decretum in quibus rebus, vel actionibus interponatur. Cum agitur actione personali, primo mittendus est actor in possessionē mobilium, si que sint: alioquin immobilium: tertio etiam nominum.*
2 *Reo res mobiles, vel immobiles non habente, sed tantum nomina, vel actiones contra suos debitores, quomodo fiet missio in possessionem.*
3 *Nomina, & alia incorporalia, & spiritualia, & temporalia non possidentur.*
4 *Petens mitti in possessionem pro mensura debiti declarati, si nil inuenitur de bonis illius, apud quem petit missionem, sed illa per alium possidentur, an sit in illorum possessionem mittendus.*
5 *Probatio de possessione contra non restituentem, qualiter fieri debeat.*
6 *Restituere si quis nolit, & uelit incontinenti de iure suo docere, dicens ad impediendam restitutionem, dolo petis, quod incontinenti restiturus es, an sit audiendus.*
7 *Actio in factum ex edicto, Ne vis fiat, & c. an sit danda contra eum, qui negat remfore debitoris ipsius.*
8 *Reo tantum vsufructum habente, qualiter sit actori seu creditori subueniendum.*
9 *Reo non habente nisi reditus, vel beneficium ecclesie, possunt reditus assignari in causa pignoris.*
10 *Missio in possessionem an possit fieri contra pupillos, adolescentes vel absentes. Reipublicæ causa, in bonis eorum.*
11 *Curatorem habens, non potest sine illo stare in iudicio, nec tenet sententia, contra eum lata: sed bene pro eo.*
12 *Reo agente per procuratorem, qui contumax est fiet missio in possessionem ipsius rei petitæ.*
13 *Missus in possessionē ex primo decreto an vtetur bonis illius, uel fructibus in quorum possessionem missus est.*
14 *Contumacia nimia quæ dicatur. Missio in possessionem quibus casibus propter contumaciam non fiat, sed propter fauorem.*
15 *Res non videtur restitui, nisi & fructus restituantur.*
16 *Detinens rem ecclesiæ, qualitercunque detineat, semper debet conueniri, quantumtunque nominet, vel exhibeat dominum, vel auctorem suum.*
17 *Missus in possessionem quo casu efficiatur verus possessor.*
18 *Depositarius dicitur is, qui nomine possidet alieno. Commodatarius, colonus, aut inquilinus, qui dicantur: & in eorum bonorū possessionem qualiter fiat missio.*
19 *Contumacia colom an præiudicare debeat domino.*
20 *Nominans, nominato non veniente, si velit petere missionem in possessionē & iudicium rei vendicationis suscipere, an sit audiendus.*
21 *Emphyteuta, vel feudatarius, aut vir in causa dotis si nominauerint dominum in iudicio, & dominus sit contumax, an ipsis paretur præiudicium.*
22 *Feudatario, uel emphyteuta rei vendicatione conuento, si dominus velit in dicium suo nomine subire, agens vero non vult, quid iuris.*
23 *Actor si nolit conuenire dominum ratione ciuilis possessionis, quam habet, sed feudatarii ratione naturalis, dominus autem vult iudicium suscipere, an sit audiendus.*
24 *Feudatario, uel emphyteuta sub iudicio seculari conuento, si dominus existens clericus velit vt defensor tale iudicii suscipere, an sit admittēdus.*
25 *Syndicus alicuius capituli, veniens ad defensionem feudatarij, vel emphyteutæ an & qualiter sit admittendus.*
26 *Hæreditate petita ex testamento, vel ab intestato, fieri potest missio in possessionem totorum bonorum.*
27 *In actione præiudiciali, si vocatus non venerit, quibus modis debeat iudex occurrere. Pater non est præsumeudus filium odire.*
28 *Agens contra libertum pro operis præstandis, vel non præstitis, potest mittim possessionem bonorum eius, pro æstimatione operarum.*
29 *Agens iudicio noxali, quo pacto, & qualiter possit mitti in possessionem bonorum rei.*
30 *Vbi agitur confessoria pro vsufructu, vel alijs seruitutibus personalibus turbatis, an & quomodo fiet missio in possessionem bonorum illius, contra quem agitur.*
31 *Agens pro personalibus præstationibus, puta fructuum, & c an sit mittēdus in possessionem rerum ipsius debitoris, pro rata interesse sui.*
32 *Missio in possessionem an & quomodo sit facienda, vbi agitur interdicto de itinere actuque priuato, eundo, vel de aqua quotidiana & æstiua.*
33 *Missio in possessionem qualiter sit facienda, vbi petitur vt caueatur de euictione in duplum*
34 *Vbi agitur ad exhibendum aliquā rem, uel scripturam, fieri debet missio in possessionem iuxta æstimationem interesse.*
35 *Agens contra tutorem, uel alium in dignitate, uel officio constitutū, ut remoueatur, & is contumaciter abest, quomodo procedere debeat, quo ad missionem in possessionem.*
36 *Ad thori separationem si quis agat, & vocatus sit contumax, qualiter sit procedendum.*
37 *Interdicto Vti possidetis si quis agat contra aliquem coram iudice seculari, ille autem contumaciter se absentat, & qualiter actor mittetur in possessionem rei petitæ.*
38 *Possessio facilius perditur, quam dominium.*
39 *Primum decretum generaliter interponitur, quotiescunque quis non defenditur, tam in realibus, quam in personalibus actionibus.*
40 *Reiplures si nomine alterius rei conueniantur, quorum vnus tantum sit contumax, an propter illius contumaciam, alijs non vocatis, fiet missio in possessionem.*
41 *Vbi agitur personalibus actionibus pro temporalibus, an fiet missio in possessionem spiritualium pro mensura debiti declarati.*

3. §. Restat videre, in quibus rebus, uel actionibus primū decretum postuletur, seu interponatur. Super
a quo not. [a] quod variis ex causis fit sæpe missio in bonis alicuius. Quandoque enim fit propter legata: ff. vt in poss. leg. per totum. Qñq; causa damni infecti. ff. de dān. infec. l. si finita. §. fi. ff. de acq. pos. possideri. §. fi. ff. quorū leg. l. j. Quādoq; propter cōtumaciam conuenti in reali, uel personali actione: extra, vt lite non cōteste. quoniam frequenter. & de eo qui mit. in pos. causa rei ser. per totum,

ADITIONES.

a Super quo no. ¶ Secundum Rof. cuius fuit hoc prin. ti. de actione infactū, quæ datur contra missum, super damnis & fructibus. ¶ Adde tu, quod primum & secūdum decretum interponi potest in iuribus inseparabilib. a persona, & in obligatione facti, propter inopiam debitoris, gl. Bar. & Bal. in l. pro hærede. §. 1. in fi. ff. de acqui. hær.

um,& C.de bo.auct.iud.poss.per totum, C de præscri. xxx.uel xl.an.si quis emptionis.§ fi.qui omnes nō possident,sed detinent vt in præ concor.preterquam in conuento actione reali, in quo est dissensio,an possideat intra annum:quod dic,ut ꝛ. §.iam de effectu †¶ Et scias quod cum agitur personali actione, primo mittetur actor in possessionem mobilium,si extent: alioquin immobilium:tertio etiam nominum,sicut fit in executione rei iudicate ff.de re iud.à diuo.extra,vt lite non contest.quoniam.§.fi in fin.[a] nisi sint serui,& boues aratores,qui non capiuntur. quamdiu alia supersunt,C.quæres pig ob.poss.executores & l.seq.ext.de treu. & pa.c.fi.Arg.tamen contra,quod primo fiat missio in immobilibus,C.de his,qui ad eccl.confu.l.fin.§.cum autem. sed ibi erant tantum immobilia.Baga.tamen & Azo[b] non multum curant de hoc ordine[c].†¶ Quid ergo,si reus non habet res mobiles,uel immobiles,sed habet tantum nomina,uel actiones contra suos debitores:quæritur, qualiter fiat missio in possessionē in omnibus actionibus?Dic,[d]q̄ iudex vocabit debitores:& si confiteantur se debitores ipsius conuenti,vt C.quādo fis.vel priu.l.2.interdicet, eis,ne soluant creditori sine eius licentia: & quod respōdeant isti,q̄ agit:& sic prouidet actori,vt habeat,in quo missio fiat.& est simile extra vt lit.pen.c.1.in fi. & habebit actor hæc nomina sibi obligata ex tali iudicis auctoritate. † Licet nomina & alia incorporalia,spiritualia & temporalia non possideantur.vt ff. de acq. re do.l.seruus.in corporales.extra, ut lit.pen. c.1. cum suis ꝓcor. extra,de renun.cum inter P.de fo.comp.conquestus. & est arg.ad hoc C.de ꝓtor.pig.l.j.& 2.& in præ.l.à diuo.§.sic quoq; sup quo dic,ut not.Papa extra,de eo,qui mit.in pos.c.j.Si uero debitores diffiteantur,non fiet missio in nominibus:[e] sed curator dabit bonis qui exigat debita,ff.de cur.bo.dā.l.2.ff.de Car..edi.sed & si is. §.j.Tamen si hoc maliosè negēt, fit contra eos missio in nomini bus.ff.ad l.Cor.de fal.l.2. & hoc iudicis arbitrio relinquitur , ff.de iud non quicquid.& uide infra.§.videndum.uer.sed quid si reus & seq.†¶ Quid si apud eum,in cuius bonis peto missionem promensura debiti declarati,nil inuenitur de ipsius bonis:sed illa per alium possidentur: nunquid sum in illorum possessionē mittendus[f]? & si mittat,nūqd possum illa iure pignoris retinere, illo possessore petēte ea sibi restitui uel ne in illis dēat ingetari,cū nō fuerit citat[g],& dicat se paratū rādere de iure , restituta sibi prius possessiōe?§ Et uidetur,quod sum in bonorū illorū possessione mittendus,ut ff.de re iud.à diuo.§ ti sup.& §.seq. & § fi.C.de his,qui ad ecc.ꝓsti.præsenti.§.j.& §.pe.præsertim si de pignore cōtrouersia nō sit. Ar.contra,non debere capi bona illa, non seruato iuris ordine,de quo habetur in auth de fideiuss.§.sed neque.quod si factum sit,& ille velit respondere de iure ,;videtur restituendus ad commodum possessionis,qua nō debuit priuari,ff.de re iud.si cū nulla.& C.si per vim,vel al.mod.l.fi.etiam si sit violētus possessor vt extra de resti ſpol.in literis.& 3.q.1.§.pater.ff.de vi & vi ar.l.1. §.qui à me.ad idem 2.q.6.argumēta.&q.j.notum. & quod sit restituēdus , & postea causa tractanda prius quam de exceptione, cognoscatur,facit C.locati l. si quis conductionis. ff. quorum le. l.j.§.j.C.de donat.inter vir.& vxor.si maritus.C.de rei vx.act.§.j. Possessio enim mihi dari debuit,alterius iure saluo, extr.de re iudi:quamuis.†¶ Sed qualiter probabit ille de sua possessione , me non restituente? Dicunt quidam,quod summatim,id est, ꝑ iuramentum,ff.ad exhib.thesaurus. Alii contra dicētes , quod præ l. loquitur in iuramento calumniæ,non in iuramento, quod est loco probatiōis:alioquin inueniretur actor & testis in causa sua, ꝛ leges,C.de testib.omnibus.4.q.3.§.item in criminali.uersic. item nullus.In hoc autem erit summaria,quia procedetur lite nō contestata:[h] & poterit probare de possessione per vnum testem , uel per priuatam scripturam,secundum ea,quę not.supra de officio om.iud §.postremo,versi.3.[i]†¶ Quid si ego nolens restituere , uolo incontinenti de iure meo docere,[k] dicens ad impediendum restitutionem,dolo petis,quod incontinenti restituras es:nunquid sum audiendus? Respon.forte sic,arg.ff.ad exhib.l.2.§.ibidem. ff. vt in posses.le.si is qui.ext.de restit spo.literas.& arg.in prę.§.q̄ si super.ibi,si cognouerit eius fuisse,&c.&facit C. de leg. creditor, & C.de edic.di.Adri.tol.l.fi. Vel dic contra: cum non sit iuris ordo in possessione seruatus,vt supra † ¶ Quid si ille negat rem fore debitoris illius,uel putat possessionem esse suam , uel sibi obligatam? Dicunt quidam,non dari contra eum actionem in factū, ex edicto,ne vis fiat ei,qui in posse.&c.si supine me missum non admittit,ff.ne vis fiat ei,qui in posse.leg 1.§.si quis ideo.Sed nūquid ipse habebit probare suam,uel se ius in ea habere? Respon. sic:si se ad hoc obliget,ff.de probat.circa.Imputet enim sibi ,qui se ad hoc adstrinxit:quia sufficiebat ei probare se tempore missionis possidere.Sed contra in præ.§.si super.ibi , putauerit admittēdam,quasi eius sit.Sed dic,quod præsumitur eius esse, nisi contra probetur,C de rei uendic.l.fin.& arg.in præd.§.si quis ideo.Quid si filiusfamilia suocatus in causa,in qua exigitur consensus patris contumax sit:nunquid fiet missio in possessionem , & in quibus rebus? De hoc supra de actore, versicu.sed ecce.& seq.†¶ Quid si reus non habuit nisi vsumfructum in aliquibus prædiis, qualiter subuenitur actori,seu creditori? Dic ,quod iudex iubebit cū quasi detinere prædia,vsusfructꝰ gratia:& hic missis habebit simplicem custodiam: vsufructuarius autē habebit illam naturalem possessionem,quam semper habuit,ff.de acqui. pos.naturaliter. Et idem in uasallo reo,seu debitore & feudatario , & similibus dici potest,ff.de pignor.l.si is q̄ vsufructu.& l.obligatione generali Potest enim creditor mitti in possessionem feudi, ut percipiat fructus,Possidēte tamen vasallo,& non extraneo:[m] vt ff.de leg. 2 peto.§ prædium ff.de dam.infec.si finita §.si de vectigalibus.& ar.ff.de bo.auct.iud.possi.in uēditione. Sed quid faciet dominus feudi? Dic,quod semper remanet vasallus: vnde domino seruiet, arg.ext.de feud.cap.1.Et idem iuris est in superficiariis & vectigalibus,ff.de dā.infec.l.si finita.§ si de vectigalibus.ff.de publica uectigal & cō.l.vectigalia.extra,de sequest.c.pen.& fi & iunge, qđ est infra §.videndum.uersicul.quid si reus.& seq.† ¶ Quid si reus non habet nisi reditus,uel beneficium ecclesiæ, puta præbēdam? Respon.[n] possunt reditus assignari in causa pignoris:ut dixi in nominibus uel actionibus ff.de re iudic.l.commodis.C.de exec.rei iudic.stipendia.extra de fideiussor.constitutis.& c.peruenit.in fi. extra de appellat.pastoralis.in fin.32 distin preter hoc. Arg. contra,C.quæ res pign.ob.pos l.spem eorum. SOL.In pœnam debitoris si non habet|vnde soluat,fructus dantur ad tempus:ut in cō. concord.Pignorari autem res uel fructus non debent.ut in contrario:& extra de pignor.c.j. & 2 [o]Sed & cum agitur super ecclesia,tauqnam de proprietate, fit missio in ea , ut dixi supra titulo proximo,§.pen.ver.illud autem.†¶ Sed pone,quod pupilli , uel adolescentes,uel absentes,Reipublicæ causa absunt : nunquid fiet missio in possessionem cōtra eos in bonis eorum? Respon. sic, si non defendantur,ff.ex quib.causis in possessionem eat. l. 3. & l. in pos-

ADDITIONES.

a In fine. ¶ Istud posuit Ia.ꝛ.sed auctor melius locauit hic.

b Et Azo. ¶ Ia.Bal.dixit,q̄ Azo non tractat de ordine: & verum est in summa,de bo.auct.iud.pos.Tene,quod dixi in d.dec.quoniam.§.q̄ si super gl. hoc ordine.

c Ordine. ¶ Quid si agitur contra vniuersitatē personali actione, & nihil habet in bonis,nisi forum, vias publicas.fontes,& similia:dicam ꝛ.de fen.ercom.§.sequitur.super ver.q̄ si vniuersi.

d Dic. ¶ secundum Ia.præ.cuius fuit iste ver.& huic continuus erat versꝰ si reus.hic.sicut in Iac.interposita fuit additio.

e Nominibus. ¶ Facit,q̄ no.Cy.C.quando fis.vel pri.l.2.

f Mittendus. ¶ Vide q̄ no.ꝛ.§.nūc videamus.in fi.an scilicet reus præsens cogat iudicare. ¶ Adde an fm decretū impediat per ius tertii conditionale? uide Bal.in l.peto.§.prædium.in fi.ff.de leg.2.q̄ nō:& hoc magis facit ad rubricam seq.de secundo decreto.

g Possessione. ¶ Est sciendū.q̄ dns meus in ꝛegib.disputauit quæstionē, quæ incipit,quæritur,an primum qua quæsiuit , an primum decretum procedat contra reum in re,cuius ipse habet dominium,sed alius est possessor:& an ipse possessor veniens obtinere possit illud reuocari , solam possessionem probando.In prima tenuit,valere primum decretum in re tali,& quod illud parabitur via ad fm:ex quo secundo acquritur dominiū sine possessione eius.Ratio,q̄ aliter creditori consuli non posset ꝯ debitorem,qui nō habet nisi tale dominiū.Item ꝓstat,q̄ nuda proprietas potest obligari ex cōuentione,ff.de pig.act.si puenerit.§.si nuda. Ergo & in ea pignus prætorium constitui potest.Nam in vicem puentæ obligationis succedit decretum iudicis,C.si in causam iudi.pig.capt.sit,l.1.Item ex cōtractu sine possessione dominium quæritur,quando verus dominus rem penes alium constitutam uēdic,& in rem inducit emptorem.ff.de fun.dot.si fundum. Sic ex secundo decreto acquiretur dominium sine possessione,q̄ habebat debitor contumax: sed possessionem ille non habebat.illo enim iure vtitur missus,quo is,ꝑa quem facta est missio,ff.de dam.infec.si finita.§.si de vectigalib. Fatetur tū, q̄ per missionem ex primo decreto creditor non fit possessor. Nec mirum: quia etiam si possideret debitor, sic esset:acquiritur ergo misso pignus prætorium:& paratur sibi uia ad secundum decretum: per quod etiam, cum debitor contra debitorem non possidentē, non auferetur possessio tertio possidenti:sed creditor missus ex domino quęsito vendicabit rem à possessore, qui possessionem suam poterit tueri. Non obstat ff. de re iudicat.l.à diuo. Pio.§.si super rebus.vbi super rebus pignori captis de propietate fiebat cōtrouersia.Nam,vt ibi no.in 1.gl.etiam de possessione fieri potest.ad superius dicta inducit eandem l.§ sit quoque.Vbi agitur certum est,dominum fuisse debitoris,propter controuersiam possessionis non dimittet missus pignora:alias,ut in prin,dixi,non esset consultum creditori ꝯ debitore habentem solum rei dominium sine possessione.Valuit ergo primum decretū, quo ad duo supra dicta:& ex quo intetuenit traditio in secundo, licet nō possideat,rei vendicationem uel Publicianam poterit intentare. ¶ Adde, ut per Bar.& nouissimos,in d.l.si finita.§.si de vectigalibus.

h Lite non contest. ¶ Vide ꝛ.de libel.com.§.fi.ver.hoc aūt notandum.

i Vers.tertio.¶ supra tit.prox.§.sequitur.vers.porro.circa med.

K Docere. ¶ Non intelligas,id est,de debito:quia illud solū non sufficeret:sed vult probare fuisse & esse rem debitoris.

l Quid si. ¶ Reassumit uerba Iacob.

m Extraneo. ¶ Vnde si uasallus infeudasset feudum,non ponetur tunc creditor in possessionem fructuum:quia illi nūquam fuerunt sui.ff.de pigno.l.1. §.cum prædium.& l.Paulus,

n Respon. ¶ Secundum Iac.

o C.1.& 2. ¶ Et ibi no.in gl.pe.

in possessione §. cum dicitur. C de restitu. mil. l. ignorare. Bona tñ
a non uendentur, ff. de priuileg credit. eum qui. [a] Pupillus etiam ale
b tur ex illis bonis ad tempora pubertatis, ut eodem titu. [b] l fin. Hic
ergo distingue: nam minor cõuentus, aut est infans, aut maior in-
fante. Si infans, nõ potest esse in iudicio, quia parum distat à furio-
so: ut insti. de inuti. stipu. §. mutũ. uersi. sed q̃ diximus. Si maior in-
fante, citari põt, & esse in iudicio tutoris auctoritate, ut ff. de admi-
11 nist. l. 1. §. primo, secundo, & tertio. † ¶ Quid si maior sit alias? Rñ
deo, si habet curatorem, idem est, q̃ in pupillo. nam si habet cura-
torem, non põt esse in iudicio sine illo. Et si feratur sententia, non
valebit contra eum: sed pro eo sic: supra de actore, in princip. uersi.
porro. Primo ergo citandus est tutor, uel curator, si habet: aliogn
amici & cõsanguinei, l. 3. in prin. uersi. non defendi. ff. quib. ex cau.
in possess. eat. Quid si non reperiantur? Respondeo, tũc fiet missio,
c ff. ex quibus causis in possessionem eatur, l. hec aũt. §. 2. [c] † ¶ Quid
12 si reus agit per procuratorem, qui contumax est? Dic, quod net
missio in possessionem in bonis ipsius rei petitæ, ff. de procur. sed
& hæc pei sonæ § fin. & l. sequen. C. lib. 12. de digni. quoties Culpa
enim sua est, quod malum elegit, ff. nau. cau. stab. l fi §. fi. seruus. &
etiam condemnabitur in expensis propter procuratoris cõtumaciam, ff. commo. eum qui. §. fi. & l. sequen. ff. de procur. non cogen
dum. Excommunicati autem, suspendi, uel interdici non posset:
ut ext. ut lite non contesta. cap. 1. in fi. Et est ratio diuersitat is. nam
procurator datus est ad litem: unde quantum ad litem, domino
præiudicat. Secus tamen est in dictis sententiis, quæ ferri non de-
bent sine canonica monitione: extr. de sent. excõ. sacro & ca. cum
d medicinalis. & ex causa probata, 2. q. j. nemo. Secundum Papam [d]
melior ratio est, quia licet uendiderit illi potestatem ap di tem-
poralia, non tamen spiritualia: 38 distinct. sedulo. C. de sacrosanc.
e eccles. l. fi. extr. d [illegible] [e] spolia frequens §. fi. [e] Si autem dominus sci
ens non purgat [illegible] ciam sui procuratoris, bene potest ex-
communicari: vt [illegible] dec. vt lite non contest. c. 1. & no. C. lib.
f xij. de executor. l. 1 fin [illegible] pa no. extr. de procur. c ij. [f] quod licet
nuncius probet iustas causas absentiæ domini, nihilominus fiet
missio contra dominum: & iunge hic, quod no. s. tit. proxim. §. fi.
13 ver. quid si procurator. † ¶ Hoc autem notandum est s quod miss
g sus in possessionem ex primo decreto, non vtetur bonis illis, uel
fructibus, in quorum possessione missus est ff. ex quib. cau. in pos.
ea. Fulcinius. in princ. & l prætor. in princi. imo eos restituet intra
annum cum ipsa re, extra. de sequest. possess. c. 2. nisi missus id spe
cialiter impetret propter nimiam contumaciã debitoris, ut in l.
h Fulcinius. §. fi. [h] & l. Celsus. † ¶ Est autem nimia contumacia, quia
14 dicit, non veniam: vel, secundũ alios, si steterit biennio; quod non
venit. Alii dicunt, illud quod dicitur in præd. l. Fulcinius. §. fi. spe
ciale esse in petitione hæreditatis, ubi non possidet titulo. Vinc.
no. extra. de eo, qui mit. in possess. cum uenissent. secundum cano
nes, nimiam contumaciam esse, si steterit in ea per annum. nam
post annum faciet fructus suos, argu. in præd. decr. quoniam. § in
aliis & 11. q. 3. cursus. & vide j. de eo, q mit. in pos. causa rei seruã
ver. cæterum. In casibus tamẽ missus vtitur fructibus: vt si mulier
ventris nomine mittatur in possessionem: nisi per calumniã miss
a fuerit, ut ff. si mulier ven. no. in possess. mit. l. 1 & 2. & ff. de vẽ. in
pos. mit. l. 1. §. 1. & in fi l. 3. Item in alio, s. quando missus est coniũ-
i cta persona, [i] ff. ut in possessionẽ leg. vel fideicommiss. l. quæ lega-
K torum. Item cum filius [k] mittitur in possessionem ex Carboniano edicto, vt C. de Carbona. edicto. l. 2. Sed in his casibus non fit
missio in possessionem propter contumaciam, sed propter fauo
rem: vnde non tangunt presentem tractatum Ite missus loca-
bit prædia, & fructus custodiet, nisi debitor id faciat. ff. e. iis cui. §.
qui legatorum. ff. de bon. auctor iudi. possi in uenditione. §. j. Itẽ,
secundum statutum Bonon. missus facit fructus suos M. autem
dixit, quod cum missus in possessionem ex primo decreto, possi-
deat, facit fructus suos, C. de præscrip. 30. vel xl an. si quis emptio
nis in fi. ibi. possessor, &c. & C. de bo. auctor. iud. pos. cum propo
nas. ff. de dam. infe. à quo. C. quomo. & quando iud. consentaneum.
ibi, possessionem, &c. quod nõ puto, ut s. sed eos solum percipit,
& detinet, ut infra. § iam de effectu ver. missus ergo. expensas ta-
men factas circa curam rei retinet, vt s. tit. prox §. fi. ver. sed nũqd
15 facta. † ¶ Quid si in reali actione intra annum post missionem in
possessionem missus percepit fructus, deinde reus reaertatur in-
tra annum. postulans sibi possessionem & fructus inde perceptos
restitui: missus vero obiicit exceptionem dominii: uel forte cõ-
pensationem aliorum fructuum, quos reus ante litem motam
perceperat: numquid potest? Respond. non. nam non uidetur res
stitui, nisi fructus restituantur, ff. de rei uendica. l. & ex diuerso.
§. 1. & quod iure statuitur in principali, idem & in accessoriis esse
debet, C. de usur. eos qui. in princip. Compensatio tamen non ad
mittitur: quia debitum non est liquidum, C. de compens. l. fi. & ga
per eam fieret aliquod præiudicium principali: quod esse non de
bet, ff. de except. fundi. & l. si fundum. j. §. iuxta. uersi. sed quid si il-
le post. secundum autem decretum quis utitur fructibus. Quæ p
sequere, ut no. ext. de do. & cõt. p tingit. ubi no. alii casus, & in lib.

Roff.

ADDITIONES.

a Qui. ¶ Secundum Iaco.
b Eodem tit. ¶ Scilicet de priuileg. credit.
c §. 2. ¶ & 1 respon. & l. 2. §. fi. & l. 3. §. si vero. & §. contractum. Sed ad intellectum huius ver & præced. & eius, quod no. s. tit. prox. in fi. & j. de seu. exc. §. sequitur. uersi. sed pone. lite cõtestata. & s. de actore. in prin. quæro, si minor.
25. citatus non uenit, & ob id agens missus est in possessionem rei petitæ, uel bonorum ipsius, in personali, ueniens ult recuperare possessionem, missus petit expensas, quas minor dicit se non debere: cum processus p eum factus sine curatore, non tenuerit, potissime s. scripta forma non seruata: quæritur, quid iuris? Respon. quatuor opi. circa hoc haberi. Prima, q̃ non teneatur, minor ad expensas: quia iura de hoc loquentia indistincte loquuntur, C. de iud. sancimus. de bonis auct. iud. possid. cum proponas. & auth. & qui iurat. vt lite non contest. quoniam. §. in aliis. Cum ergo non distinguant inter maiorem & minorem, ergo nec iudex distinguet, ff. de offic. præs. l. 3. de Publica. de pretio. Nam si iura de maioribus tantum intellexissent, id expressissent. extra, de decimis. ad audientiam. facit ff. de alea. l. 1. §. quod autem. Itẽ frustratorium alias esset legis auxilium de accipienda tenuta contra minorem, vt in legibus in princi. allegatis: nec debet actor à lege decipi, C. de his, qui ven. æta. impet. l. 1. nec iudicium fieri delusorium, ff. de iudi. fi prætor. & de electio. commissa. §. porro. lib. 6. Secunda opinio est ptraria, vt non teneatur. expedit enim minori, litibus & sumptibus non vexari. ff. de minor. l. minoribus. Item & si quasi contumax condemnetur, restituitur, eodem titulo. l. minori. etiam si quasi contumax. Tertia fuit Vbert. de Bobio, qui dat prærogatiuam minori plus quam maiori, si veniant ipsi intra annum, uel post: dicens, quod veniens maior intra annum, recuperat possessionem, & restitu it expensas: minor vero recuperat non solutis expensis: si veniat post annũ, maior non recuperat possessionem etiam restitutis expensis, minor recuperat, sed restituit expensas: & sic intelligitur l fi quis emptionis. C. de præscri. 30. vel 40. annorum. Ex contrario sequeretur, quod non esset melior conditio minoris, quam maioris: quod esse nõ debet, cum eius beneficium debeat, aliquid operari, sicut & priuilegium, testamentum, & verba. ff. ad municip. l. 1. ff. de legat. 2. l. si quando. de usur. l. si stipulatus. de priuileg. si papa. §. 2. ad fin. libr. 6. Quarta fuit opinio Iacob. de Aret. distinguentis, ant minor tempore datæ tenutæ nõ habebat tutorem, uel curatorem, uel legitimum defensorem: aut habebat, & hoc casu aut illi administratores sunt soluendo, aut non. Primo casu principali, quando non habebat, dicit tenutam restituendam minori, licet expensas non soluat, per l. ult. C. si aduer. rem iud. ubi dicit text. nullum vobis præiudicium. & ff. de re iud. acta. §. fi. & l. contra pupillum. & C. qui legi. perso. l. 1. per quas leges. & l. in causæ. 2. ff. de min. dicit, restitutionẽ minori non esse necessariã. Vel, secũdũ eũ, distinguitur: aut minor nõ habens defensorẽ legitimũ tẽpore datę tenutę, erat pupillus, aut adultus. Primo casu, cum non teneretur sibi petere tutorem. ff. qui pe. tu. l. 2. recuperabit tenutam, non solutis expensis. Secundo casu, cum erat adultus, teneba tur sibi petere curatorem, ff. qui pet. tu. l. 3. §. tutores. C. qui pet. tut. l. 1. si non petiit, videtur fuisse in dolo, contra quem etiam non restituitur, ff. de min. fi ex causa. §. nunc videndum. Non recuperabit ergo possessionem, nisi restitutis expensis. Mihi plus placet, quod dicit auctor, in non habẽte curatorem requirendos amicos, vel saltem requirẽdum prius ipsum, vt veniat petere curatorem. pro quo facit præd. l 1. C. qui pet. tut. & maxime, secundum lecturam Iaco. de Rauen. quam ponit ibi Cyn. quę vult admonitiõm de qua lex loquitur, esse necessariam, & petensiam à iudice, vt vocetur ad hoc minor. s. ad petendum curatorem. Hoc intendo, quod non sufficit actori ad iustificandam tenutam, facere vocari minorem non habentem defensorem super principali. secundum quod intelligo etiam, quod no. in præ. l. fi. C. si aduer. rẽ iud. Redeo ad verba Iac. qui dicit secundo casu: quando habeat tutorem, uel curatorem, si sunt soluendo, eum teneri ad expensas, quas recuperabit à prædictis, ff. de leg. 2. qui solidum. §. etiam. alias non tenebitur ad illas, & recuperat tenutam, ff. de minor. cum mandato ff. de pec. summa cum ratione. §. si dolo. ff. de admin. st. tut. l. fi. ff ne vis fia. ei l. 2. § hoc edicto. Hic etiam præmittendum erat, an tutor vel curator vocatus fuerit, vt debuit, vt etiam dicit auctor hic. Quę dixi de tenuta, tenet Guil. de Suzar. super l. 1. ff. si quis ius die. non ob. s. quod non teneatur ad expensas, ex quo vocatio nõ fuit debite facta. Et idem dicit de banno dato, s. q̃ si propter contumaciã fuit bannitus, expensas banni, vel cãcellationis non solvit. Citari enim debuerant p pinqui, amici, & affines ipsius, & omnes, quos non est verisimile omissuros defensionem ipsius minoris, per leges in prin. allegatas. Ponderat etiam, quod circa principale ius, actoris non est factum deterius: quia & si ve uisset, non subiret sine curatore iudicium, quia minor. Hoc etiam attenditur in citatione facta die ferato, ff. si quis in ius vo. non ie. l. 2. in fi. & ff. de arbit. l. arbiter eligendis. ¶ Adde requisita ad hoc. vt p minores possit peruenire ad primum & secundũ decretum: Rom. cons. ccccliij. Ab. cons. xliii. 2. lib.
d Secundũ Papã. ¶ Vt lite non ptest. c. 1. ad fi. in gl. magna. ver. idẽ est dic cõdũ.
e §. fi. ¶ Lib. 6.
f c. 2. ¶ Vbi scripsi in gl. hæc missio. ver. hoc autem.
g Notandum est. ¶ Secundum Iac. ver. & est notandum.
h §. fi. ¶ Et hoc ibi tenet gl. & placet Iac. de Aré. vt ex speciali iussu iudicis mittẽtis in possessionẽ, hoc expresso q̃ fructus ueref p p nimiam rei contumaciam, procedat id in qualibet actiõe. ¶ Adde, q̃ hoc idẽ tenẽt Bart. & Bal. in d. §. Iulianus. & idẽ est si de psuetudine dẽt arbitrari fructus, sm gl. in auth. de exhib. & intro. reis. §. fi vero. quam glo. sequitur Bald. in l. acceptam. C. de vsur. & in cons. liiii in. lib. vbi dicit, q̃ minor vigore psuetudinis, vel statuti, patietur illam pœnam amissionis fructuum eo casu, quo p ipsum fiet missio. Bar. tamen non tenet illam gl. de qua ibi vide per Ale. qui tamen de Bal. in d. consilio mentionem non facit.
i Persona. ¶ Nimis late loquitur: Primo, quia lex illa nõ habet locum in maribus: itẽ nec in fœminis ulterioris gradus. quã sunt ibi expresse. Hoc tamen dicit ibi gl. sub dubio fortẽ: ibi aũt exprimit filiam, neptem & proneptem & uxorem, quæ non nupsit. Itẽ iste uersus illius casus & sequentis, est solum pro alimentis: & cũ non habent alias unde alantur, ut ibi.
k Filius. ¶ Sup. impubes. & idem de quolibet descẽdente, cui competere possessoria tabula. ff. ad Carbo. l. j. in prin.

Rof.in tit.de secundo decreto,& secundum Papam in præ.§.in
16 aliis.† ¶ Hoc etiam no. q si conuentus, qui nomine alieno pos-
a sidet,id denunciet domino,[a] fit missio in possessionem rei petite,
nisi dominus uenerit in termino ad hoc à iudice statuto:ut dixi
3.ti.j.§.sequitur.ver.si uero agitur.ibi si autē iis est quasi contes-
tata.quod uerum est, siue quis conueniatur super re immobili,
b vt in præ.dec.quoniam frequēter.[b] & §.quod si super. & C. vbi
in rem ac.l.2 siue etiam super re mobili hodie,ut C.vbi de crim.
agi opor.auth.qua in prouincia.ver.eo autem absente.Ar.tamē
c contra ff.de rei uen.officium.in fi.[c] Item quod dicitur in prædi.
§.q si super.& in l.2.C.vbi in rem ac.quod debet nominare, ex
ponunt quidam,ut Accur. Debet id est pt.ff.an per alium causæ
appel.l.fi.ff.de off.præf solent.in prin. Alij,ut B.dicunt,quod cū
quis super immobilibus rebus,quas nomine possidet alieno, in
quibus nullum ius habet,conuenitur debet, & potest nominare
secundum eos exponitur Debet, i. potest,ut in præ §.& in præ.l.
C.si eīn haberet ius in re, illud tenetur defendere. vñ non ꝓdest
dominū nominare,ut iā dicēt. Ad prēmissa tñ fortiter opponit.
nam vt, q qualitercunque quis detineat rem ecclesiæ, ipse sem-
per cōueniri debet, quantuncunque nominet, uel exhibeat do-
minū, seu actorē suū:ut 12.q.2.quicunque.i.& 16.q.1. in cano-
nibus. extar.de foro com.cum sit generale.&c.si clericus.Sed il-
la loquuntur in possessorio:quo casu non prodest nominare do
minū,uel authorem:ut ext.eod.conquestus.no.in præd §.q si su
d per.in gl.secus.&c.[d] Nunc autem prodest nominare dominū,cū
agitur petitorio. Vel intellige prędicta iura cū qs aliqd suo nomi
ne possidet,ut tunc ipse sit ꝓueniendus: nec sit necesse nomina-
re cum,cuius auctoritate possidet Sed præ.§.loquitur,cum quis
nomine alterius possidet.Si autē is qui nomine possidet alieno,
dominum non nominat,sed tanquam possessor se offert liti, &
ꝓpter eius ptumaciam possessio decernetur actori,nō nocet do
e mino:quod dic,ut no.in præ.§.quod si super.[e] † ¶ Debet autem
17 statim fieri nominatio ista ante libelli oblationem,uel prius quā
respondeat reus:ut no.in præ §.quod si super. ¶ Item missus in
casu isto,statim efficitur uerus possessor:nec is,qui passus est mis
sionē, veniēs intra annum,audietur super possessione: licet alt-
ud sit quando quis suo nomine ꝓuenitur,ut ibi no. ¶ Sed quis est
is qui nomine possidet alieno? Respon. depositarius,& commo
datarius rei mobilis,colonus & inquilinus,qui nō habent ius in
re ff.de rei vēd.l.officium.rei enim commodatæ,depositæ,& co
lono uel inquilino traditæ, proprietatē & possessionem retine-
18 mus,ff.depos.l.i ff.commo.in commodato.† ¶ Sed nunquid est
idem in his,qui ius habent in re?ut est emphyteuta, feudatarius,
maritus in rebus dotalibus,usufructuarius.feudatarius,superfici
f arius,creditor.[f] & similes,ut ipsi possint dominū in iudicium no-
minare? P. & Y. dicunt,q non:nec liberant hoc faciendo: imo
defendere coguntur,ratione iuris quod habent. Quod autē ma-
ritus per se agat,uel defendat in rebus dotalibus ratione iuris,q
ibi habet,ꝓbatur ff.de re iu.sæpe.§ sed scientibus. De usufructua-
rio ꝓbatur ff.ad exhi.Celsus.§.i De emphyteuta.ff.qui satisda.
cog.sciendum.§ j.Domini Io & Azō contrariam cum præl.C.
vbi in rem act.l si & præ.§.quod si super.non distinguant,habe-
at quis ius in re,uel non,nec nos debemus distinguere 2.q.5 con-
g sulusti extra,de translat inter corporalia.uersus fi.§ Idem etiam
est in procuratore ad administrandum dato,ut no. Papa in præ
h §.qd si super.[h] † ¶ Quid si colonus sit contumax, nunquid eius
19 contumacia præiudicabit domino? Respon.nō.C.si peruim,vel
ali.mo.possē.abs.tur.fu.l.fin. Quid si non est contumax,sed in se
suscipit iudicium? Respon.dico,quod potest pœnitere ante litis
contestationem,& dōm in iudiciū nominare,restitutis aduer sa-
20 rio expēsis,ff.de rei uendica is qui se.& duabus legi.seq.† ¶ Quid
si nominans,nominato nō ueniente,vult pœnitere, & iudicium
rei uendicationis suscipere? Et videtur,quod non audiatur,ut in
præ.l.is qui.& ff.de noxal act.Sed dic,quod si ex persona sua ve-
i lit suscipere,[i] tanquā mendax efficietur de possessore petitor:vt
ff de rei uēd.l.fi.sed si rāquā defensor,bene admittitur:infra ver.
sed quid si actor.Prædicta m quoque pœnam nominās patietur
nominato dicente,quod ille eius nomine possideat: ut in præ.l.
fi.ff.de rei,ven Quid si dominus ius suū alteri uēdidit,sed emphy
teuta nihilominus primum dominu m nominat? De hoc uide in
21 fra de emphyt.§.nūc aliqua.uers. 174. † ¶ Quid si emphyteuta,
vel feudatarius,uel uir in causa dotis nominauit dominum in iu
dicio,& dominus fuit contumax, nunquid paratur præiudiciū
emphyteutę,feudatario,vel viro? Dicunt quidam qd sic. Imput-
et enim sibi,quod cū nominauit:quia de uoluntate sua fuit hoc
& permisit sequent em agere,ff.de re iud.sæpe.extr.eo.ti.quam-
uis.C.res inter alios act.per totū,extr.de præb dilecto.in fi. Sed
nunquid nominās dominum in iudicio,tenetur semper compa-
rere,& adesse causæ,si dominus velit eam defendere? Resp.nō:
sed dimittē tus est.ff.de in ius voc.neque impuberes.§ j.& vide,
quod no.secundum Papam.ext de sponsa.veniēs.j. & de re iud.
22 cum super.† ¶ Quid si feudatario,vel emphyteuta rei vendicati
one conuento.dominus vult hoc iudicium suo nomine subire:a-
gens uero potius vult agere contra illos,qui possident,& plenam
habent facultatem restituendi rem? Respon.si dominus conuenia
tur ratione ciuilis possessionis,potest suo nomine iudicium susci-
pere,cum suo nomine conueniatur:quia ipse ciuiliter possidet,ut
ff.commod.l.si vt certo.§ si duobus.sed naturaliter possidenti,sci
licet feudatario & emphyteutæ,vt ff.de acqui.posse.naturaliter
23 non fit præiudicium per hoc, vt supra vers. prox. † ¶ Sed quid si
actor nolit conuenire dominum ratione ciuilis, quam habet, sed
feudatarium ratione naturalis,& dominus velit suo nomine iu di-
cium suscipere? Respon.non audietur,quamuis eius interesse,vt di-
cunt quidam:quia ipse non habet naturalem possessionem,vt di-
xi:& pro hoc facit ff.de appel. sententia.j.ff quando appel à sit,l.j.
§ in propria & §.tutores.Si autem uelit non suo nomine, sed vt
defensor feudatarii,iudicium suscipere,audietur.Nam in ciuilib⁹
pōt quilibet alium defendere,etiam inuitum.ff.de procu.l.j.§.vi
24 sus,& l.seruū.§ publicè.ff.de solut.solutione.n † ¶ Quid si domi-
k nus clericus est, qui ut defensor vult iudicium suscipere sub fidu
cie seculari,sub quo conueniebatur feudatarius,uel emphyteuta?
Et quidem non uidetur admittendus:vt in auct.de sanct.episcop.
§.alium autem C.de procura.militē.C. de episcop. & cler. placet.
extra de foro cōpe.si diligenti.etiam si expēsē renunciet priui-
25 legio fori sui.ut nbi,ff.qui satisd cog.quoties. §.i ¶ Quid si syndi-
cus alicuius capituli veniat ad defensionē feudatarij, vel emphy
teutæ? Respon.si clericus est,non admittetur coram iudice laico,
ut s si verō vt laicus vult defendere nomine capituli,similiter nō
admittitur:sicut nec capitulum admitteretur, vt quidam dicunt,
ff.de re iud.si cum procuratore.ff.de procur.sed & hæ § defen se
re.& l.minor §.quoniā.Sed si syndicus laicus velit defendere, vt
ipse,non vt syndicus,bene auditur:vt in prædi.§.publice dummō
aliud nō obuiet:& semper debet possessor in suo foro defendi,C.
vbi in rē act.l.i.ff.de iudi.vēditor.xj.quest.j. experientiæ. Verum
nominās aliud in iudicio,inrabit de calūnia? vide j. de iuramēto
lumn.§ restat.versi sed illud.¶ Sed nūquid in seruitutibus,vel cū
negatoria,uel cū de electione ad dignitatē agit, fit missio in pos-
sessionē? de hoc,& de aliis dicā.j.§. videndū. versi.qd sit electio.
26 & sequēr.† ¶ Verum si petitur hereditas ex testamento, vel abin-
testato, fit missio in possessionē totorū bonorū.C. de petitione
hæreditas.C. de edi.di. Adr.tollen l fin in fin.& in p.e.l.Falcidius.
27 §.fi & iunge quod est s.titul.proxim.§ sequitur.versic q si forte.
l † ¶ Quid [l] si agatur actione præiudiciali: ut puta petit quis ali
quem tan-

ADDITIONES.

a Domino. ¶ Vide quod dixi in §.quod si super.in gl.per illum
b Frequeoter. ¶ Opiniones & ipsarum rationes de hoc uide in §. q si super.su-
per 1.gl.
c In fi. ¶ Dic,ut ibi in vl.gl.& facit,quod no.de iu.examinata.in gl.& q scrip-
si in d.§.quod si super.in gl.quod si non.ad fi.& §.fi.super uerbo,possessioue
d Secus,&c. ¶ Apertius est in præ.c.quicunque.
e Si super. ¶ Quomodo autem factum violenti expellentis colonum præiudi-
cat domino,& non factum iudicis possessionem ei auferentis,cum plus ope-
rari deberet actus iudicialis,q̄ām violentus, ibi plenè scripsi post Inn.&
Host.super uer.nominare.Iē ibi super uerbo,tardabit.scripsi post Host.de
illo,qui de præcepto domini sui animum dedit, & conuentus nominat do-
minum,qui scit causam præcipiendi an sit sibi danda dilatio ad dominum præ-
sentandum;& quid si detur,& dominus non uenit,ibi.uide.
5 nes.† ¶ Quid si in feriis ob reuerentiā Dei indictis fit instrumētū per tabellionem super aliquo contractu? Dicunt quidam, ꝙ nō valet.nā dicit lex,actus omnes,seu publici,vel priuati.quīdecim diebus paschalibus conquiescant,vt C.de feriis,actus.Sed dic cōtra, & quod ibi dicit Actus publici,vel priuati,expone,id est iurisdictionis contentiosæ,voluntariæ autem bene possunt exerceri,prout in eadem lege dicitur,ut emancipare,contractus inire,in
6 strumēta scribere,testamēta facere, & huiusmodi,† Quid si tūc testis dictum suum deponit? Et videtur,quod nō ualet,quamuis die non feriata iurauerit,vt C.eod.dies festos.circa med.& hoc̄q dā dicunt.Cōtra credo,cum habeatur pro præcepto,postquam iurauit,ar.C.de testib.l.pen.vt s. de testi.§ qualiter.ver.is quoq;. & examinatio non est iudicialis actus imo secrete fieri debet. Danielis exemplo.Sunt etiam,qui dicunt,quod partibus & testibus uolentibus hoc fieri potest:alias non,ut in præd. l.dies ibi, a cunctis executoribus,&c.& ibi,nulla quenquam urgeat admonitio: &c.Recipi autem,seu iurare non debent testes die feriato : quia
b testium receptio est de processu[b].ext.de probat. quoniam contra.nisi forte,quando recipiuntur ualetudinarii,& de quorū mor te,uel absentia diuturna timetur,cum tunc extra iudicium reci-
c piantur,ut extra, ut lite non contestata. quoniam. responso j.[c]
7 †¶ Porro ea,quæ ad voluntariam iurisdictionem spectant, quolibet tempore fieri possunt:vt adoptare, emācipare,manumittere,excommunicare,& absoluere, vbi causæ cognitio requiritur,
d C.eod.l.actus[d].Ergo tutores & curatores dabuntur.& vt gerāt, monebuntur.alimenta constituentur nomine ventris, uel legatorum,& causa damni infecti possessio dabitur:item fiet cognitio, exhibendi testamēt a:curatores dabuntur bonis,& ut liberi parētes alant,& ecōtra præcipitur:atrox iniuria æstimabitur,& fidei commissaria libertas præstabitur.ff.eo.l.2.& 3.ff.de dam.infect.l, j.ff.quemad.test.aper.l.j.& licet præ.l.loquat in feriis rusticis, A-
8 zo tamē dicit hoc fieri posse,etiam in solēnibus, cum pietas hoc suadeat,ut prædixi.† ¶ Quod autem dixi de tutoribus dādis,probatur etiam ff.de tutel.qui habet §.pe. vbi dicitur,quod tutor dari potest quolibet tempore,quod intelligit Vber.cum ad unam causam dari debet,vt ca.l.in fi.secus si ad plures:cum tunc dari debeat cognita causa,& iudice pro tribunali sedente,ff.de cōfir.tu. vel cur.in confirmando.sed prius dictum placet,cum prima iura nō distinguant,arg.2.quæst.v.cōsuluisti.extra de translat episc. inter corporalia.Quid si uxor mortuo uiro petit alimēta? Dic,ꝙ
f hæc causa potest die feriata agi,quia id pietas suadet[e].† ¶ Quid
e de causis matrimonialibus?[f] Ioan.not. xv.quæst. 4. in sum.posse
9 eas tempore feriato tractari propter periculū adulterii, vel incestus.Idem dixit in matrimonio spirituali, scilicet cum agitur de electione episcopi, vel prælati,propter periculū moræ,extra de appel.oblatæ.in fi.50.dist.postquā.extra de elect.ne pro defectu. quia in his sunt spiritualia,extra ut lite non cōtest.c.j.& ca.quoniā.§.j.quod admittit dominus me[g],si ex officio procedatur:sed si in figura iudicii agatur,hoc reprobat:& bene,extra, de clād.de spon.cum inhibitio.& de diuor.porro.§.vnico.Posset tamen vi-
10 deri,quod in rusticis feriis causa exactionis possit agitari,ut extra de iud.c.fi.sed verius,est quod iam dixi.† ¶ Quid de causa vsura
rum verbi gratia;repetebam usuras ab hærede cuiusdā usurari: ro opponit exceptionem feriarum:& uideatur exceptio ad mittēda,quia tunc non est quis conueniendus,ff.eo.l.j.nisi in casibus inter quos is nō reperitur. Arg.contra,quia hoc tempore agit pro furto.& rapina,ff.eo. solent.§.j.&usura & rapina æquiparantur,ut xiiii.quæst.4.si quis.& c.seq.Dicunt,quidam, quod si defunctus iurauit stare mandatis ecclesiæ,vel se usuras red ditu-
11 rum:& præceptum fuit ei.quod redderet,nunc vrget necessitas, & suadet pietas,ut omni tempore etiam feriatā redditio fiat, ex tra eo.c.fi.† ¶ Item quid de causa decimarum? Et videtur tēpore feriarum ventilari posse.nam de tributis tunc agi potest.vt C. eo.publicas. At decimę sunt tributa egētium animarum,ut xvi.
h quæst.i.decimæ extra de dec.tua.& hoc tenent quidam[h]. Alii cō-
12 tra. non enim tunc debet agi,nisi necessitas vrgeat,uel pietas suadeat,ut s.† ¶ Quid si causa intra certum tempus decidenda committitur,& id tempus in dies incidit feriatas? Dic,quod nō procedet:ut no.in præ.c.placita.Credo tamen,ꝙ vbi iudicis iurisdō est finitura,iudex tpe feriarum rusticarum procedere potest,ne iudicialis instantia euanescat;arg.de offi.deleg.consuluit.extr. de iu. c.fin.[i] † ¶ Sed nunquid decretum super alienatione minoris die

bus

ADDITIONES.

a Sexaginta. ¶ Idem not.de iud.c.ult.in ult gl.& ꝯ.de lib.obla.§.nunc uidea mus.& quod ibi dicam:facit ille §.& quod dictum est s. uer.prox.in princ. ad qōnem,an nunciatio noui operis fieri possit,& ipsius causa tractari die feriato,& gl.in l.j.ff.de nouī op.nun.§.item nunciatio omnibus diebus,&c. tenet quod fieri potest,saltem his duobus modis,quibus non auditur ꝓtor. De tertio plus dubitatur,& una opinio habet,ꝙ nō possit:alia distinguit de rias fluore hominum,& tunc possit a feriis in honorē Dei,& tunc non possit. Vtrique respondent ad §.item nunciatio.ut intelligatur dieb.omnibus. scilicet congruis. allegāt ff.man.l.j.de cōst.pec.l.qui autē.in fi.de mu.& ho. ut gradati.in fi.sed in ꝓgruitate discordāt,ut dixi,sed ex uerbis.Albe.Pap. super illo §.inuenio eum,licet nō sic expresserit,intellexisse,ꝙ denūciatio. quæ fit per prætorem,aut uocat in ius ædificari facientem : & hoc fieri non possit in diuinis feriis,& sic loquatur lex ff.si quis in ius uo. l. 2.in fi. qnam, ubi s.gl.signat pro cōtraria,& non soluit.Si uero non arctat illum ad ueniē dum,sed solum nuncium suum ad eum mittit,putat etiam diebus feriatis fieri posse.allegat iura vulgaria,ff.de usufru. æquissimum. in prin. ff. si cer. pe.quidā.in fi.Per quæ dari potest alia solutio,ꝙ si pericul̄ est in mora,vel grande dispendium,puta quia illius diei opus claudet lumina scholarium, quolibet die fieri possit,per præd.l.j.ff.eo.uer.sanæ.cum concord.j.gl.& extra.eod.tit.c.fin uerb. quibus.facit de sentē excō. constitutionem.in fin. lib.6.Ex prædictis habeatur secunda quæstio,quæ fuit Albe. Galea. extra uolumen,pro soluta,his casibus quibus differēter denunciationem fieri nō posse:quia eo minus posset cā tractari.Ad negatiuā aūt allegat, ꝙ certi sūt casus numerati,in quib.in feriis ꝓcedi ꝑt, ff.e.l.j. 2.& 3. ext. e.c. j.& ul.in ter quos cā denūciationis noui opis expssa ñ ē:ergo,&c.ff.de his qui sui ue ali.iu.sunt.l.patre.in prin.& ibi cōcor.facit ext.de trāsla.c 2.de sent.excō. his qui.lib.vi.Itē arbiter omni tempore cogitur sententiam dicere, ff. de arb.sed si cōpromissum.in fi.non tñ tempore feriaro;eo.ti.si de meis.in fi.In cōtrarium alleg.prēd.§.item nūciatio.& qui omnia dicit,nil excipit.de mo. & obe.solitæ.ff.de fer. vrb.prædl.si seruitus.& quod de tutoribus & curatoribus dicitur ꝯ.ver.porro.& l.j.ff.de dam.infect.& l.j.ff.eod.quæ prouidēt celeritati.Soluit,ꝙ his diebus,quibus cognoscitur causa damni infecti,cognoscatur causa denunciationis: cum ista,sicut illa, celeritatem desideret: alleg.C.de ædif.priua.l.de operis.ibi,festinate.& vbi eadem ratio,&c. ff.ad leg.Aqui. illud.extra,de ꝓbr.util. vel inutil.cum dilecta.& ibi concor.& q̄ quoties res urget,cogimur adire prætorem,ut præ.l.j.ff.eo.vers.sane. ¶ Ad de.ur per Barto. & Alex. in d.l.i.§.nunciatio.& ibi, an executio sententiæ possit fieri die feriato, & quid de citatione: & quid de reuocatione tenuttæ.

b Processu. ¶ Gui.de Suz. super l.iurisiurandi.C.de testi. per prēd. l. dies. ¶ Adde tu,quod receptio & examinatio testiū possit fieri die feriata,est gl. j. in cle. vnica,extra.de off.deleg.

c Responso.j. ¶ æquiparando ferias contestationi litis:& facit decr. vlt. hoc eod.tit.& quod ibi no.in gl.pen.

d Actus. ¶ De insinuatione donationis dicam idem ꝯ. de instrum. edi.§.porro.super.uers. donatio.in fine. ¶ Adde, an curator liti in causa pupilli dari possit die feriatæ vide Bald.quod sic,in l.3.§.quelibet.ff.de tutel.& ibi,an possit dari tutor,uel curator.

e Suadet. ¶ Hoc tenuit Alber.Gal.tit.de alimen. ultra medium: alle.de fer. c.fi.ff.eo.l.i.& ii. ¶ Adde,ꝙ hoc limitant Doct. in l.diuortio.§.si vir. quando mulier non habet vnde se alat:alias secus.& hoc idem videtur uelle Spe. dum dicit,pietas suadet.

f Matrimonialibus. ¶ De hoc vers.& duobus seq. vide cle.de uerbor.sig.ꝛpe. post prin. vers. tempore.& quod ibi no.

g Quidam. ¶ Alber.Gal. cuius ad literam fuit iste ver.de excep. ver.pone, quæst.

h Quidam. ¶ Alber.Gal.cuius fuit iste vers.absconsus sub rub.de fideiuss. versicu.pen.

i capi.fin. ¶ Gui.de Suza.in l.sciendum.ff.qui satisd. cog.tenet, quod si venit ultima dies iurisdictionis delegati,& est feriata feriis rusticis, pronunciare poterit,si non fuit in culpa:in solennibus autem non; nec in rusticis,si fuit in culpa:alleg.ff.de fer.si feriatis.in fi.& ff.de arbit.si de meis.§.fin.Adde,quid si dies extuta est feriata,& statutum dicat,quod si ultima dies est feriata.differatur in sequentem diem:accidit,ꝙ sequens dies est etiam feriata.laudum fuit latum die sequenti:queritur,an ualeat? Bal.consi.cccxxvi. li.cōsuluit,quod non.

bus solennium feriarum interpositum, valet? argu. quòd sic, C. eo. actus. in fi Dic contra: quia causa cognita & iudice pro tribunali sedente, id fieri debet, C. de admi. tu. lex, quæ. & C. de præ-
a dijs mino. l. minorum. & l. ob æs [a].

ADDITIO.

a Aet. ¶ Idem Iac. de Aren. allegat ff. de confir. tutor. l. in confirmando. & de bon. posses. l. 3. §. penult. lex, actus, non obstat, quæ loquitur in iurisdictione voluntaria & fauore libertatis, quę datur manumissis, & emancipatis: idem Albe. Galeo. extra volumen super l. 2. ff. eod. titul.

SVMMARIVM.

1 *Renunciare iuri nondum sibi competenti nemo potest.*
2 *Testes an possunt cogi, vbi renunciatum est feriis rusticis.*
3 *Iudex pro tribunali sedens, & scienter assignat diem feriatam partibus præsentibus & feriatam esse non ignorantibus, an pares videantur renunciasse exceptioni feriarum.*

¶ Quibus ferijs renunciari possit.

a 3. §. Nunc videamus, quibus ferijs renunciari possit. Et quidem repentinis non potest renunciari, [a] ff de arbit. si feriatis ff. de postul. quos prætor. ff. de iure immu. semper. §. conductores argumen. C. eo. omnes dies. prope fin. ibi, nostris etiam, &c. Multo minus solẽnibus in honorem Dei & sanctorum inductis, extra eod. c. fi. imò processus habitus tũc non valet, vt ibi Iac. Bal. not. contrà in repentinis, vt dixi s. de arbit. §. fin. prope fi. versi. in forma autem. Rusticis autem, seu publicis, renunciari potest, extra eod. c. fi. in fi. arg. extra, de regula. ad apostolicam extra, de foro comp. si diligenti. sed si non esset renunciatum, sententia non teneret, extra, eod. cap. fin. ff. eod. l. j. & l. si feriatis. & s. § proximo, in princ. de hac materia no. extr. de off. deleg. de causis & de iudic. cap. fi. extra, de ferijs, cap. fina.
1 † ¶ Quid si renunciatio feriarum fiat in instrumento alicuius contractus? Et videtur non tenere, nemo enim potest renunciare iuri nondum sibi competenti, ff. de acquir. hær. is qui. ff. de leg. 2. si ita sub conditione. extra, de re iudic. abbas sanè. lib. 6. de eccles. ædi. ad audientiam. 2. in fin. Dic contra, quia iam erat ius quæsitum, cùm iam essent feriæ ordinatæ à lege. quod intellige de his, quibus renunciari potest: & ideo sæpe in instrumentis cõtractuum apponitur clausula illa, & ferijs renũciamus, C. de pac.
b l. j & ff. eod. l. pactum. extr. eod. cap. vlti. [b] †¶ Quid si renun-
2 ciatum est ferijs rusticis, nunquid tunc poterunt testes cogi? Respondeo, non puto, arg. ff. de pact. si vnus. §. & in summa, versi.
c ante omnia. [c] Quid si iudex me citat, vt ad diem veniam feriatam? De hoc dic, vt s. de citat. §. j. vers. item quod citatio. & in
3 Summa domini mei de fer. §. & an ferijs. † ¶ Sed quid si iudex pro tribunali sedens scienter assignat diem feriatam ferijs rustici s partib. præsentibus, & feriatam esse non ignorantibus, nunquid videntur partes renunciasse exceptioni feriarum? Dic, q sic: ex quo scientes, & non contradicentes talem terminum receperunt: arg extr. de re iud. quod ad consultationem. 7. q. j. quã
d periculosum [d] est. Arg. contra in reo: quia eius est fugere. 4. q. 4. c. 1. vnde fugitiuus appellatur, C. de iud properandũ. §. & si quidem. Non videtur ergo sibi imputandum, si facit id, à quo denominatur, xvj. q. 1. si cupis. Tutius autem est, q expresse renun
e cietur [e]. ¶ Sed quid si factum est, quod arbiter, vel iudex possit pronunciare die feriato? de hoc in præd. versi. in forma autem & sequen.

ADDITIONES.

a Renunciari. ¶ Secundum Tan. vbi s. ver. in omnibus. in fin. & idem Hosti. in Summa eod. tit. §. fi. in prin. ¶ Adde, quòd feriæ repentinę æquiparantur ferijs inductis in honorem Dei, glo. in ele. sæpe. de verb. sig. & Bald. in
Lin tempus. ff. de hæred. instit.
b c. vlt. ¶ Per quod ca. in fi. quæstio ista videtur dubia. Sed die, quòd illa dec. bene permittit procedi in talibus ferijs: vnde nullus negat, quin dum litigatur, renunciari possit: quia iuri futuro non renunciatur, vt s. & per l. si conuenerit. ff. de iu. omn. iu. propter quæ Iac. de Are. habuit quæstionem pro dubia, vt ponit Cy. eo. l. j. sed placet soli Gui. & placet Vber. de Bobio char. 2. in fi. vbi tractat obiectus contra sententiam ordinarij. Ad contrarium respondeo, aliud in pacto, quàm in repudiatione, vt not. in præ. l. j. C. de pac. & scripsi de testa. Raynutius. super 3. gl. Ad l. si conuenerit. dic, quod istud est pactum non declinandi, vt scripsi extra, de iud. c. j. super glos. sed nonne.
¶ Adde, quibus ferijs renunciari possit Bald. cons. 323. j. lib. Et an cùm in compromisso renunciatum est feriis illud tempus dicatur vtile, vel continuum per eundem cons. 423. 2. lib. & cons. 498. 4. li.
c Omnia. ¶ Et idem not. C. eod. tit. l. omnes. in fi. vlt. glos.
d Periculosum. ¶ Facit j. ti. 2. §. dicto. ver. quid de exceptione feriarum, sacit. quod not. ff. eod. l. j. §. j. in glos. hoc no. in fi.
e Renuneietur. ¶ Alias tene contrarium, non per rationem prędictam, sed per no. in cle. de verb. sig. sæpe. in gl. antepen. & supra. de cita. §. 1. versicu. quid si reus. cum sua remis.

ADDITIONES NOVAE.

* An vniuersitas habeat beneficium feriarum. Inno. in c. significauerunt. de iudi. dicit quòd non.
* Nota quòd idem est dicere quòd non reddatur ius, & quòd sint feriæ. Iac. Butri. in l. omnes. C. de ferijs. & Bal. ibid.
* An dies sabbathi possit constitui per statutum vt sit dies feriata in honorem Dei. not. in consilijs domi. Bal.
* Curia Romana seruat ferias suas, non ferias litigantium: etiam quilibet iudex debet seruare ferias fori sui. Inno. in ca. conquestus. ext. de ferijs. Bal. in reperto. quod fecit super Inno. idem in l. præsides. de ferijs.
* Statuto cauetur q in vigilijs virginis Mariæ non reddatur ius: modò accidit q festum eius venit in die lunæ, quando intelligetur vigilia, vel die sabbathi, vel die dominico. & videtur q die dominico, per ea quæ notan. in c. 2. de ferijs in glo. dies. & 70. dist. quod die, vbi dies habet initium cum vespere precedentis diei. quantum enim ad officium incipit die precedenti festum, 75. dist. à patribus. sed quantum ad ieiunium vigilia debet seruari in sabbatho, extra, de obser. ieiu. c. 1.
* Sed nunquid die feriata in honorem Dei possit iudex super aliquo actu in quo requiritur decretum iudicis interponere ipsum decretum: de hoc per Cynum in l. omnes. C. de ferijs, not. in l. fi. de prædi. mino. & Azo in summa, de ferijs.
* An die feriata in honorem Dei possit dari tutor pupillo Bart. in l. neque mandante. ff. de tuto. & cu. da. ab his.
* Nota quòd si feriæ non sunt allegatæ in vno actu iudicij, possunt in alio actu allegari, nec ex hoc videtur renunciatum ferijs. Bar. in l. 1. §. sed excipiuntur. de ferijs.
* Nota quòd si tempore feriarum quibus non erat renunciatum, est lata sententia, tamen post sententiam ratificatur, an ratificatio idem operetur quod renunciatio à principio? Bald. in l. si feriatis. ff. de fer. dixit quòd nõ.
* An die feriata possit fieri relatio nunci absentibus partib. in dicta l. si feriatis. de ferijs.
* An libellus possit dari die feriata, not. in l. miles. §. sexaginta. de adulter. & in constitut. ad reprimend. per Barto. in Specu. de libel. concept. §. nunc videndum.
* Aliquis die feriata vocatus ad iudicium confitetur se debere pecuniã ab eo petitam, & iudex eum condemnat. an sentẽtia valeat? dic q valet cõfessio, quia pacto æquiparatur, l. de ætate. §. qui interrogatus. de interrogationi. actus enim, pacta, & transactiones talibus diebus fieri possunt, l. fin. & l. omnes. de fer.
* Nota q die feriata in honorem dei non potest homo capi, nisi sit debitor fugitiuus, vt l. si. de ferijs. & c. fin. de iudi. & in hoc dicit Bal. quod quolibet die etiam solenni commissio & captio iudicialis fieri possunt, vbi timetur de recessu personæ, nam ne fugam instruamus, discessum expectare nõ debemus eius qui nõ est reuersurus, l. si legationis. de iud. nam p p periculum fugæ vr ordinate fieri quod sine ordine fit, vt no. in l. extat. ff. quod me. cau. & l. ait prætor. §. si debitorem. quæ in fraudem credito. & no. insti. de actio. in principio per Dynum. & sufficit suspicio. probat in l. plures. C. de pign. actio. & hoc et potest fieri non præmissa citatione. no. Iac. Butriga. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. nam suspecto non dantur inducię, nec habet ferias nec alias inducias legales. no. in l. fi. C. de feriis. Bal. in l. eadem. & l. si feriatis. ff. de ferijs. dicit q licentia de capiendo vel de exequendo debet dari die iuridica, sed tamen executio potest fieri die feriata non in honorem dei introducta.
* An ferijs repentinis possit renuntiari. Bal. in l. j. de fer. quod non. idẽ Ioã. de Lignia. in clem. sæpe. de uerb. signi. Bald. in l. si ut proponis. quomodo. & quan. iudex.

¶ Bald. de Ferijs.

Nulla lex potest curiam Principis coarctare ad ferias, §. primo. versicul. est autem. G. ¶ Testis non potest iurare die feriata, sed deponere sic. §. sequitur. uersicul. quid si testis. & seq. & ideo si terminus datus est ad faciendum deponere testes iuratos, feriæ non excipiuntur, quia non sunt Bal. vide Inn. de of. deleg. consuluit. ¶ An feriis repentinis possit renunciari sentit, q non, §. nũc videamus. vide in cle. sæpe. de ver. sig. ¶ An tenuta possit dari die feriato, uide s. de primo & secundo decreto, §. tenuta. ¶ Quod die feriata põt offerri libellus, quomodo intelligat, uide s. de citat. §. die feriata. uide oino Bal. in l. bonorũ. C. qui admi. ad bon. pos. in uer. opi. ¶ An executio possit fieri die feriata, & quotuplices sunt feriæ, uide ibi dem §. citatio est de processu. ¶ Vbi allegatur spoliatio, uel rixa, agitur die feriata. uide j. de pet. & pos. §. 2. ¶ Tempore feriarum, etiam inductarum ob reuerentiam Dei potest fieri instrumentum super aliquo contractu per tabellionem. Item potest fieri actus uoluntarię iurisdictionis ut cõtractus emancipationis: & testamenta similiter fieri possunt. ut in §. sequitur. uer. quid si in ferijs. ¶ Tempore feriarum non debet fieri interpositio decreti super alienatione rei minoris; uide in uer. fi. G. ¶ An die feriato possit quis pro delicto capi. j. de sen. §. sed an captura. ¶ An teneat sniа lata tpe feriato? & quod non sunt feriæ, nisi ex primatur dies a iudice, uel a statuto, licet messes, uel vuę sint in agris. j. de senten. §. non ualet sentẽtia lata tempore feriarum.

a ¶ De recusatione. [a] Rubrica.

IN præcedẽtib. Titulis de ꝓpartitione tractauimus: & quia comparentes ope exceptionum se defendere consueuerunt, ut ff. de excep. l. 2. id eo consequens est, ut de Exceptionibus aliqua doceamus: & quia inter eas Iudicis recusatio primo proponẽda est, ut patet extra de prob. quoniam ꝑ. & j. tit. prox. §. viso. uer. porro.

ADILATIO

a Auctorem imitemur, qui in hac non iustat, &c.

porro ideo de eo primo discutiamus: hic tamen nō ꝓsequimur, quia hunc articulum inuenies expeditum ſ. de Recuſationibus.

a ¶ De Exceptionibus, & Replicalionibus[2]. Rubrica.

QVoniam ſæpe reis ad iudicium venient ibus ope exceptionum, actoribus vero ope replicationū ſubuenit, ideo vtile eſt vt de his aliqua pertractemus Et primo dicamus de exceptionibus: ad cuius rei notitiam videndum eſt, quæ ſit exceptionum diuiſio: qñ opponant dilatoriæ: & quando peremptoriæ: & qualiter, & à quibus, & quo ordine opponant, & qualiter ſuper eis pronuncietur: vltimo vero de replicationibus adnectemus.

ADDITIO.

a Pileus non formauit de hoc gñalem rubricam: materiā tñ hanc proſequitur ſub rub. de lit. conteſt. ¶ Bagarotus ét non formauit ſimilem rub. ſed in toto opere ſuo, vt dixit in ipſius operis principio, proſequit exceptiones, quæ repellunt accuſatorem, actorem procuratorē, &c. & vide ſ. de actore. ¶ De Vberto de Bonacur. dico idem, vt narrat in ſui operis principio & patet in proſecutione ſpecialius tñ ad propoſitum ponit rub. de excep. dilatoriis, & aliam de peremptoriis. ¶ De Nepo. de Mon. alb. dico idem, vt dixi ſup procemio. Idem, licet non ſic aperte, dico de Roſ. in nouē rubricis ſui operis, quæ ſequuntur primā. ¶ Opus ét Vber. de Bob. totū plenū exceptionū & replicationum ad diuerſas materias: & maxime, vbi tractat de excep. ꝓ eum, qui agit nomine proprio, mihi charta 11. ¶ Et ſic Io. de Deo in cauillationibus, maxime lib. 3. quaſi per totum lib. ét Iudicū parte 2. poſt prin. ponit plures rubricas de his. ¶ Tan. ad literā poſuit. rub. ſui operis parte 2. poſt rub. de ptumacibus. ¶ Bonagui. operis ſui chart. pen. poſuit rub. de excepcio. replic. & triplic. & quadriplic. & tractat ét materiā in tribus rub. ſeq. ¶ Aegi. in rub. 16. & tribus ſeq. de cæteris exceptionibus tractant in diuerſis demum rub. proſequēdis tractat de aliis. ¶ Alb. Gal. poſuit rub. de exce. tm. ¶ Gui. de Suz. de his inſtruit rub. de oſt. aduoc. rei.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones peremptoriæ vocantur, quæ actionem perimunt, ſeu verius elidunt.*
2 *Exceptio peremptoria competit, de eo, quod dicitur fieri, vel factum eſſe contra legem vel ſenatusconſul.*
3 *Exceptio illa peremptoria dicitur, quæ ſemper obſtat agenti, etiam ſi ceſſauit agere per mille annos.*
4 *Defenſiones illæ proprie dicuntur, quæ ipſo iure tollunt & perimunt omnem actionem.*
5 *Dilatoria exceptio quæ ſit, & quomodo diuidatur.*
Legatus non tenetur reſpondere ſub iudice prouinciæ, ad quem mittitur.
6 *Exceptio declinatoria iudicij, ratione reſcripti quomodo intelligatur.*
7 *Exceptiones anomalæ quæ dicantur.*
8 *Exceptio dubia, ſiue miſta, quæ ſit.*
Exceptio eſt actionis excluſio.
9 *Agere non dicitur quis ante litis conteſtationem, ſed agere velle.*

1 §. Exceptionum igitur aliæ ſunt peremptoriæ aliæ dilatoriæ, aliæ anomalæ, aliæ miſtæ. Peremptoriæ ſi aliæ dicunt ſimpliciter peremptoriæ exceptiones, aliæ vero vocant defenſiones, vt ex, de lit.
a cōteſt exceptionis[a]. †¶ Exceptiones peremptorię vocant, quæ
1 actionē perimunt, ſeu verius elidunt: ut Inſtit. eod. §. appellant, verſi perpetuæ. ff. eod. l. 3. de quo dicam ĵ. §. viſo. ut eſt videre in pacto de non petendo in perpetuum, & in iureiurando, quæ ipſo iure tollunt naturalem obligationem: ciuilem autem non tollunt ipſo iure, ſed eam ope exceptionis elidūt, ff. de ſol. Stichū. § naturalis. Inſtit. de excep. §. præterea. j. C. de pact creditori. & l. ſeq. vbi de hoc, ff. eo. ſi vnus. § pactus ne peteret. ff. de iureiur l. fi. ext. de pact. c. fi ext. de iureiur. debitores & ĵ. § dicto. ver. ſed po
ne. Hic ergo dicunt exceptiones peremptoriæ, ut ĵ. §. viſo. verſi.
b item nota, ꝙ. Et congruentius[b] exceptiones eliſoriæ vocant, quia actiones non perimunt, ſed elidunt, ff. de excep. l 2. Itē ét ex ceptiones peremptoriæ dicunt, ut exceptio doli mali, & Quod metus cauſa: vel ſi ꝓmiſſum eſt ꝑ errorem, Inſtit. de excep. §. j. item exceptio nō numeratæ pecuniæ, vel dotis, Inſtit. eod. §. 2. ex de fide inſt. ſi cautio. ſed hæ duæ non ſunt perpetuæ. item rei iudicatę, ff. de re iudic. poſt rem ext. eo. ſicut nobis. & in præd. dec. exceptionis. præmiſſa, ꝓbant ff. de excep. exceptiones. §. rei. Itē exceptio Vellei & Macedo. & in factum: & gñaliter præſcriptio
1 nes, & vſucapiones, ff. de Publi. l. pe & fi. & gñaliter† de omni eo cōpetit exceptio peremptoria, quod dr̄ fieri, vel factum eſſe ĵ
3 legē, vel ĵ ſenatuſconſultum, ff. de excep. l. 3. reſpon. j. †¶ Eſt aūt[c]
c peremptoria exceptio, quę ſemper obſtat agenti, ét ſi ceſſauit agere ꝓ mille annos: quia nō erat in poteſtate rei qñ conueniret. Et dr̄ perpetua, licet actio, quæ ꝑ eam elidit, ſit tēporalis: quia q̄
d annua ſunt ad agendū, perpetua ſunt ad excipiendū: quæ dic, ut ĵ. §. viſo. ver. item nota, ꝙ fere[d]. & dr̄ peremptoria, à perimendo: ſicut peremptorium dr̄: quia cauſam, ex qua agit, perimit, vt ſ. de citat. §. viſo. in prin. & nor. ꝙ exceptio peremptoria ante litem conteſtatam oppoſita, propriè eſt intentionis excluſio: poſt litem conteſtatam oppoſita, eſt actionis excluſio. vt no. ĵ. de lit.
4 conteſt §. j. verſi. ſed nunquid ꝓ except. †¶ Defenſiones aūt dicunt ꝓpriè, quæ ipſo iure tollunt & perimunt oēm actionē, vt eſt ſolutio & acceptilacio. nā ſolutione eius qđ debet, & acceptilatione tollit omnis obligatio, Inſtit. quib. mod. tol oblig §. item & ꝓ acceptilationem, & de reg. iur. ſolutionis verbo. Item ét renūciatio poteſt defenſio dici: qa ipſo iure tollit ius alterius, ex, de renunciatio. ſup hoc. 7. q 1. quam ſit periculoſum. ex de elect. cum inter R. ff. de ædil. edict. quærit. §. ſi venditori. Hæ enim & ſimiles dicunt ꝓprie defenſiones, & non exceptiones: quia licet defendant reum, & ꝓ conſequens repellant agentem, non tñ excludunt actionē, cum nulla ſit ibi actio: ſed exceptio excludit actionē, vt dixi. Largo tñ modo poſſunt dici exceptiones, eo ꝙ
e repellunt, ſeu excludunt agentis intentionem, ſm Ber.[e] arg. ff. de cond. indeb. eleganter. §. ſi quis. & ĵ. verſi. fina. ſicut vides, ꝙ electi, vel confirmati eſt intentio, ꝙ confirmet: & tñ ꝑ exceptionē à ſua intentione excludit. & hæc exceptio eſt quaſi accuſatio. q̄ dic, ſm Papam, ꝓut not. ext. de elect. cum dilecti. & c. dudum. 2. & de dolo & contu. cum dilecti. & de accuſ. ſi ꝓ his. ¶ Dilatoriæ vero ſunt, quæ cauſam differunt, Inſti. eod. §. appellant. 3. q. 6 §.
5 except. † ¶ Dilatoriarum autem alia eſt dilatoria ſolutionis, de qua dicam ĵ. §. prox. in prin. alia declinatoria iudicij. & hæc mul-
f tiplex eſt[f] Nam alia competit rōne iudicis, de qua dic exēpla, ut ſ. de iud. deleg. §. pe. & fin. Alia ratione actoris, de qua dic exempla, ut ſ. de actore. Alia ratione rei, put a quia eſt legatus, vnde non tenet reſpondere ſub iudice ꝓuinciæ, ad quem mittit. ff. de iud. l. 2. quod ét aliter exemplifica, ut ſ. in tit. de reo. alia ratione ꝓcuratoris: quod dic, ut ſ. de proc. §. 1. 2. & 3. Alia ratione reſcripti: de qua dic exēpla, ut ſ. dē præſcript. & recep & impug. reſcrip.
6 † quod intellige, cum impetratū eſt ſup obligatione antiquæ: ſecus ſi ex eo orit actio: quia tunc vr exceptio ĵ illud competens peremptoria: qđ dic, ut in Sum. do. mei eo. tit. §. 2. Alia ratione loci, ut quia nō eſt tutus, vel quia alio loco ſoluere tenet. ext. de plus petit c. vnico. Alia rōne tēporis, ut quia quis citat die feria to: quæ exemplifica, vt ſ. de citat. vel quia alio tēpore ſoluere tenet, ut ext. de plus petit. c. vnico. Alia rōne cauſę, ut quia ſup plu
ribus perſonalibus actionibus conuenit quis coram diuerſis iu-
g dicibus, ext. de reſcrip. diſpendias[g]. vel qa ſub ꝑditione obligatus eſt, ext. de cōd. appoſ. ꝑ totū, ext de plus petit. c. vnico, C. de rei vx. act. l. vnica. Alia ratione libelli, quod exemplifica, vt ĵ. de libel. concep. Alia ratione fori, ut ſ. de comp. iud. adit. ad fi. & ſic
7 br̄ de omnibus, ꝓ quas iudiciū declinat ad tempus. †¶ Anomalæ vero ſunt, quę nō ſequunt normam aliarum, quia poſſunt ante litis conteſtationem, & poſt ꝓponi, ſcilicet de quibus dubitat an ſint perpetuæ vel temporales, ut exceptio excōicationis, de qua dicet. ĵ. §. prox. ver. porro. & ſeq. & non numeratę pecunię, vel non numeratæ dotis. nam iſtæ duæ peremptorię ſunt, & temporales, ĵ. §. 2. ver. quid de exceptione non numeratæ pecuniæ. & aliæ, de quibus dubitat, an ſint tēporales, vel perpetuæ vt exceptio, quæ dat ratione futuri facti, ſeu temporis, vel accidentiæ, & exceptio, quam maritus habet, ne cōdemnet vltra quā poſſit, vt C. de rei vx. act. l. vnica §. cum aūt in exactione. de hoc no.
h Inſt. de excep. § ꝓpetuę. Sūt & alię diuiſiōes exceptionū[h], q̄ omnia pro-

ADDITIONES.

a Exceptionis. ¶ Lib. 6.
b Congruentius. ¶ verba Vber. de Bonacu. poſt ĵ. prox. illud enim poſuit. 1. & 2.
c Eſt autem. ¶ Verba ſunt Vber. de Bo. tit. de peremptoriis excep. in prin.
d Quod fere. ¶ An vero redhibitoria ſit perpetua, per eius exceptionem opoſitam venditori petenti pretium, dicam ĵ. de emp. & ven. §. nunc videndum. poſt prin.
e Secundum Ber. ¶ Cuius verba vide in d. dec. exceptionis. in 3. glo.
f Eſt. ¶ Primas v. poſuit Tanc. vbi ſ. in princ. Adde ad id, quod ĵ. dicitur de reeſcript. ex quo orit actio, & c. quod vbi exceptio perimit literas & gratiam dicitur exceptio peremptoria: glo. in verbo, obtētum. & ibi ſcribentes, in c. j de lit. conteſt. lib. 6.
g Diſpendia. ¶ Lib. 6.
h Exceptionū. ¶ Tres enim alias poſuit Bonagui. rubr. quot mod. excep. ſumat, quas aliqualiter declarabo. dixit. n. ꝙ ſecunda diuiſio erat, ꝙ exceptionū alia ꝓpetua, alia tēporalis: & de hac ſ. tactum eſt per qđ patet. ꝙ addere poterat & aliam, de qua dubitat. Tertia diuiſio, ꝙ quędā ſunt perſonales, & quędā reales: perſonalis, q̄ perſonis inhęret: qđ intellige dupliciter, ſ. de perſona per q̄, & de perſona ꝫ q̄. De primo delegato, de clerico, de excepto, & abundant exēpla ſ. de reo. De ſecō, excōicatio, vel ſuſpicio iudicis, excōicatio actoris abundant exēpla ſ. de act. Reales ét ſume dupliciter, ſ. qa concernūt rē qualibēt, de qua formāt: puta locū non tutū, vel rēmotū, vel inhonestū, reſcriptū vitioſum, libellū ineptē formatū, & ſimilia: alię reales, quæ ꝓcernunt rē ipſam de qua principaliter agit: petis bñficium: dico illud ſublatū de eccleſia. de pſt. cū acceſſiſſent, vel ex eius qualitate tibi nō deberi, cū ſit dignitas, vel curatū, & his ſimile. Quarta diuiſio. ꝙ aliæ fauorabiles, aliæ odioſæ, aliæ inductæ ad iuris rigorē ꝓſeruandū, aliæ ꝓp naturalē æquitatē inductæ. Exēpla de primis Velleiano, dote, & feriarū, & ſimil. De ſecūdis, Macedoniani, & criminū, vt in §. dicto. ver. ſed pone: datus. De tertio, res iudicata. De quarto, nō nu. pec. qđ met. cauſa, erroris, ignorantiæ, & ſimiliū: de quibus omnibus infra dicetur.

nia ꝓsequere,vt in Sum.dñi mei eod.tit.§. 2.& tangam de his & aliis ĩ.§.2.ver.quid si ꝓcur. minoris.& seq.& ĩ. de ꝓcu.& renun.
8 ver.sunt preterea.†¶ Est quoque & alia exceptio,quæ dubia,siue mixta appellat:vt si peto à te decẽ,quę mihi ꝓmisisti:& tu respondes te non teneri, quia sub conditione ꝓmisisti, scilicet si Titius ascenderit Capitolium.dubium quidẽ est,an sit dilatoria, uel peremptoria: quia si nunquam ascendat, perꝓmptoria est:si ascendat,dilatoria:in dubio tñ peremptoria iudicat,& ideo ante litem contestatam ꝓponenda non est, ff.de condi ind.sufficit a-
a lias est §.Sed Vber.de Bonacur.consuluit[a], ꝙ ante litis contestationẽ ꝓponat:& vide ĩ.§.dicto.versi.quid de excep.beneficij.&
b seq.¶ Est ẽt exceptio intentionis,vt s. ver.defensiones.Et nota[a], ꝙ cum exceptio sit actionis exclusio,vt s. eo.& ĩ.dicẽ,dilatorię quæ ante litis contestationem habent opponi, non vident pro-
9 prie dici posse exceptiones:†quia ante litem contestatam non dr quis agere,sed agere velle,ff.rẽ ra.hab.amplius.Largè tamen potest dici exceptio,id est actionis exclusio, eo quod actionem tẽporaliter differat:de hoc ĩ.§.proxi.ver.hoc quoque,&c.

ADDITIONES.

a Consuluit. ¶ tit.de peremptoriis exceptionib.ante fi.
b Et not. ¶ Secundum Bonagui.ti.quot modis sumatur exceptio.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio dilatoria quæ est declinatoria iudicij, surgere, dicitur ex multis causis.*
2 *Renuncians omnibus exceptionibus, an intelligatur renunciare eis,quas sibi competere ignorat.*
3 *Index an possit cogere excipientem iurare,quod exceptionem non proponat malitiose.*
Dilatoriam omittens exceptionem, an post litis contestationem possit ad eam redire.
4 *Iurare volens, quod exceptio dilatoria post litem contestatam ad eius notitiam peruenit,quę tamen non est de nouo exorta, sed ab initio competebat,an sit audiendus.*
5 *Dilatoriæ exceptiones omissę an post sententiam possint opponi, & quibus casibus.*
6 *Exceptiones dilatorias,& peremptorias,an sufficiat in genere protestari.*
7 *Aduocatus actoris quomodo sibi præcauere debeat, quo ad exceptiones pronunciandas.*
8 *Exceptio excommunicationis quando possit anomala dici.*
9 *Index potest ex officio excommunicatum á iudicio repellere, etiam parte non excipiente.*
10 *Iudex excommunicatum non repellente,an possit reus appellare.*
Iudex secularis an possit exceptionem excommunicationis coram eo propositam admittere.
Excommunicatus non potest conuenire,sed conueniri.
11 *Exceptio excommunicationis quo casu dici possit peremptoria.*
12 *Exceptiones contra iudicem competentes debent ante litis contestationem proponi.*
13 *Excommunicato cuilibet est actio deneganda.*
14 *Reus quare excommunicato communicare prohibetur, & non econtra.*
15 *Reus sciens iudicem depositum,uel excommunicatum,& scienter hoc tacens,an post litem contestatam possit eum repellere.*
16 *Exceptio excommunicationis post quem terminum possit contra partem proponi.*
17 *Reus scienter omittens proponere exceptionem excommunicationis in termino assignato ad probandas dilatorias,an possit,aut debeat in expensis condemnari.*
Exceptionem excommunicationis scienter non opponens,præsumitur malitiose subticuisse.
18 *Exceptione probata,si ex aduerso probetur absolutio,an excipiens sit cõdemnandus.*
19 *Ignorantia probabilis est in facto alieno.*
Semel excommunicatus,semper præsumitur excommunicatus.
20 *Exceptione contra iudicem opposita, quis de hoc habebit cognoscere.*
21 *Exceptionis articulo finito, qui est principalis ,an articulus condemnationis finiatur.*
Exceptio excommunicationis an per replicam alterius excommunicationis tollatur.
22 *Exceptione excommunicationis facta,deinde replicatione de alia excommunicatione,an prius de exceptione,aut de replicatione fiet mentio.*
23 *Exceptiones affirmatiue proponentibus,incumbit onus probandi.*
24 *Reus habens exceptiones probare si deficiat,an in expensis sit semper cõdemnandus.*
25 *Exceptio dilatoria ĩ quo differat á peremptoria:& an possint iter se ꝓponi.*
26 *Iudice seruo,uel fœmina,uel infame existente, quando sint hæ exceptiones opponendæ.*
27 *Exceptiones de infamia,uel crimine iudicis, uel principis, an possint cõtra rescriptum proponi.*
28 *Priuilegium si quis alleget,quod non tenetur coram tali iudice respondere,prius de tali priuilegio respondere tenetur.*
29 *Exceptio dilatoria non debet a iudice recipi,priusquam reus libellum receperit.*
30 *Aduocatus dilatoriam exceptionem post litem contestatam proponens, quæ pœna sit puniendus.*
31 *Cautela ad firmandum iudicium cum procuratore, uel tutore, uel curatore,uel syndico,uel huiusmodi personis.*
32 *Superior,ad quem appellatur pp exceptiones non admissas,qualiter formabit literas commissionis, quando causam appellationis committa.*
33 *Exceptiones dilatoria proposita,potest aduersarius petere sibi cautionem præstari de expensis soluendis, uel aliqua certa pœna, si proponens defecerit in soluendo.*

¶Exceptiones dilatoriæ quando opponi possint

2.§.Nunc videndum restat,quando dilatoriæ exceptiones ꝓponant. Dilatoriarum igit alia est dilatoria solutionis,alia declinatoria iudicij.Dilatoria solutionis dẽt quis ante litis contestationẽ ꝓponere,seu ꝓtestari: sed nõ tenet eam ꝓbare,nisi post litẽ contestatam,factoris intentionẽ fundata,C.de prob.exceptionẽ. C.de excep.si quidẽ.talis est illa,ff.de
a re iud.sũt,ꝙ in id.Tñ añ publicatas attestationes[a],in aut de testi.
b §.quia vero.& hoc intelligeb[b],siue exceptio sit ex pacto, vt quia fecisti mihi pactum de non petendo vsq; ad certum tẽpus,vt ff. de excep.l.3.§ j.siue etiam sit ex lege,puta quia condẽnatus sum in personali,vnde nõ teneor iudicatũ soluere,nisi vsq; ad quatuor menses,ext.de off.deleg.quærenti de re iud.quod ad cõsultationem.ff.de re iud.l.2.Itẽ talis est illa,ꝙ maritus non tenet reddere dotẽ vxori, vel eius hæredi, añ annum à die soluti mãtrimonij,vt C.de rei vx.ac.l.vnic §.exactio.& §.seq.Talis ergo exceptio nõ impedit litis ꝓtestationẽ,quia tãgit principale negotium:sicut nec peremptoria,ext.de lit.conte.exceptionis.li 6.Est ergo dilatoria solutionis,quæ solutionẽ differt,vt iam dixi.Vnde si petis ante calendas,ꝙ in calendis tibi debeo,excipiam ꝺ te, prius quam cedat & veniat dies,nõ potes agere & hęc exceptio solutionẽ differt, & vocat dilatoria solutionis. ff.de ver.sig.cedere diem.ff.de verb.obl.eum qui cal.ex, de plus petit. c.vnico.
1 †¶¶ Cæterum dilatoria, quę est declinatoria iudicij, quæ surgit ex multis causis, vt dictum est supra §.prox.versi.dilatoriæ ante litis contestationẽ opponenda est & ꝓbanda.& litis contestationem impedit,C.de ꝓcu.l.ita demũ.C qui acc non pos.non ignorat.& inter eas recusatio iudicis ꝓponenda est.quod dic,vt s.de recus.§ fit autem. Idem etiam est in declinatoria fori: & hoc in sciente: quia ignorans potest eam opponere etiam post sententiam,C.eodem, præscriptionem fori C.si à non competen.iudi. l.fi.& generaliter, quælibet dilatoria litis contestationem impedit,& ante illam ꝓponenda est, extra de excep. pastoralis.C.eo. exceptionem.2.c.6.exceptio fori.C.de proc.l.ita demũ.ex de re iu.inter monasterium. duabus exceptis, quæ etiam post sententiam possunt opponi.vt ĩ § prox. ver hoc tamen.ibi, & notius vbicunq; & ꝓxima iura innuunt tales exceptiones quandoque ante litem contestatam posse ꝓponi: ideoq; malitiosi aduocati hodie ꝓponunt vnã,& cras aliam, vt sic lites ꝓtrahant,& agentes repellant.

ADDITIONES.

a Attestationes. ¶ Sic ẽt dicit Accu.in præ.l.exceptionẽ,idem Inno.in dec. pastoralis.e.ti.vt ibi scripsi in glo.magna circ.medium, cui tunc acquiesci: sed nunc declaro,& ante omnia dico,hoc dictum omnino sequẽdum in foro ciuili,vbi teneretur opinio Io.& Azo.quæ habet, publicatis attestationibus non posse in causa principali testes recipi ẽt sup nouis capitulis:sed Acc.ĩ.& has alias opiniones scripsi in dec.fraternitatis.de test.super 3 glo. Secundum ergo opinionem Accur. quam nos Canonistę sequimur, solum in causa principali distinguendum est,an dilatio solutionis sit idem articulus cum principali.& tunc procedant.quæ scripta sunt:an vero sit diuersus articulus:& tunc secus in terminis.Mutuasti mihi cẽtum, quæ anno finito repetis: ego dico terminum conuẽtũ fuisse biennij, & adhuc durare,& sic dilatoriam solutionis allego: si tu producas testes ad probandum, ꝙ conuentum fuit de anno,hic certum est,ꝙ in vtroq; foro,& sm oẽm opi.si volo probare p testes conuẽtũ tunc fuisse de biennio,ante publicatas attestationes hoc facere debeo.idẽ enim est articulus,& directè inuicem ꝺrius,vt in cle.de testib.c.2.Si autem verum est,ꝙ conuẽtum fuit tempore mutui de anno,sed dico ꝙ ante finẽ anni prorogasti, vel post annũ de nouo cõcessisti alium annũ,non video,cum iste articulus sit diuersus á primo,nec sit directè ꝺrius,cum vterq; possit esse verus,quare post publicatas attestationes non possim ita illud probare p testes,sicut pactũ de perpetuo non petendo vel solutionẽ,vel aliud tale: dico hoc in foro ecclesiastico, vel seculari,vbi seruaretur nostra opi.& de peremptoriis satis no.de testi.c.de testib.in vlt. glo. Nec video rex. qui me cogat in dilatoria solutionis tenere contrariũ: imò planè lecta.l.exceptionẽ.C.d ꝓb.& l.si qdẽ.de exc.faciũt,nec mirũ, qa dilatoria solutionis peremptoria est,quo ad libellum & eius instãtiam, auth.non obst. quæ sm uerum intellectum loquitur super eisdẽ capitulis, vel directè contrariis,ut dixi.
b Intellige. ¶ Secundum Tanc. vbi s. ver.hic de exceptionibus. ¶ Adde quod hanc addit.sequitur Abb. in c.j.de or.cog.& in c.excep.in 4.col.ext. de excep.

tes repellant: arg. extra eo. pia. resp. i. & de resti. spol. frequens. in prin. lib. 6 Veruntamẽ iudices iuris remediis tali debent malitię obuiare. ext. de testib. cũ causam. & c. significauerunt. C. de executio. rei iud. l. 3. vt videlicet[a] assignent vnum terminum perem
b ptorium[b] ad omnes dilatorias ,pponendas , vt in præd. c. pastoralis. ff. de iud. nõnunquam. arg. ff. si cer. pet. quidam. C. de ingen. man. diffamari. C. qui accus. non pos. si ea quæ. ff. de do. inter vir. & vx. l. 4 §. fin. C. de remis. pig. si eo tempore. Materia enim dandarum dilationum amputãda est, C. de dila. l. 1. in fi. Nam & tutores plures excusationes habẽtes, oẽs ,pponere debent intra quinquaginta dies, & post non audiunt, ff. de excu. tut. quinquaginta. & arg. etiam in præ. c. frequens. §. 2. & de hoc ꝛ. de dil. §. nunc videamus. in fi. Arg tamen contra: quia non videt, quod possit cõstituere mihi tempus ad futuras exceptiones , quæ nondum in
2 meam notitiam peruenerunt: arg. ff. quod cuiusq; vniuer. item eorum. §. si decuriones. † ¶ Nec renuncians omnibus exceptionibus, intelligit renunciare eis , quas sibi competere, ignorat, ff. de in off. test. mꝛ. ff. de pact. l. tres fratres. ff. de transac. cum Aquiliana. & l. qui cum tutoribus. §. fi. nec valere vꝝ generalis renunciatio exceptionum , nisi specialiter nominent, ff. si quis cautio. sed & si quis. §. quæsitum. & arg. ad hoc, ff. de excep. rei iud. si mater. §. eandem. ꝛ. de renunciat. & conclus. ver. pone. & versi. quid si quis. Ibi etiam not. quid iuris sit, si actum est , ꝙ nulla exceptio in iudicio, vel arbitrio, opponat: sed dic, quod statuere debet vt prædixi, Idem etiam fieri potest de peremptoriis: ꝙ dic , vt ꝛ. §.
c prox. ver. vtrum. Vber.[c] tamen dixit, ꝙ nulla lege cautum est, ꝙ præfigat terminus ad omnes exceptiones ,pponendas , C. de collat. illam. Vnde dicit, quod si ,ppono exceptionem, quæ probara iudicem repelleret, quandiu pendet eius probatio, probata habetur, ff. de iureiuran. nam & postea. in princ. ergo non sum interim grauandus alia ,pbatione: alioquin superflua esset, ff. vt leg. nom. caue. hæc stipulatio. in fin. & dicit, quod decr. pastoralis. continet iniquitatem in eo, quod dicit, post terminum admittendum si velit iurare ad eius notitiam peruenisse , ꝛ. §. prox. versic. sed pone. quia homines prompti sunt ad deierandum, vt ext de iureiuran. & si Christus. & de cohabit. clerico. & mulie. clericos. Dicit ergo
d quod illa in foro seculari non seruabitur[d], C. de legat. l. j. in auth. quomodo opor. clericos. in prine. & quod diuersis temporibus exceptiones ,pponentur. Sed tu tene, quod prius dixi. An autem terminus simpliciter assignatus ad omnes dilatorias , proponendas, peremptorius intelligatur, dixi ꝛ. de dilat. prope prin. ver. ex-
3 ceptoriæ. † ¶ Potest etiam iudex excipientem cogere , vt iuret, ꝙ exceptionem non proponit malitiosè, id est, gratia litis differendæ, vel causa aduersarium fatigandi: sed quia ita credit verũ esse, prout excipiendo proponit , ext. de elect. cum dilecti. ext. de dolo & cont. cum dilecti. C. de iur. cal. l. j. Prædicto autem termino elapso, non audietur, si quam proponere voluerit. nisi illam fuerit protestatus, vel nisi de nouo exorta fuerit, vel nisi de nouo ad ieus peruenerit notitiam. quibus casib. audietur, si nihil est, quod ei valeat imputari, quod suo ,pbari poterit iuramento. ut in prædict. dec. pasturalis. & ext. qui mat. accus. pos. c. fi. de off. deleg. insinuante. ext. de test. præsentium. & in constit. Greg. X. de elect. ut circa. lib. 6. § j. Debet antẽ quis exceptionẽ ipsam protestari expresse nominando eam, ꝛ. ver. sed illud. quæ ẽt scribi debet. ext. de prob. quoniam ꝛ. Sed nec omittens dilatoriam, post litis contestationem potest ad eam redire, ut in præd. c. pastoralis. & C. de excep. l. fi. licet si de nouo post litem contestatam exorta fuerit, bene poterit ,pponi: ext. de of. del. insinuante. & c. cũ olim. quia nihil est, quod sibi tunc valeat imputari, ff. de proc. Pomponius. in fi. C. de ꝓsor. eius. d. lit l. 2. ff. de arbi. non distinguemus. §. cum quidam. ff. de inter. act. de ætate. §. ex cã. & in præ. cõst. vt circa. † Sed
4 quid si velit iurare ꝙ post litẽ ꝓtestatam ad eius notitiã puenit, ꝙ tñ nõ est de nouo exorta, sed ab initio ꝓpetebat , nũquid audiet?
e Dicunt quidam, ꝙ sic Ber. ꝛ. qđ dic, vt no. in præd. c. pastoralis[e]. Sed nunquid idem erit in peremptorijs? de hoc dic, vt ꝛ. §. prox.
f versi. sed pone. Prædicta aũt locum habent [f] in exceptione facti, non iuris: quia nemini licet ius ignorare, nisi certis personis, ff. de iur. & fact. igno. regula. 37. dist. §. fi. ¶ Quid iuris sit, si is, cui præfixus est terminus ad ,pponendum dilatorias , non venit in termi-
5 no, sed post? Dic, vt ꝛ. de dila. § j. ver. exceptoriæ. † ¶ Sed nunquid dilatoriæ omisse poterunt post sententiam opponi in casibus, in quibus & peremptoriæ tunc admittunt, si sunt ꝛ. §. prox. versic. hoc tamen fallit? Dixit Lotha. ꝙ non: quia maius periculum est in peremptoriis, quam in eis , ff. de Carb. l. j. §. 3. 4. 2. dist. quiescamus. 7. q. 2. c. 2. Dominus Simon dixit, ꝙ si hoc cõcedit in peremptoriis, multo fortius & in dilatoriis , quod minus est , ff. de ser. expor. cui. ext. de deci. ex parte. vbi de hoc, ꝛ. de appella. §. restat. ver. & not. Vel dic, secundum Vbert. ꝙ si habebat vsque ad quinque annos, tunc intra illud tempus põt eas opponere, sicut alias
6 sententia suspendit. ff. ad l. Aqui. in lege. C. de euic. l. j. † ¶ Sed illud quæritur , an sufficiat in genere ,ptestari omnes exceptiones dilatorias & peremptorias , vt ꝛ. de compar. in ter. ver sicul. hoc etiam not. & videt ꝙ sic, vt C. de probat', exceptionem. Sed dic ꝛ. imò expresse debent declarari sic , oppono , ꝙ non es ,pcurator, vel ꝙ fecisti pactũ de nõ petẽdo, & similes , arg. ff. si quis cautsed & si. §. quæsitum. & videt casus l. C. de præscrip. long. temp. emptor. vbi dicit, exceptionem præscriptionis. & sic specificat. extra. de testib. ad hæc. alias incipit præsentium. §. fi. lib. 6. de hoc
g extra, de excep. pastoralis[g]. De hoc, & qualiter debet quis nomi-
7 natim ,ptestari exceptiones , no. ꝛ. §. viso. ver. sed qualiter. † ¶ Et
h nota, secundum Vber.[h] ꝙ actoris aduocatus sapienter agit, si iudex sit ei ,ppitius , quod su p exceptionibus eum verbo pronunciare non faciat, ne det reo occasio appellandi, sed solum re & facto eas non admittat , ff. de minor. intra vtile. ff. qui satisd. cog si ab arbitro. Sed certe, salua eius reuerentia, & à facto, seu ,pcessu habito. neglectis exceptionibus, appellari possit , vt ext. de appel.
i ex parte. 2 ,ppe fin.[i] & ext. de re iud. suborta. ,ppe fin. † ¶ Porro
8 exceptio excommunicationis potest, quo ad hoc, anomala dici: quia quamuis dilatoria sit, potest tamen in omni parte litis & an
K te contestationem, & post sententiam opponi: [k] quia contra iudicem ,pbata facit retro iudicium nullum, ext. de re iud. ad ,pbandum. & not. ꝛ. de actore, in princ. ver. item quod est excommunicatus. & seq. secus si contra partem , vt iam dicam. & qui eam ,pponit, debet speciem eius. & nomen ,pferentis etiam exprimere: debet etiam intra octo dies ,pbare, die, in qua proponit minime computata: & de eadem excommunicatione, vel alia potest secundo excipi: ex tunc habebit iterum octo dies ad ,pbandum: sed non tertio, nisi noua emergat excommunicatio, vel euidens, puta testes, vel instrumenta , & noua probatio , scilicet incontinenti superuenerit de antiqua: sed & licet ea probata actori in se
quentibus excludatur, ea tamen, si prius cum eo acta sunt, tenent.
l hæc omnia habentur extra eod. cap. pia.[l] Qualiter autem formabitur hęc exceptio, & qualiter super ipsa ,pnunciabitur . no. ꝛ. §.
9 viso. uer. sed quoque. & uerſ. præfixo. † ¶ Et quando tertio in eadem instantia exceptio excõicationis ,pponitur, exigo iurm de malitia ꝓp præsumptionem, quæ est ꝛ. cum: quia toties ,ppositit, & non ,pbauit, iurat etiã , ꝙ de nouo peruenit ad eum probatio, quam tunc offert & facit ad hoc, quod no. ꝛ. de iura. cal. §. j. uersi. secundum. & in dec. Greg. X de elect. vt circa. §. j. li. 6. & iudex excommunicatum ex officio potest repellere, parte non excipiente, ut ibi in fi. & eo. tit. exceptionem. 2. q. 7. alieni. & hoc in omni
parte litis, licet etiam ab initio eum admiserit, ff. de postulã. quos
10 prohibet. † ¶ Quid si non repellit, nunquid reus ex hoc potetit appellare? de hoc ꝛ. de off. iud. §. impedit. & iunge hic, quod not. in præ. ver. item quod est excommunicatus. & seq Et nota, quod iudex secularis debet admittere exceptionem excommunicatio nis corã eo ,pposita , & ẽt exceptionẽ rei iudicatæ in foro ecclesiastico: & potest ad hoc cogi ꝓ cẽsurã ecclesiasticã, ut in consti.
m Ale. IIII. de excep. quia nõnulli[m]. Excõmunicatus ergo non põt
11 cõuenire, sed cõueniri sic: ext. de iud. intelleximus. † ¶ Quãdoq; tamen hęc

ADDITIONES.

a Videlicet. ¶ Verba Vber. de Bo. de excep. contra rescripta, ver. pen. vsque ibi, ꝛ. de renuncia.

b Peremptorius. ¶ Qui talis intelligit, ẽtsi non exprimat, vt hic in fi. remittit.

c Vber. ¶ de Bob. & hoc dixit, vbi de aduocato rei mihi charta 9.

d Seruabitur. ¶ Dicens, se hoc non dicere pro isto articulo tantum sed etiam pro similibus.

n de Bonacur.dicunt [n] hic & in precedenti exceptione tutius esse in tali dubio ante litem contestatam opponi:& ideo seruandum, extra de sponsa.nouenis.de pœnit dist.7. si quis.Negligens enim beneficium legis,non potest redire ad illud, extra,de re iudic.inter monasterium & c.seq.C. de iure delib.scimus § sin aut hoc, ꝓpe fin.§ 7.quæstio 1 quod periculosum. Idem etiam dicit do. meus in exceptione competenti possessori pignoris, ut ante litem contestatam opponat,in auth de fideiusso §.sed neque.col. j.& utrunque horum ꝓsequere, secundum eum , in Summa de excep.§.hoc quando.sub §.hoc de dilatoriis. ¶ Quid de exceptione illa,Non es prælatus, uel in possessione prælaturæ,uel non es dominus rei quam petis,uel non es hæres,uel non est tibi ius cessum, uel non habes mandatum , & similibus. de hoc dic ut s.de
21 actore.uersic.item contra prælatum.& seq.† ¶ Quid de illa exceptione,quæ cōpetit tutori , ut inter se & ꝓtutores actio diuidat: nunquid est temporalis,uel ꝓpetua? De hoc dic,ut s. in exce.fideiussori competente:de hoc dic, ff.de tutel.& ra.dist.1 j §.nanc
o tractemus[o]. † ¶ Quid de illa,non habes patris consensum,cum sis
22 filiusfamil.C.de bo.quæ liber. cum oporter.& videt,quod ante litem ꝓtestatam,cum sit dilatoria.3.q.6.§.excep.C.de ꝓb.exc.C. de excep l penul & fi Sed dicit Vber.quod quādocunque,&anp te sententiā, & post:quia facit apparere iudicium nullum[p]. Quid de falsi ꝓcuratoris exceptione ? de hoc extra. de ꝓcur.in nostra.
q C.eo.tit.licet[q]. ¶ Quid si post litem contestatam opponit,duas
23 partes uniuersitatis non affuisse in constitutione syndici? dic,q
24 audiet,ut in procu ibi no. † ¶ Quid si post litem contestatam dico, tutores inuentariū non feciss̄e, uel fatisdedisse? dic,quod audiar: quia p hoc contendo iudicium non valuisse , & sententia contra minorem lata,ipso iure non ualeret, C.in quib.cau.in integ.rest.nō est necess.si tutor.C.de tut.& cur.nō omniū.C.de eo,
r qui ꝓ tuto.l.2.[r] & ideo etiam post sententiam potest opponi,se-
25 cundum Vber.ff.de re iud. Nesennius. † ¶ Sed [s] pone ædificaui
s in solo tuo bona fide tandem condemnor tibi ad restitutionem; non recepi de sumptibus:quærit,an in executione sententię possim opponere

ADDITIONES.

a Allegationē. ¶ Expeditum est hoc de app.c.vl.lib.6.Vber.distinguit,an interlocutoria pararet prēiudiciū negotio principali, nec ne:& primo casu est uera prima opinio:secundo secunda quatuor autem opiniones de hoc ibi not.in gl.hoc dicit.

b Casibus. ¶ Hos posuit Tanc.ubi s.uer.quod autem.

c De hoc. ¶ Ibi no.isti casus.

d Postremo. ¶ Ad hunc etiam uers.remittit auctor j.de fideiuss.§.1.uers.potest etiam.

e Possint. ¶ Verba Acc.ubi s.& in l.exceptionem.C.de probatio.in fi.gl.

f Solennibus. ¶ Vide s.de fer.§.vlt.in fi.

g Non nu. ¶ De hac Alberic.Gal.remittit ad summam Az.eodem titul.§.j.

h Io.de Deo. ¶ Cauł.lib.3.rub.quando opponatur dilatoria.in prin.& ibi prosequitur dicta Vbert. qui de omnibus , quæ hic & j.uer.prox.tractantur,prosequitur char.mihi 11.super ius alle.uer.quid dices.& uer.se.

i Hoc. ¶ Et apertius Inst.de fideiu.§.si plures. ¶ Adde , q beneficiū excussionis sit opponendum ante liris contestationem , tenet Bar.in l.j.ff.de excep.Bal.Pet.& Cyn.in auth.præsente.C.de fideiuss.Salic.in auth.hoc si debitor.C.de pignor.Alex.consilio.78.j.libro.

k Vber.de Bob. ¶ Vbi s. prox.& idem Vber.de Bo.rub.de declinatoriis.uer. idem puto.

l Viso. ¶ Vide quod ibi dixi post dominum meum.

m Dixit. ¶ eo.tit.post prin.

n Dicunt. ¶ Vbi dixi s.uer.prox.

o Tractemus. ¶ ver.fuit Aalber.Gal.ubi s.uersi.sed nunquid exceptio.quę

p Nullum. ¶ Vide s.de actore , B. ad fi.uer.quid si præsente parte,& ibi seq. uer.se remittit ad istum

q Licet. ¶ de procur.Et iste uer.& duo seq. fuerunt Alber. Gal.e.ti.uers.sed nunquid exceptio falsi.& seq.

r L.2.Hucusque fuit Albe.Gal.sed Vber. tractans hoc , ubi ponit obiectus contra sententiam ordinarij,mihi char.10.uers.dicet defendens. non allegat l.seq. sed ibi post uer. quid de beneficio , tractans de inuentario heredis,illam allegat:sed hoc nil ad propositum:ad hoc intelliges j.de instrum. edi.§.fina.uersiculo,sed nunquid hęres.

s Sed. ¶ Istud uer.& sequentes,ordine tamen conuerso. posuit auctor j.de sent.excom.§.fina.uersi.item pone, emptor. & uersi.seq.ubi aliquātulum scribit plenius:& ideo hæc fienda erat remissio ad illos.

a sim opponere de sumptibus? Respon.[a] non est quæstio, secundū Mar. qui dixit, vt ilem actionem dari pro expēsis, ut no. ff. de cō. b inde si in area.[b] & ȝ. de expen. §. j. de iure meo non fuit quæsitū. vt ff. de excep. rei iud. duobus. & l. pe. §. fi. Sed Io. contra, vt non competat actio: & ideo non videtur, quod post sententiam posit opponi exceptio. Dic tñ contra, vt ff. de rescin. vend. fundus.
26 † ¶ Sed pone,[c] peto à te decem actione ex empto pro pretio, vi c ni, quod tibi vendidi: fertur pro me sñia, nunquid in executione sñiæ poteris opponere, ꝙ res vendita non fuit tradita? Videtur, ꝙ non. nam exceptiones peremptoriæ debēt ante sententiam opponi, vt ȝ. Ar. ȝ, & ꝙ actor habeat actionem ad rē petēdam, nec de iure eius fuit quæsitum, vt ff. de exce. rei iu. duobus. & l. pe. §. fi. & ad hoc ff. fa. erc. ex parte. ff. de rescin. vendi. fundus. 2.
d Sed dic, ꝙ sic, per præ. l. & ff. de iureiu. si duo. §. antepe. & pen.[d]
27 † ¶ Item quæritur[e] ecce quædam mulier agebat actione de do e te ȝ hæredes mariti: hæredes opponunt exceptionem adulterij: quæritur, an possint? Et vī, quod sic: nā vbi de dote agitur post mortem vxoris intra 60. dies utiles, serui nō manumittūtur, C. de adulte. l. fi. ff. qui, & a quib. manumiss. li. non fiat. sed & si ma- f ritus. & hoc p.p quæstionem adulterij.[f] nam & post mortē agi tur de crimine p.p onera, ff. ad Sylla. Caius Seius. ff. de iur. fisci. ei qui § fina. de ingratitudine quæritur post mortem. ff. de inoffi. test. si quis filium. & de crimine in modū exceptionis ꝓpositō, ff. de adulterijs. l. 2. § sed si publico. C. de transact. si ex fallis. Præterea derelicta accusatione à marito admittitur extraneus, ff. de adulteri. constante. & C. eodem iure mariti. & l. quamuis nam quæ temporalia sunt ad agendum', &c. ff. de doli exce. l. pure §. g fina.[g] Nec obst. C. de adulterij. l. fi. quia ibi loquitur, quando di nortio matrimoniū est solutum: secus si morte, ut ibi no. & pro batur in præd. l. sed & si. in prin. Sed dic, secundum Ioann. quod non competit exceptio, cum non lucretur maritus dotem, nisi accuset vxorem de adulterio, & inscribat, in auth. vt lic. ma. & h auiæ. §. j. Alber. Pa. contra per præd. l. C. de adul. l. final.[h] † ¶ Sed
28 quæro de exceptionibus, quæ opponuntur contrà rescriptum beneficiale, quando sint proponendæ? Respon. si aliqua falsitas sit in priuilegio, uel rescripto expressa, vel veritas suppressa quę papā adꝓcedendum induc it: putà, qa suggessit impetrator se do ctorem Decretorum, uel legū, vel ꝙ erat nepos cardinalis, vel suppressit aliud beneficium, vel iuramentum, seu statutū, tales & similes exceptiones possunt contra rescriptum ante litis con testationem opponi, tanquam dilatoriæ extra, de rescript. ad au i res. & ca. constitutus. ubi de hoc, secundum Papam.[i] & ca super literis. & ca. si proponēte. & de ap. dilecto. ff. de natal. restit. l. 2. Possunt ēt post litem ꝓtestatam opponi semper ante sententiā, tanquam vere peremptoriæ. sic intellige extra, de lit. ꝓtesta. k ceptionis. in fin.[k] Et est ratio in istis, quia non solum literas af ficiunt, sed etiam gratiam, quæ potest sine literis fieri, & semper literas præcedit: & ideo huiusmodi excepriones sunt peremptoriæ gratiæ, ꝙ ȝ gratiam subreptitiam competat exceptio: probatur extra de re iudic. cum olim. de accusati. accedens. de exce. cum ecclesiasticæ. Et est vtile eas contra rescriptum opponi. nā tam literas, quam iurisdictionem iudicis elidunt, & literis elisis tota quæstio est elisa: & sic lites abbreuiātur, extra, de appellati.
29 cap. ordi. in princi. † ¶ Si vero aliqua sit exceptio, quæ tantum contra literas competat, vt si quis iurauit, vel pactus est, ꝙ contra capitulum, uel contra iuramentum literas non impetrabit, in initio quidem potest hoc ȝ literas excipi, sed post litem contestatam non, C. de excep. l. fin. Secus tamen esset, si iurasset, uel pactus esset, quod eum non conueniret, extr. de accusat. veniēs. quia tunc non tantum literæ ꝓrimuntur sed etiā actio: & ideo ante litem contestatam & post, potest obijci de iuramento, uel pacto huiusmodi: & talia iuramenta præiudicāt literis papę, nō quia papa non possit eis præiudicare, sed quia ꝓsumitur nolle præiudicare, quia non est autor periurij, extra. de iureiu. si vero. & ca. ad nostram. & ca. quemadmodū. extra, quod met. caus. ca.
30 penulti. † ¶ Et iuramentum temerarium, uel per fraudē extor tum, nō debet quis sua, sed superioris auctoritate infringere, ex l tra, de election. uenerabilem. secundum Bernard. Compostel. I
31 † ¶ Sed quid si gratia non est simul cum literis data?: ut quia pa pa dedit alicui beneficium, nulla litera inde facta: & postea man dat eum in possessionem mitti: obijcitur ei, ꝙ ueritatem tacuit, nunquid admittetur ante litem cōtestatam excipiens ȝ literas? Resp. non: qa non sunt literæ subrepti tię, licet gratia sit subrepti tia: contra quam etiam competit exceptio, ut prædixi: & hoc te m net Inno. 1111.[m] Alij, quos do. meus sequitur, dicunt contrà: dicunt enim, quòd si gratia est subreptitia, quæ principalis est, p consequens litera ab ea descēdens, debet subreptitia iudicari: ar gu. extra, de fide instrumēto. inter dilectos. §. cæterum. extra, de re iudica. cum inter. prope fin. Prætere a dicit prædi. decre. excep tionis, ꝙ exceptio peremptoria contingens negotium princi pale, non impedit litis contestationē: imo post litis contestatio m proponitur. † ¶ Negotium autem principale contingunt ca, quæ ad ipsum pertinent principale: puta pactū de non peten do, exceptio solutionis factæ, uel acceptilatiōis, & similia. Ea au tem quæ sunt de processū, non contingunt negotiū principale: & ideo de his quæritur ante litis contestationem, tanquam de di latoriis, extra, de re iudic. inter monasterium. & de cohab. cler. & muli. super eo. de rescrip dilectus. j. Qualiter autem intelligatur, quod dicit, principale negotium contingent, dicā infra, ver siculo, rursus. Quid iuris sit de exceptionibus ȝ prouisiones prō positis, not plene per Bernar. Compostel. extra, de elec. quod si-
n cut.[n] † ¶ Item do. meus not. in Smma, in titulo, de excep. §. &
13 quando. in fi. si cōtra rescriptum beneficiale opponitur, quod est subreptitium, in hoc casu non est necesse litem ꝓtestari, vt ȝ. in primis concor. & extra, de æta. & qual. accepimus. de præbē. cum sm Apostolum §. penultimo. & fina. & ca. dilectus. j. 2. & o 3. Vel posset dici,[o] quod in talibus tenor rescripti. apostolici lo co libelli habetur: vnde cum talis exceptio cōtra ipsum opponi tur, exceptio habetur quasi loco respōsionis, ut in præ. decr. cō stitutus. & sic per petitionem & responsionem est lis ꝓtestata: ex tra, de lit. contestation. ca. unico. ¶ Item qualiter peremptoriæ differantur in possessorio, vel etiam ȝ literas, nota. secundum p Papam extra, de foro com. ex parte B.[p] ¶ Item utrum de perem ptorijs, uel dilatorijs exceptionibus sit in rescripto mentio faciē da, & quid iuris, si non fiat? nota. secundum eum, de resc. super q literis.[q] † ¶ Vt autem hic articulus plene liqueat, not. ꝙ aliqua
34 exceptio peremptoria, seu defensio ante litis ꝓtestationem pro posita, non impedit, seu retardat litis contestationem, nisi solū exceptio rei iudicatæ, transactæ & finitæ: ut extra.[r] de lite ꝓtestat. r exceptionis. ff. ad sc. consul. Tertull. l. j. § fina. ff. de uerb. signifi. trā sacta. & l. seq. Potest etiam quis, si uult, eas proponere post li tem contestatam: quod tutius est, quia tunc absoluetur reus in principali: cum uero ante litem contestatam proponuntur, tūc contra rescriptum opponūtur: nec fit absolutio in principali, in quo non est lis contestata, ut infra. uersiculo, sed quæritur, quali ter. nā peremptoria exceptio actioni actoris opponit, ff. de exce. l. 2. unde dicit de re iudica. nam illa exceptio ante litis ꝓtestationem contra rescriptum opponitur, ut C. sentent. rescind. nō posl. fi ideoque non est mirum, si impediat litis cōtestationem Et intellige hic Rem iudicatam, cum sententia non fuit appella tione suspēsa, ut ff. ad Turpil. l. j. & no. in præ. decre. exceptionis. Arg. tñ contra: quia per sententiam tollitur ciuilis sed remanet s naturalis obligatio, ut ff. de sol. Stichum §. naturalis.[s] † ¶ Sed po
35 ne, ꝙ in causa appellationis proponitur ante litis contestatio nem non fuisse appellatū ab interlocutoria, uel à diffinitiua, uel

quod

ADDITIONES.

a Respondeo. ¶ Secundum Alber. Gal. cuius fuit iste ver. e. ti. uer. sed pone. quod ibi procedit. dic, ut dixi in studio Paduano: quid velit hoc, dicam, ubi sup. nunc remisi.
b In area. ¶ Et materia plene. ff. de rei uen. in fundo.
c Sed pone. ¶ Vide, quod dixi sup. ver. prox. in prin.
d Et penul. ¶ Secundum Alber. Gal. cuius fuit iste ver. e. tit. in fi.
e Quæritur. ¶ Eandem quæstionem posuit ȝ. de do. inter vir. & uxo. §. forma tis. uer. quod si mulier. sed hæc plenius.
f Adulterij. ¶ Dicit Alber. Gal. cuius fuit iste versi. & dicunt quidam quod ibi est casus huius quæstionis.
g §. fi. ¶ Hoc dixit Alber. Gal. econtra vī, quia crimina morte extinguuntur, C. si reus, vel accus. mor. fu. l. fin. ff. de accus. l. ex iudiciorum. Item si tacuit defunctus, & eius heres tacere debet, C. de inoffi. test. l. omnimodo. & de re uoc. don. l. fi. in fi. & ff. ad Syll. j. in fi. Nec obstat. &c. ¶ Adde, ut plene posui in addit. ad Bar. in l. rei iudicatæ. §. fi. ff. sol. mat.
h L. fi. ¶ Cui fauere videt Aecur. in l. una, C. de rei vx. act. §. illo procul dubio.
i Secūdum papam. ¶ Vt ibi scripsi in gl. exceptio. cum suis remissionibus. & ad propositum uide quæstionem j. quam posui post Goff. super regula, exceptionem de reg. iur. lib. 6. de reo, qui ȝ rescriptum, in quo dicebatur spoliasse, obijcit subreptionem, cum iudicis auctoritate vacuam possessio nem apprehenderit. ¶ Adde, ut per do. An. de sancto Geor. in c. dilecto. in 2. co. extra, de appel. & Abb. in c. ad audientiam. el 2. extr. de rescr.
k In fi. ¶ Lib. 6.
l Compost. ¶ Vt scripsi in decr. ad audientiam. 2. de rescri. super gl. vlt. in fi.
m Inn. 1111. ¶ Qui hoc no. in dec. exceptiones. de lit. contest. lib. 6. & uide su per gl. pen. hoc dictum & sequens dictum Ioan. Inno. & Archi.
n Sicut. ¶ Vbi scripsi post expeditionem tex. & gl.
o Dici. ¶ Vt scripsi post Inno. de elect. dudum. 2. versi. licet autem. in glo. ex hoc patet.
p Ex parte B. ¶ Vt ibi scripsi post prin. in gl. no. arg.
q Literis. ¶ Et uide, quod scripsi post expedetionem tex. & gl. Item scias, ꝙ totum, quod hic sequitur usque ad fin. §. facit ad decr. exceptionis. de lit. cont. lib. 6. ¶ Adde, post not. in d. ca. super literis. Pet. de Ancha. consi. 16. inci. uiso processu.
r Exceptionis. ¶ Lib. 6. ¶ Adde, cum dicitur exceptio litis finitæ, non in telligitur de finita taciturnitate temporis, prout exceptio præsumpti, sed de finita expresse prout uoluit Feder. consilio 183.
s Naturalis. ¶ Tu dic, quod ex quo ex ciuili agitur, satis est, quod ciuiliter finita sit causa. & uide J. uer. & ut plenius.

a quod non intra x.dies: [a] uel quòd appellans renunciauit tacitè, uel expresse appellationi factæ, procedendo corã iudice, uel ẽt faciendo aliquid in cã, de qua agit, & huiusmodi: & sic fuam in rem iudicatam transisse. Dicunt quidam, ꝙ tales exceptiones, cũ sint peremptoriæ, non debent ante litem ꝓtestatam admitti. nã eis, vel aliqua earum probatis appellatio ipsa non tenet, arg. pro
b eis in præ.ca.exceptionis. [a] Et ego dico, quod vbi nõ appellatur vel non intra decem dies, vel vbi renunciatur appellationi, tũc rata manet sententia interlocutoria, vel diffinitiua: & per consequens, causa principalis est finita, & appellatio est extincta. Vñ dico eas ante litem cõtestatam & prius quàm in causa procedatur, admittẽdas, vt ext. de ap. Romana. §. si vero vocatus. & probat in præalleg. c. exceptionis. in verb. finita. hæ enim & similes exceptiones iurisdictionem iudicis tangunt, & ideo iudex ante omnia decernere debet, an sua sit iurisdictio: quia hæc cognitio exercitium iurisdictionis præcedere debet, vt in præ. §. si vero. & ext. de rescr. super literis. ver. nos igitur. cũ suis conc. & ff. de iud. si quis ex aliena. & litis contestationem impediunt: vt s. §. nunc videndum. versi. cæterum Sed videtur ꝯ in eo casu, vbi quis renunciasse proponitur appellationi faciendæ: quia cum propter renunciationem appellari non poterit, nõ potest hoc prætextu dici res finita, ex quo nullum habuit initium per appellationem Sed respondeo, quòd ante omnia debet de iudicis iurisdictione constare. Plerique tamen contra dicunt, & forte non male, in casibus præmissis: & etiam in casu illo, quando quis asserit à sententia cõtra se lata appellasse: sed appellatus corã iudice appellationis negat aliquam sententiam pro se latam fuisse, & sic appellationem nullã esse: &, vt dicunt, præ. §. si uero. non obst. Irẽ bene dicit Transacta: nam exceptio transactionis ante litis contestationem admittitur ff. de cond. inde. eleganter. §. si quis. post princi. Quod autem dicit Finita, intellige, consensu, vt in præ. l. ad Tertul. & in præ. l. de verb. sig. puta per iurisiurãdum à parte parti de
6 latum: † quod non est minoris auctoritatis, quam res iudicata, ff. de iureiu. l. 2. & l. non erit §. dato. extr. eo & si Christus. § Iacobus. secundum Ber. & do. meum. Sed ad hoc opponitur: nam licet iurisiurandum ipso iure tollat naturalem obligationẽ, ciuilẽ tamen non tollit, sed solum illam ope exceptionis elidit, ut not. s. eo. §. j. Vnde cum hæc exceptio contingat principale negotiũ, & sit peremptoria, videtur quod non impediat litis contestationem, sed quod post litem contestatam sit proponenda: ideo forte ob hanc obiectionem vitandam. In. 1111. intelligit Finita, scilicet quia iurauerat se in perpetuum non acturum: quo casu, nisi ex causa, vlterius agere non potest, ff. eo. admonẽdi. ff. de cond. ob caus. l. 3. C. de pactis, post quam. extra, de accus. veniens. ad fi. de renuncia. cum inter P. & dixi s. eodem. § versi. sed quæro de. Item intellige finita consensu, scilicet si sit longo silentio sopita, vel, secũdum canones, longissimo, ut in præ. l. ad Tertullia. & in præ. l. de uerb. sig. puta per legitimã præscriptionem, extr. de prescri. ca. 1. & ca. sanctorum & c. illud. ff. de alie. iudic. mut. cau. fac. item & si res. Item potest intelligi finita consensu, puta per pactũ de non petendo in perpetuum, f'm Ber. & do. meum, uel per acceptilationem, ff. de pact. l. j. in prin. & §. pactum. & s. §. j. uel per amicabilem compositionem, secundum do. meum, extra, de decim. ex multiplici. Sed certe, quod dixi de præscriptione, non videtur stare posse, præsertim secundum eos, qui dicunt, per eam non acquiri dominium, sed solum exceptionem parari, ut infra,
37 de præscri. † ¶ Sed nec de consuetudine, quæ est optima legum interpres. maxime in curia Romana, exceptio præscriptiõis admittitur, uel proponitur ante litis ꝓtestationem, sed post. Item quod dixi de pacto de non petendo, non uidetur bene dici. nã pactum de non petendo: licet tollat ipso iure naturalem obligationem, ciuilem tamen non tollit, sed solum ope exceptionis elidit, vt s. §. j. & iam s. in iureiurã dixi. Vnde forte hac ratione motus Inno. 1111. intelligit finita, scilicet propter pactum de non agendo ulterius super aliquo certo dubio: sicut & s. dixi in iuramento: secus autem est in pacto de non petendo, secundum eũ. Et est ratio, quia quando quis facit pactum de non agendo vlterius, nihilominus extra petere potest, & nihilominus debitor remanet obligatus ex promisso. licet contra eum agi non possit, ff. de cond. indeb. naturaliter. ff. de iudic. uix rectis. sed si permitteret litem ꝓtestari non opposita hac exceptione, postea eã opponere nõ posset, cum sit declinatoria fori, C. de excep l. fi. Vbi autem paciscitur quis de non petendo, nullo modo remanet obligatus, intellige cum effectu: unde etiam post litem contestatam excipi poterit, cum sit peremptoria, secundum eum. Hæc autem omnia prosequere, ut sequenti distinctione M. de Fano dixit, ꝙ ubicunque exceptio peremptoria notoria est, ita ꝙ negari non potest, impedit litis contestationem: quia in notoriis ordo iudiciarius non requiritur, extra, de iureiurãdo. ad nostram. el s. ff. si qs cau. l. 2. de accusa. ea, quæ ff. qui satisd. cog. l. si uero. §. qui pro rei qualitate. Argum. tamen contra in præd. decr. exceptionis.
38 † ¶ Et, ut plenius instruatis, distingue: quia quædam peremptoria exceptio perimit naturalem obligationem tantum. quædam ciuilem tantum, quædam utramque, & quædam neutram. Naturalem tantum perimit, ut ecce aliquis me hæredẽ instituit, & legauit per minuta legata, quicqd est in hæreditate: & sic ego sum naturaliter obligatus ad soluendum legata, ut extra, de Polu. c. j. non tamen ciuiliter ad soluendum in solidum, cum beneficio legis Falcidiæ deducere ualeam quartam partem, ut extra, de test. Raynutius. & ca. Raynaldus. Cod. de iur. & fact ignor. cum quis, C. ad leg. Falcid. error. Si igitur aliquis ex legatarijs me cõueniat petens quod legatum est in solutum sibi dari, & ego excipiam nõ ualere literam, quia tacuit, quod lex Falcidia in legatis locũ haberet, non est hæc exceptio ante litis ꝓtestationem admittenda, quia non est de re finita, cum sim in solidum naturaliter obligatus: & pro tribus partibus legati similiter naturaliter & ciuiliter: sed pro quarta, quæ retineri põt beneficio legis Falcidiæ, naturaliter tm, non ciuiliter: & ideo hæc exceptio litis ꝓtestationẽ non impediet, cum sim in omnibus naturaliter obligatus, ut iam dixi: licet pro quarta parte, quæ per legem Falcidiam detinet. ex
39 ceptionis beneficio illa naturalis obligatio elidatur. † ¶ Ciuilem uero tantum, & non naturalem, exceptio peremptoria perimit: ut cum quis obligatus est naturaliter & ciuiliter, & liberatur per pactum, de non petendo in perpetuum, seu per iuramentũ, per quod tollitur tantum naturalis obligatio, & non ciuilis, ut iã dixi, & s. eodem. § j. & hæc similiter non impedit litis contestationem, quia non est de re finita, quantũ ad ciuilem obligationem, quæ per pactum, seu per iurm non tollitur, sed ope exceptionis tm eliditur. Insti. de exce. § præterea & §. æque si debitor. Aliter tamen contra, ut s. de iuramento. auth. adhuc. j. dicetur in uersic. si queras. ¶ Vtramque autem perimit, ut cum filiusfa. suscipit pecuniam mutuo, & se obligat per scripturã, & sic numerationẽ pecuniæ se obligat naturaliter, & per scripturã ciuiliter, postea tamen conuenitur coram delegato: proponit, quod non ualeat literæ, quia tacitum fuit, quod super mutuo facto filiofamilias, cui competebat exceptio Maced. impetrarentur: certe nõ est exceptio admittenda: quia non est de re finita, cũ sit naturaliter obligatus. ff. de cond. indeb. frater a fratre. & etiam ciuiliter, si forsan peculium habeat, ff. ad Maced. l. i. in fi. & l. seq. quare litis con
40 testatio non debet eam impedire. † ¶ Est & alia quæ neutram perimit: obstat tamen agenti de facto, ut est solutio. nam solutionis exceptio non perimit ciuilem, neque naturalẽ, quia iam perempta est: quia solutione eius, quod debetur, &c. Institu. quibus modis tol. ob. in princi. & ideo, quia per solutionem omnis tollitur obligatio, tam ciuilis, quam naturalis, potest dici, hæc exceptio est de re finita, quare cõpetit contra literas, & litis contestatio impediri potest, & debet: ut in præ. dec. exceptionis. ibi, de re
41 finita, &c. idem etiam in appellatione, ut s. eo. §. j. † ¶ Rursus notandum est, quod ubi peremptoria exceptio ptingit negotium principale, non impeditur litis contestatio, nisi ubi excipitur de re iudicata, uel trãsacta, uel finita: ut in præ. decr. exceptionis qd uetum est, quando ita contingit negotium principale, quod nõ
42 literas: unde bene dixisset tantum. † Si enim tangeret simul negotium & literas, tunc posset excipi contra literas, & impediret litis contestationẽ, ut patet in eo, qui impetrauit literas beneficiales, ꝯ quas excipitur, quòd non ualent: quia tacuit numerum iuramento firmatũ, & huiusmodi. Hæc enim exceptio debet admitti contra literas, & impediet litis cõtestationem, ut extra, de rescrip. constitutus. & dixi plene s. uersiculo, sed quæro de exceptionibus. Videtur ergo hic iterum distinguẽdũ ad huius materiæ notitiam pleniorem. ¶ Vnde dic: nã aut oritur actio ex ipso rescripto, ut in exemplo proxime proposito: & tũc exceptio elidit literas, & litis ꝓtestationẽ impedit & retardat, ut in eo. ca cõstitutus. Aut non oritur actio ex rescripto, sed impetratur rescripti super actione ante competenti: & tunc subdistingue: quia si excipitur contra literas, aut proponitur contra eas exceptio declinatoria iudicij, aut dilatoria solutiõis, aut peremptoria. Si declinatoria iudicij hæc literas elidit, & litis contestationem impedit: exemplum habes ext. de re iu. inter monasteriũ. Si dilatoria solutionis, hæc contra literas non admittit, nec litis contestationẽ impedit, ut probatũ est s. §. pro x. in prin. Si uero peremptoria, tunc

ADDITIONES.

a Decem dies. ¶ Nota, quia cautius est sic excipere, quam dicere, ꝙ post decem dies, quia potuisset: & prius hoc scripsi de appel. Romana. §. si uero. super uer. partib. in quo §. Arch. quasi ad literã posuit hunc uer. facit ad predicta inf. §. proximo. in prin.

b Exceptionis. ¶ Adde, quod no. j. de instru. edit. §. nunc dicamus. versi. sed pone. appellans. ¶ Adde tu ad id, quod dicitur j. de iureiu. hec exceptio litis finitæ per iuramentum impedit litis contestationem, c. & si Christus. in 2. col. ext. de iureiu. & ibi dicit Ab. Sic. in 4. not. ꝙ sic. Item adde ad præsentem materiam, quod quælibet exceptio nullitatis impedit litis contestationem, Rot. in antiq. decis. 107. & decis. 115.

ſic iterũ ſubdiſtingue, quia aut illa exceptio eſt de re iudicata uel finita, uel tranſacta, & tunc contra literas admittitur. & litis
2 teſtationem impedit, ut ſ. oſtenſum. eſt. Aut non eſt de illis: & tũc nõ eſt contra literas admittenda, nec per eã eſt litis cõteſta
tio retractãda, licet ſit ꝑemptoria: ut quia perimit obligationẽ naturalem tantũ, uel ciuilem tantũ, uel utranq; ut dixi ſ. uerſ. &
43 ut plenius. †¶Si quæras q̃ ſit ratio diuerſitatis, quare exceptio ꝑẽptoria, q̃ eſt de re iudicata, uel tranſacta, uel finita, ꝯ reſcriptũ competit, & litis conteſtationem impedit, & non aliæ exceptio
nes, ut in præ dec. exceptiõnis. reſpon. quia ex quo ſemel fuit cõ troueꝛſa, & eſt ſententia lata non uult princeps ꝓ ſuum reſcrip tum lites ſopitas iterum reſuſcitari, extra, de reſcri. nennulli. C. ſen reſcind. nõ poſſ. l. fi. Nam actio ſemel extincta, amplius nõ re uiuiſcit. de conſec. diſt. 4. quæris. Item ſi alias fuit controueꝛſia, & de ea fuit tranſactum: non uult princeps ꝓ ſuum reſcriptũ li tes, uel cauſas trãſactionibus legitimis ſopitas, per ſuas literas ſu ſcitari. C. de tranſac. cauſas ext de deci. ex multiplici. idem eſt, ſi res finita ſit: qa ſublata eſt omnis obligatio, ex qña, uel ſuꝑqua reſcriptum poſſit impetrari: & ideo nõ eſt mirum, ex quo nulla competit actio, ſi contra literas talis exceptio ꝓponatur, ext. de reſcri. nonnulli. §. ſunt & alii, & c. ſi In aliis autem pemptoriis, ſi cut eſt pactum de nõ petendo, & exceptio Macedoniani, & ſi miles, non poteſt dici, q̃ non competat actio, cum remaneat ẽt poſt pactum naturalis obligatio: & quandoque etiam ſubſit ci uilis, & naturalis, licet per exceptionem pemptoriam poſſit ex cludi, ut ſ. uerſi. & ut planius. quæ etiam exceptiones competũt licet nunquam illæ actiones in iudicium fuerint deductæ. unde non dicitur lis ſopita ſuſcitari, ſed potius de nouo intentari, quę poteſt per exceptionem excludi ſuo loco & tempore propo nenda: & cum talis exceptio dicatur actionis excluſio, ut ff. de exce. l. 2. in prin. ſi contra literas ꝓponeretur, iam extorqueret ad id, quod non competit: quia elideret potius literas, quã pro
44 poſitam excluderet actionem. †¶Item ſi petitione ꝓpoſita di cat aliquis, non teneor reſpondere, quia feciſti pactum de non petendo, non eſt audiendus: qa ꝓponit eam ad id. quod nõ ꝓpe tit, ſcilicet contra petitionem, ut eam differat, ſiue declinet, & nõ contra actianẽ, ꝯ quam eſt exceptio ꝑemptoria ꝓponenda ut eam exctudat, ad quod cõpetit talis exceptio: quia exceptio eſt actionis excluſio, ut ſ. & ideo dicit præ. decret. exceptiõis. q̃ talis exceptio non impedit litis conteſtationem, quia, ut dictũ eſt, non competit contra literas ſed cõtra petitionem ꝓpoſitã Hæc ergo eſt ratio, quare peremptoriæ non impediũt litis ꝓteſtationem, nec ſunt inter dilatorias ꝓponendæ, ut dixi ſ. proxi uerſiculo, hoc quoque notaneum. Sed ſi ꝓponatur ꝯ actionẽ propoſitã, ut ſi peto decẽ ex cauſa mutui: tu reſpondes, nõ tene or tibi, quia feciſti mihi pactum de non petendo, hoc bene pro ponis, quia opponis actioni, & eſt litis conteſtatio facienda: & ſic poteſt intelligi, quod per exceptionẽ ꝑemptoriam propoſi tam fiat litis ꝓteſtatio, extra de dolo & contum. prout & de ap cum cauſam. de quo dic, ut infra de lit. conteſt. §. nunc dicamus. uerſi. ſed nunquid per exceptionem.

45 †¶Si quæris. an exceptio iuriſiurandi impediat litis conteſta tionem, & ſit contra literas admittenda? diſtingue: quia ſi excipiatur de iuramento agentis, quia iurauit. quod amplius nõ pe tet: admittenda eſt propter periculum animæ, ne via periuriis aperiatur: ut in concor. quæ ſunt ſ. uerſiculo. ſed quæro, de ex cep. in fin. Si aũt excipiatur de iuramento rei à iudice delato, qa dicit, quod iuramentũ fuit ſibi à iudice delatum, & iurauit, quod nil debeat, non uidetur exceptio admittenda ante lite ꝓteſtatã contra literas: quia huiuſmodi iuramentum tollit tantum natu ralem obligationem, ſed non ciuilem: imo remanet ciuiliter obli gatus, ut ſupra dictum eſt, Vel dic, & melius, quod recipi debet exceptio: præſertim ſi à parte reo delatum ſit iuſiurãdum: quia tale iuramentum inſtar tranſactionis habet maiorẽ auctorita tem, quam res iudicata, ut ff. de iureiur. l. 2. & quia omnis cõtro uerſiæ finis, eſt iuramentum, ut extra, eo. c. & ſi Chriſtus. ſecundum magiſtrum Pet. de Sam. qui auctor eſt proximæ diſtinctio nis, quæ nihil aliud cantat, quam quod ſupra, præſcripſimus.

46 †¶Hoc quoque notandum eſt, quod ꝓtra exceptionem rei iudicatæ poteſt opponi, quod non fuit iudex, qui eam tulit: cõ tra tranſactionem verò, q̃ dolo facta fuit, vel quòd negotium non fuit legitime finitum: contra præſcriptionem etiam, quòd fuit interrupta, & ſimilia, ff. ad Tertul. l. j. in fi. ff. de verb. ſig. tran ſacta. & l. ſeq. iſta enim præiudicialia ſunt, & prius tractãda, ext. de ordi cog. tuam. vel, ſecundum dominũ meum, utriuſq; partis teſtes admittentur, ubi ſimul ꝓcurrũt exceptio & oppoſitio ſicut præſcriptio & interruptio: qđ dic, prout ipſe no. in præ. ca. exceptionis. De hac exceptione vide. ꝯ. de ſen. §. nũc de effectu.
47 verſi. item pone. † ¶Sed quæritur, qualiter pronunciabit ſuper huiuſmodi peremptorijs ante litis ꝓteſtationem probatis, contra quas nihil extitit replicatum? non enim videtur, q̃ pronunciabitur ſuper principali, cum non ſit ſuper eo lis cõteſtata, arg. ff. de iudic. l. de qua re. extra. de cau. poſſeſſ. & propri. cũ ſuper. in fi. vnde, ſm Ber. non pronunciabitur ſuper prjncipal', ſed ſuper exceptione rei iudicatæ, uel tranſactionis, uel negotij finiti, de quo actũ eſt, q̃ ſic fiet. dabitur enim exceptio in ſcriptis. vt ext. de proba. quoniam contra. cuius ſcripturæ forma talis erit:

48 † ¶FORMA proponendi exceptionem peremptoriam: Corã vobis, domine iudex, excipiendo propono ego talis, ꝯ petitionem talis, in qua petijt talem rem à me, dicens eam ad ſe pertinere, q̃ alia vice coram tali iudice ſuper hoc inter nos extitit litigatum. & ab eo ꝯriam ſententiam diffinitiuam reportauit, à qua non extitit appellatum: vel illa quæſtio fuit per tranſactionem legitime ſopita, uel queſtio eſt finita: ludex uero, hoc modo pro nunciabit, ſecundum Ber.

¶FORMA. Quia nobis cõſtat, q̃ ſuper eo, quod talis petijt, ſibi obſtat exceptio rei iudicatæ, à qua non fuit appellatum, uel tranſactionis, uel negotij finiti, diffinitiue pronunciamus, dictũ talem ſuper prædicta petitione non eſſe ulterius audiendũ, ſibi ſuper hoc perpetuum ſilentium imponendo: vt extra, de accuſ. veniens §. fi. ſed illud loquitur in accuſatore, cui etiam obſtat ſi milis exceptio: hic autem loquimur, quando contra reſcriptũ talis exceptio proponitur, ut patet in ſuperioribus: & ideo dicũt quidam, quibus idẽ Ber. aſſentit, ſufficere in tali caſu pronuncia re, non ualere tale reſcriptum & aduerſarium in expenſis ꝑdem nari, extr. de reſcrip. ca. fi. & c. diſpendia. eo. titu. lib. 6. Præterea in præmiſſa forma fit pronunciatio ſuper principali, vnde tertij, alijs verbis retentis, non ponunt verba illa, ſibi ſuper hoc perpe
a tuum ſilentium imponendo. R of aũt dicit, [a] q̃ iudex in ſua pro nunciatione faciet legi libellum in principali oblatũ, & dicit ſic:

¶FORMA. Cum reus contra prædictam petitionem talem exceptionem propoſuerit, & datis ſibi inducijs eam ſufficienter probauerit, actorem non admitto ad agendum, & non admittẽ dum fore pronuncio, ff. de iur. fiſc. Statius Florus. §. Cornelio. ff. ad Maced. l. j. § ſi pendeat. Tutius eſt ergo, q̃ præmiſſæ exceptio nes proponantur poſt litem cõteſtatam, ut dixi ſ. ver. vt autem hoc. Qualiter autem pronũciabitur dilatoria exceptio probata, dicetur. ꝯ. §. pro. Si autem renunciauerit quis omnibus exceptio
b nibus, vide ſup. §. prox. verſi. cæterum. [b]

ADDITIONES.

a Dicit. ¶ Cuius dictũ placet, vt ſcripſi in dec. exceptionis. ſuper gl. ſufficiebat. quod intelligo qñ ſimpliciter & dilatoria, & in uim dilatoriæ propoſita eſt, ut dixi ſ. de dilat. §. j. ſuper uer. item quæritur.

b Cæterum. ¶ Ibi plena remiſsio de materia.

SVMMARIVM.

1 *Ex breui uerborum mutatione multum mutatur effectus.*
2 *Reus in excipiendo ſit actor, quia affirmatiua exceptionis propoſitio requirit probationem. & nu. 18.*
3 *Exceptionem peremptoriam pure proponens, actoris quodammodo ſuſtinet intentionem.*
4 *Forma reſpondendi, ubi de actoris intentione, uel eius probatione dubitat.*
5 *Dote per dolum promiſſa, an per talem promiſsionem poſſit actio quædam oriri.*
6 *Exceptionem præſcriptionis, uel uſucapionis proponens, an de actoris intentione confiteri uideatur.*
7 *Litis conteſtatio an per ſolam confeſſionem oriatur.*
8 *Reo, cui peremptoria exceptio competit, negante ſe teneri, an ſi poſt litẽ conteſtatam uelit eam proponere, audietur.*
9 *Reo peremptoriam exceptionẽ proponente, ſi in eius probatione deficiat, an & qualiter ſit condemnandus.*
10 *Literarũ obligatio ſuper exceptione non numeratæ pecuniæ, quæ dicatur.*
11 *Debitore negante ſibi pecuniam fuiſſe numeratam, ſi creditor contrariũ probat, poſtea autem debitor dicit ſe ſoluiſſe, an audietur.*
12 *Creditori nihil ſibi deberi aſſerenti, credendum eſt.*
13 *Exceptiones aliquæ competunt uni, quæ non alteri.*
14 *Aduocatus in proponendo declinatorias iudicij quem ordinem obſeruare debeat.*
15 *Reo nullam exceptionem habente, nec contra iuriſdictionem, nec ex perſona iudicis, quæ alias potuit opponere.*
16 *Forma proponendi dilatorias exceptiones.*
17 *Nominatim qualiter debeat q̃ſcu iudicio proteſtari.*
19 *Recuſatio in iudicio facta, qualiter ſit ſufficiens & admittenda.*
20 *Reus non ualens ex aliqua cauſa iudicem recuſare, quomodo aliter ſe habere debeat.*
21 *Forma excipiendi in cauſa excommunicationis quæ ſit.*
Exceptio excommunicationis non eſt ſine cauſæ expreſſione admittenda.
22 *Excommunicatio minor non repellit a iudicio, nec a fidelium participatione.*
23 *Exceptionibus in iudicio propoſitis, qua forma notarius eas ſcribere habeat.*
24 *Dilatoria ſolutionis, uel peremptoria in iudicio propoſita, ſub qua forma ſcribetur a notario.*

25 *Iudicem exasperare fatuum est.*
26 *Iudex legitimas exceptiones non admittens est puniendus.*
27 *Iudice nec recipiente, nec repellente exceptiones: quid sit agendum.*
28 *Appellari an possit a iudice seculari propter exceptiones non admissas.*
29 *Iudex qualiter se debeat habere, ubi exceptione proposita, & non admissa, pars appellaret.*
30 *Forma pronunciationis iudicialis, ubi iudex adueniente termino uidet exceptionem propositam esse probatam.*
31 *Exceptione in iudicio proposita, nec ꝓbata, qualiter pronũciabit iudex.*
32 *Reo non ualente, uel nolente, quod obiecit in iudicio probare, quomodo iudex habeat pronunciare.*
33 *Condemnatio an, & quomodo possit ante taxationem fieri.*
34 *Iudex nulla interlocutione debet ante pronunciationem pandere quid sentiat.*
35 *Sententia sub incerto prolata quomodo poterit certificari.*
36 *Forma pronunciandi generaliter, & super qualibet exceptione.*
37 *Iudex uidens se male interlocutum fuisse, uel male processisse, an poterit suam interlocutoriam, uel quod fecit, reuocare.*
38 *Reuocatio grauaminis ad cuius, uel quorum notitiam debeat peruenire.*
39 *Reuocatio grauaminis quot modis, & qualiter per iudices fieri possit.*
40 *Papa suam sententiam iniuste latam, corrigere debet.*
41 *Reuocatio grauaminis, ubi de ea dubitat iudex, si sit grauamen, uel non, sub qua forma fiat.*
42 *Forma literarum a iudice fiendarum, ubi appellans, absens sit in reuocatione grauaminis.*
43 *Altero contrariorum electo, alteri renunciatum esse uidetur.*
44 *Iudex an possit interlocutoriam pro me contra te latam, a qua non appellasti, post decem dies reuocare.*
45 *Appellatione facta ab interlocutoria, si in causa appellatione datus est iudex, qui citauit partes, & ad alia processit, an a primo iudice poterit grauamen reuocari.*
46 *Exceptiones peremptoriæ rei cohærentes, uel etiam dilatoria, à quibus, & quo casu proponantur.*
47 *Hæredi, aut fideiussori, an possint exceptiones competere in eo quod est personale.*
Exceptiones an possint contra pacisc entes opponi.
48 *Exceptionibus pluribus, etiam diuersis, uti nemo prohibetur.*
49 *Exceptiones peremptoriæ an sint perpetuæ.*
Temporalia ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum.
50 *Aduocatus timens de principali, qualiter habeat sibi præcauere.*
51 *Doctrina mala, testis est malitiæ doctoris.*
Natura humana prona est ad malum, imitatrixque uitiorũ, libentiusque malam, quam bonam doctrinam amplectitur.
52 *Culpa pari censetur uitiari, qui & prohibita studet, & ea docet.*
53 *Doctor malus quoties docet, quod auditoribus non conuenit, toties sermo malus de ore suo procedere dicitur ad auditorum corruptionem.*
54 *Fruſtratorie appellans in expensis legitimis est condemnandus.*
55 *Mali gaudent malis, & exultant in rebus pessimis.*
Rustici garrulitatem auctoritatẽ putãt, eaque decipiuntur & uincuntur.
56 *Plures sunt exceptiones, quam actiones: nec est reperire actionem, aut interdictum, quod aliquam, uel aliquas non recipiat exceptiones.*
57 *Remedijs in iudicio deficientibus, quomodo caute sit prouidendum.*

¶Exceptio sicut & actio quandoque inepte proponitur.

4.§. Viso quando exceptiones opponant, quia exceptio, sicut & actio, quandoque ineptè proponitur, vt ff.de flu.l.j.§.Labeo. ideo videamus, qualiter, & à qbus, & quo
a ordine opponantur. Ad quod primo in genere sciendũ est, [a] q aduocatus rei aduertere debet diligenter, quibus uerbis accipiet exceptionem. nam pōt in hoc de facili errare, ut in pd.§.Labeo. quod patet ex eo: nam lex concipit uerba exceptionis & replicationis, ff.de procu. qui proprio.§.fi.& l.seq.ff.de act.emp.& vẽ. l j.in prin.& l.quia pendentem vindemiam. extra.de excep.dilecti.de iu.exhibita.& ca.examinata.ff.qui pot.in pign. hab. creditor.respõso j.ff.de curat.furio.l.consilio.§. j. quod patet etiã. nam aliud est dicere, non habes mandatũ: & aliud, dubito, utrũ habeas mandatum, ut no. infra, de satisda.§.viso.& aliud est dicere, tu non es maior: & aliud, tu es minor, ut not. sup. de actore,
1 prope prin.† quia vis facienda est in ordine verborum, ut 43. distinctio. sit rector. in fin.& 31. distinctio. omnino. Ex breui enim mutatione verborum multum mutatur effectus. vt 3. quæstio. 7. in grauibus. & ca. iudicet. ff. de verbo. significa. natura cauillationis. † ¶Hinc est, quod si affirmatiue proponatur exceptio,
2 proponens debet eam probare: quia reus in excipiẽdo fit actor, ff.de excep.l.j.ff.de proba.in exceptionibus. nisi cum opponitur exceptio non numeratæ pecuniæ, uel dotis. ut infra dicam: secus, si negatiue, ut dixi sup.§. nunc videndum. uersiculo, licet autem
b secundum. & dixit etiam Pileus, [b] quòd reus sic potest respondere libello, quòd onerabit semper actorem probatione, & ipse ad probationem exceptionis interim admittetur: vt pote nõ negando, vel inficiando precisè intentionẽ actoris: sed respondendo sic, non credo verum esse, quod dicis, vel inde dubito, C. d
c exce.si quidem. [c] & sic postmodum poterit vti exceptionibus quæ actionibus institutis obiiciuntur, & eas probare, ut infra uersiculo, sed nunquid. Si vero reus precisè negaret, & actor suã intentionem probaret, nõ posset postea vti reus exceptione, ut
d infra, versiculo, est igitur. & seq. [d] quod colligitur C. de non numer. pecu. authen. contra qui propriam, quòd dicitur generale
e esse in omnibus exceptionibus quod ibi dicitur, [e] Tu ergo aduo
f cate rei [f] nota. nam si confidis actorem in sua intentione deficere, nullam proponas exceptionem, ut C. de except si quidem. in princip. sed tãtum de facto tunc excipitur, sicut de facto solum agitur. puta si agatur ex nudo pacto, C. de transact. vbi pactum. C. de contrahen. & com. stipul. nunquid. in princip. vel cum agitur ex turpi promissione, vel ex ea causa, ex qua nõ datur actio, ff. de verbo. obliga. generaliter. & l. stipulatio hoc modo concepta. ff. qua. re. act. non datur, l.j.§. quæ onerandæ. licet sine actione nemo experiatur. ff. de admiñst. tuto. quoties. §. item si temporali. ff. de neg. gest. si pupilli.§.j. Sed tunc nõ dicetur exceptio proprie, sed defensio: quia exceptio est actionis exclusio, ff. de
exce.l.secunda. in prin. Insti. eo. in princi. ubi ergo nulla est actio
3 locum non habet exceptio. † ¶Est igitur valde periculosum, ex ceptionem peremptoriam, pure proponere: quia qui eam pure
g proponit, actoris quodammodo fundat intentionem: g ita q si exceptionem non probauerit, condemnabitur eidem, ff. de probat. in exceptionibus. respon. j. & iam dicam. Fallit tamen hoc in exceptionibus non numeratæ pecuniæ, & non numeratę dotis: quibus legitime obiectis inter legale tempus, non incumbit necessitas probandi opponenti, C. de non numera. pecun.
h l.prima. & tertia. [h] C. de dote caut. l.j. & l.fina. authentica, quod locum.
4 † ¶Si uero dubitatur de intentione actoris, uel de eius proba.
i tione, dicit Vber. de Bo. [i] in personali actione sic respondendum esse:

¶FORMA. Non credo aliquid me actori debere: & si ostenderet, ex nunc propono exceptionem rei iudicatæ, uel pacti de non petendo, & huiusmodi. Similiter fiet & in reali: quia dicet, non credo me teneri ad restituendum id, quod à me petis: & si ostenderis rem, quam a me petis, esse uel fuisse tuam, obijcio

ADDITIONES.

a Sciendum est. ¶ Verba sunt Vber. de Bob. char. mihi 12. versi. sed in gene re dico tibi.
b Pileus. ¶ Vbi 3. ultra medium, versi. item potest reus sic. & concor. Vin. j. versi. sed quid si debitor.
c Si quidem. ¶ Exprimis Pileus, quomodo text. illius legis hoc probat ibi, nam si de intentione dubitas, &c.
d Et seq. ¶ Vide 3. §. prox. uer. sed nunquid. & remissionem, quæ ibi est in fi. & 3. versi. & nota.
e Dicitur. ¶ Dixit Pileus: quidam dicunt, speciale est, quod ibi dicitur quod non credo. subdit, quòd forte aliquid est ibi speciale, quo ad pœnam inficiantis, quasi nolit, quòd quo ad potestatem asserendi contrarium j. dicto, sit ibi aliquid speciale. Tu dic, ut not. de reg. iur. nullus pluribus. lib. 6. & fi. eo. titu. nemo ex his. & uide inf. versic. quid si debitor. & quod statim subdam.
f Rei. ¶ Secundum Vber. de Bo. cuius est totum, quod sequitur usque ibi, nisi forte diceret. & hæc in titu. de peremptorijs exceptionibus, uersic. animaduertat.
g Intentionem. ¶ Hoc est falsum, ut patet de regul. versicul. exceptionem. lib. 6. Cuius regulæ triplex ratio est, vt ibi not. Item certũ est, quòd peremptoria non fit lite contestata, capitu. 2. libro 6. quod intellige, si proponens stet in metis exceptionis, ut ibi not. in glo. antepenul. Vnum nota, quia æquitas, quæ mouit hic tenentes, non succumbet: quia si non operatur exceptionis propositio, consequetur agens per responsionem ad positiones suas, quas ad faciliorem expeditionem litium per confessionem partium usus longæuus in causis adinuenit, vt in clem. de verbo. signi. sæpe. versic. & quia.

ADDE, quòd Abb. in c. venerabilis. reprobans opin. Barto. in l. non utique. tenet opin. gloss. in regula, exceptionem. de regu. iur. & in d. capitu. cum uenerabilis. scilicet quòd solum excipiendo non sibi præiudicat proponens exceptionem. Et hanc opin. tenet Innocen. ibi, & Bald. in l. decem. de verbo. obliga. Ludo. tamen Rom. consilio 77. tenet quòd obijciens exceptionem compensationis, uidetur fateri debitum, ut tenet Dyn. in c. nullus pluribus.

ADDITIO. Adde Bald. in l. cum Papinianus. C. de senten. & interloc. om. iudic. in penulti. colum. versicul. item dicit. ubi, an opponens exceptionem compensationis, uideatur fateri debitum? & quid si reconueniat? & eundem Bald. consil. 33. incip. verba instrumenti. colum. fina. versi. quæstio. in j. volumi. ubi, an compensatio sit proprie probatio. Henricus Ferran.
h L. j. & 3. ¶ Quæ incipit, si ex cautione. & ibi de hoc per glossam. & Cyn. & uide quod scripsi de solut. capitu. final. in mag. gloss. uersicul. nec mireris.
i Vber. de Bona. ¶ Vbi sup. dixi contra consilia, quæ docent mentiri: uide quod dixi de test. ex tenore. super 3. glo. & no. de confes. ca. 1. lib. 6. in j. glo. uer. scire debes.

a ijcio præscriptionem, vel vsucapionem, [a] vel aliam peremptoriam competentem. Et quòd sic sub conditione sit proponenda, probatur C. de excep. si quidem. §. fina. nec taliter proponendo, seu conditionaliter excipiendo, videtur confiteri de intẽtione aduersarij, ff. eo. l. non utique. extra eo. capitu. cum uenerabilis. nec mentiri: quia mendacium punitur, C. de non nume. pecu. authen. contra qui propriam. Vbi autem pure opponitur, uidetur excipiens fundare, & confiteri intentionem actoris. proponendo exceptionem, nisi eam probet aperte, ut iam dixi: & probatur ff. de rei ven. officium. ff. de confes. certum. § sed & si fundum. quod clare patet in eo qui dolo, uel aliter, quam putat, obligatus est. C. de inut. stipul. dolo. & ff. de verbo. obligatio. si quis eum aliter. nam obijciendo exceptionem doli, fatetur se obligatum: & sic fundat actoris intẽtionem, nisi probet dolum in promissione interfuisse, vt ff. de probatio. quoties. §. qui dolo. & idem in exceptione pacti & iurisiurandi, & alijs: & uide j. de positioni. §. x. versic. sed pone, lite. † ¶ Licet hoc fallit in dote promissa per dolum, ex qua promissione nulla actio oriri potest, ff.
6 quod met. caus. si mulier. §. si dos. † ¶ Sed & opponendo exceptionem præscriptionis, quæ cuilibet obstat, uel usucapionis, nõ videtur quis de intentione actoris confiteri, secundum Vber. de Bonac. & Vber. de Bo. quia dico iustum titulum a non domino, quem putabam dominum, me habere & me bona fide per continuum triennium, uel decennium possedisse, quæ in vsucapione & præscriptione longi temporis exiguntur, C. de usuca. transfor. l. unic. & Institu. de usuca. in princip. in tricennali non exigitur titulus siue causa, ut not. C. de præscriptio. 30. anno. si quis emptionis. Vbi ergo cõditionaliter peremptoria exceptio proponitur, non uincet actor, nisi fundet, seu probet intentionem suam, nec etiam ea fundata, si reus probet exceptionem: ubi uero pure proponitur, statim ex hoc actoris est fundata intẽtio: vnde uincet sine alia probatione, nisi reus probet exceptionem nisi forte diceret, has oppono exceptiones saluo iure meo: quia dico me fuisse absolutum: & sic actor debet probare: quia ei, qui dicit, &c. ff. de prob. l. 2. 6. quæstio. ultim. actor secundum Vber. de Bob. hodie tamen fere communiter petitio simpliciter negatur, & exceptio pure proponitur, nec aduocati multi hanc subtilitatem aduertunt: quæ tamen diligenter est aduertenda. Papa no. in præ. dec. cum uenerabilis, quod excipiens de permutatione, non videtur confiteri rem fuisse permutantis, sed permutantem non posse contra permutationem uenire, uel rem permutatam repetere. Tutius tamen est, ut dicit, si sic dicatur: dico, quod res non est, uel non fuit tua: sed & si tua fuisset, ex cã
7 permutationis in me transtulisti, ut in præ. l. si quidem. † ¶ Sed nunquid per prædictam conditionalem responsionem fit litis
b contestatio? [b] Puto quòd sic, ut habetur in præ. decre. cum uenerabilis. licet Ber. ibi no. contrarium: & dicam infra de lit. contest. §. nunc dicamus. uersic. illud etiam. Sed & ubi pure proponitur
c exceptio peremptoria, dixit Vber. de Bona. [c] non fieri litis contestationem principaliter super actoris intentione, sed super exceptione: quia actoris intentionem confitetur & per confessionem non fit litis contestatio. de hoc dicam in e. §. versiculo, sed
8 si reus. † ¶ Quid si reus cui peremptoria exceptio competit, ne-
d gat se simpliciter teneri: [d] nunquid post litem contestatam uolens eam proponere, audietur? Argum. quod non, in authen. de trien. & semis. § studium. C. de non nume. pecu. authenti. contrà qui propriam. ff. de re iudi. sed hoc ita. §. fin. extra. de proba. per
e tuas. Vber. de Bona. [e] dicit contrà, argum. C. senten. rescin. non possad peremptorias. sed aduocatus faciat, quod reus protestetur eam de nouo ad eius notitiam peruenisse, ne eam proponendo simpliciter uideatur contrarius sibi esse, & ne iudex reum reputet mendacem, uel uariantem, nec de cætero fidem adhibeat dictis eius, eo quod simpliciter negauit, postea excipiendo confiteri uidetur, ut prædixi, ff. de ven. insp. l. j. circ. princi. ff. de inter. ac. de ætate. §. ex causa ext. ut ec. benef. ca. unico, ff. de iureiur. si duo patroni. respons. j. & argumen. ff. de re mil. non omnes. §. a
f barbaris. [f] Qualiter autem proponantur exceptiones peremptoriæ litis contestationem impedientes: & qualiter eis proba-
a Iurisdictio. ¶ Id est, quia non erat iudex actoris.
b Si idem. ¶ Vide, quod scripsi de mu. pet. ca. p. j. in gloss. reconuentio. post. prin. ibi uidebis, quod Inn. & Host. tenet. quod hic Gul. & quod Accurs. tenet contrarium in auth. & consequenter. in gl. ij.
c c. j. ¶ Ibi dixit in gl. reconuentio. uer. redeundo.
d c. ii. ¶ Idem scripsi in pri. gl. uer. & secundum.
e Secundum Inn. ¶ Vide, quod no. in cle. de uerb. signi. sępe. in gl. quod requirat.
f Dicit contra. ¶ In præ. decr. cùm olim. ut ibi scripsi super gl. ij.
g Nihilominus. ¶ lib. vj.
h Circa prin. ¶ Et de proc. §. ii. uer. quid si canonicus.
i Item pone. Per quē uidetur iste uer. superfluus: nisi dicas illum uer. loqui in delegato: istum in ordinario rei, in quo tū nō puto hoc procedere, nisi forsan per hunc modum, ꝙ secunda conuentio actoris, licet coram eo fieri possit, non tñ habebit uim reconuentionis, ut simul tractentur, & una sententia terminetur, per rationem ibi positam, & quæ ponitur. j. uer. pe.

SVMMARIVM.

1 *Reconuentio quando sit facienda, & quando non.*

2 3. §. Sequitur videre, † quando sit reconuentio facienda? Et dixit T. [a] ꝙ generaliter pōt fieri antequam in petitione actor sit litē cōtestatus: postea uero nūquā, nisi libellus reconuentionis sit antea porrectus, uel nisi protestatus fuerit de reconuentione facienda, extr. de mut. petit. per to-
b tum. C. de sen. & interlo. om iu. auth. & cōsequenter [b] Sed omissis opinionibus dico, ꝙ semper ante litis cōtestationē, & etiā post, eodē durāte iudicio, id est, instāte iudicii lite, quousq; pclusum sit in causa: qa cū negotiū discutit, tantum dicitur iudiciū, vt ext. d verb. sig. forus. pōt fieri recōuentio, etiā nulla protestatione præmissa super hoc ante litis ꝯtestationē: & hoc tā coram ordinario quā delegato, vt ext. de resci. i dispendia. § reus. lib. 6. per quā domeus dicit contra. & ꝙ post litē contestatā fieri possit, habetur
c ext. de mu. pet. c. j. ibi, responsione facta, &c. [c] quia per responsionem fit litis contestatio, ext. de lit. contest. c. vnico. & in hoc vi-
d detur Inn. declinare in præ. c. j. de mut. pe. [d]

ADDITIONES.

a Dixit Tanc. ¶ Vbi s.
b Et consequenter. ¶ Finita verba Tane. in hoc membro.
c &c. ¶ Nil valet hæc inductio, cum litera dicat facta responsione libello actoris, respondeatur libello rei: imo ponderata litera illa, Incontinenti, quę sequitur, aperte probat ꝓrium, declaro, si litera ibi diceret, ꝙ facta responsione libello actoris porrigat reus suum libellum, tunc faceret pro actore: sed aliter loquitur, vt prædixi.
d De mu. pe. ¶ Vide quod ibi scripsi super j. gl. quod no. in cle. de ver. sig. sępe. in gl. ꝙ requiratur. & gl. seq. vbi videas. qui teneāt hanc opi. & qui ꝓriū quos sequor. ADDE, ꝙ opi. Spe. tenent Vin. Fran. Arch. in d. c. dispendia. Bar. in auth. & consequenter. Si Vin. in d. c. j. & Io. de Imol. ibi. Opin. autem Host. tenet Panor. quam etiam dicit tenere Car. in d. c. j. Plures & digniores sunt, tenentes, ꝙ post litis contestationem potest fieri reconuētio.

SVMMARIVM.

1 *Actori nolenti reo eum reconuenienti respondere, denegari debet in sua causa audientia.*
2 *Iurisdictio iudicis quo casu sit perpetuata.*
3 *Reo, vbi lis est contestanda super libello actoris, offerente libellum reconuentionis, an actor super illo libello inducias deliberatorias habere debeat.*
4 *Sententiæ tot sunt, quot sunt & articuli.*
5 *Iudice pronūciāte in causa cōuētionis, si omittat recōuentionē anteneat.*
6 *Sententia si primo feratur super vna causa, & postea, super alia, cui prius satisfieri debeat.*
7 *Causa conuentionis & reconuentionis pari iure fouentur.*
8 *Appellatione facta in conuentione, an super sedendum sit reconuentioni vel e contra.*

¶ In reconuentione qualiter sit procedendum.

4. §. Videndum restat, qualiter in reconuentione procedatur: & quidē libello ab actore oblato reus si eum velit reconuenire, porrigat similiter ante
a litem contestatam libellum reconuentionis, secundum T. [a] sed & postea id fieri pōt, vt iam dixi: & deliberatione super vtroq; hincinde habita, fiat primo litis cōtestatio sup libello actoris & consequenter sup libello reconuentionis: & iudex pēt cogere actorem respondere libello reconuentionis: postmodum vero litem testata sup vtroq; libello, ubi fit ante litis contestationē iudex vicissim vtranq; causam audiat, sic ꝙ primo fit litis contestatio sup prima, & post super secunda: conueniens primo iuret. secundo reconueniens: & primo ponat, & postea reus: priorem producat testes, secundo reconueniens, & sic alij actus expediantur, ita ꝙ in una eadēq; die vtraq; quæstio, quasi vna sententia, concordia, vel iudicio terminetur: prius tamen pronunciando super petitione actoris: vt hæc ꝓbantur ext. de mu. peti. c. j. & de causa pos. & propr. cum ecclesia. & c. cum dilectus. iuxta reg. illā qui prior appellat, prior agat, ext. de or. cog. c. ij. ff. de iustic. qui prior. Quæ tamen fallit in casibus, qui not. j. ti prox. ver. videm[a].
b Vber. vero dicit [b], ꝓmissa vera esse, vt vicissim tractētur, si hoc iudici placet: & si sibi magis placet, poterit de his vicissim cognoscere, & terminare ē vna, cognoscēdo vna die, & altera alia die
c †¶ Sed quid si actor nolit respōdere reo reconuenienti cum[c]?
1 Dic, ꝙ iudex denegabit ei in sua causa audientiam, arg. ex. d iur. calu. c. fi. §. pœna. & c. Imperator. j. q. j. si qui episcopi talē. Ē. p.
d cu. mutus. § pœna. C. de compensat. nec; scriptura [d]. ¶† Quid si
2 reus statim libello sibi ab actore porrecto, eum reconueni, offerens sibi libellū reconuentionis, sed vlterius procedere ñ erat: in libello vero actoris proceditur ad litis contestationē, vel etiā
e ad sententiā? Dic [e] ꝙ adhuc poterit reus causam reconuentionis prosequi. Iurisdictio enim iudicis perpetuata fuit, quo ad causā illam per libelli oblationem, ext. de off. deleg. gratum. & cōuerso, si actor facit reum citari, & vltra non procedit, reus potest cām reconuentionis inchoare, & ꝓsequi corā illo: eius n iurisdictio perpetuata fuit p conuētionem factā p actorē, 3. q. 8. cuius quo ad hoc enim, pari iure censentur cōuentio & reconuentio, ext. de mu. pet. prudentiam. Qualiter autem iuratur in mutua petitiō,
3 no. j. de iur. cal. § nunc dicamus. ver. nō tamē. ¶† Sed secundū præmissa, quid si eum debet lis cōtestari super libello actoris, & offera

ADDITIONES.

a Secundum Tanc. ¶ vbi s.
b Vero dicit. In volumine non inueni, sed Simon bene tenet hoc super aut. & consequenter. & vide j. ver. quid si primo. & versi. præced.
c Eum. ¶ Dic secundum Aegid. vbi s.
d Scriptura. ¶ Superfluit iste ver. propter §. sequentem.
e Sententiam? Dic. ¶ secundum Aegid. cuius fuit iste ver. vsque ibi qualiter

offerat libellum recõuentionis, nunquid actor habebit super illo inducias deliberatorias? Respõdeo, sic, si voluerit, & interim
a sua petitio differetur, 3. q. 3. §. spatium[a]. Quasi una sententia, ideo dixi s. quia in ueritate duæ sunt sententiæ, quæ simul feruntur super duabus quæstionibus sese minime contingentibus, & etiã si se contingat, puta quia agitur petitorio & possessorio super eadẽ re, adhuc sunt duæ sententiæ ferẽde, ut præ. dec. cum eccle-
4 sia. in fi. & c. cũ super. † quia quot sunt articuli, tot sententiæ sunt ff. de mino. etiam. Sed quasi una & eadem sententia dicit ꝓpter continuationem tẽporis, arg. in prę. l. etiam. sed ad cõtextum prolationis, s. uno contextu, una post aliam feruntur, ut in prę. l. etiam. sicut est aliàs simile in pluribus stipulationibus plurium rẽ, quæ dicũtur una stipulatio, quo ad conceptionem verborũ, ff. de verb. oblig. scire debemus & l. Stichũ §. stipul. & ff. de don.
5 eau. mor. senatus censuit. §. fi. † ¶ Et si iudex pronunciet in causa conuentionis, & omittat reconnentionem, dicunt Doctores, ꝙ non valet, ff. quæ sẽn. sine appel. resc. l. j. §. fin. & C. de compẽ. l. neque scriptura. uel, secũdũ Ia. de Al. tenet sententia, sed tamẽ ab ea potest appellari: vel dicitur in præ. §. quod intelligit idẽ Iac. verũ esse, si de vtraq; quæstione simul cõstare possit. Cæterum si de una, puta de possessorio, cõstat plenè, sed de alia, puta de petitorio, nõ potest cõstare de facili, sed lõgis est ambagib[b] inuoluta, bene pt̃ ferri sñia super ea, de qua cõstat f̃m eũ. arg. C. de
b cõpẽs. l. fi. idẽ. not Inn. & Vin. extr. de ord cog. c. ii. ver. no. aut[b]. Quid enim si lata sententia super una, in cõtinenti is, cõtra quẽ lata est, appellat, & recuset iudicem vt suspectum? Certè tũc nõ possunt una sententia terminari. Vel dic, ut j. versiculo, sed pone.
6 † ¶ Quid si primo super una causa feratur sententia, & post super alia: queritur, cui prius sit sfiet? Respond. ei, pro quo prima lata est, uel fortè expectabitur, donec de alia causa iudicatũ fuerit. si nõdum erat pronunciatũ, ff. quæ sen. si appel. resc. l. j. §. si apud eundem. & § fi. C. de appel l. i. uel illud obtinet in quãtitatibus, se
c cũdum Si[c]. Vinc. autẽ not. extr. de or. cog c. 2. [d]quod si primo ꝓ
d nunciatur super una nõ differtur executio sententiæ sup illa donec ꝓnuncietur sup alia, ut in præ. cõcord. & præ. l. fi. corrigit se ipsam, nisi in casu, s. cũ ad uersarius meus impedit, ne pronunciet ur super altera. tũc enim differet executio, & excipiã cõtra eũ, si velit me ꝓuenire ex causa iudicati, arg. ff. de eo, ꝙ quem sactũ est, l. i. & ext. de testib. ca ꝓuenit. Illud etiã no. ꝙ cum post litis cõ testationẽ fit recõuentio, nõ tractant simul seu vicissim quæstio
7 nes. † ¶ Hoc quoq; certũ est ꝙ causa cõuentionis & recõuẽtionis pari iure censent, unde si nõ põt appellari super illa, nec super ista, extr. de mut. petit. ca. 2. & si actor. nõ vult reo respondere
s nec ipse respõdebit actori, ut j. §. prox. † ¶ Sed pone, ꝙ appellat in cõuentione, nunquid supersedebitur reconuẽtioni, uel ecõtra? Respõdeo, nõ: q; diuersæ sunt causæ: & potest una sine alia tractari, Arg. tamẽ ꝫ extra. de appel. super eo. i. ubi hoc no. Vin. Sed nõne debent una sñia determinari, iuxta præmissa? Respondeo, illud uersũ est cum vicissim tractant, sed si procedatur in una, & non in alia. puta ꝓpter excõmunicationem oppositã contra rem continẽtem, uel propter exceptionem spoliationis oppositam, siue propter appellationem interiectam in ea a grauamine, non habet locum vicissitudinaria cognitio.

c Secundum Simo. ¶ Vin. in auth. & consequenter. in fi. hoc intendit Simõ, ꝙ in quantitatibus, puta quia actor petit centũ, & reus quinquaginta, congrue fit expectatio prædicta: sed si actor petit domum uel equum, & reus fundũ, uel bouem, non est locus expectationi
d c. 2. ¶ Vbi scripsi super glo. si isti.

SVMMARIVM.

1 *Pœna actoris nolentis reo respondere, quæ debeat esse.*

1 **§. §. Restat**, vt̃ de pœna actoris nolẽtis reo rñdere dicimus. Et quidẽ hęc est, quia ei nõ respodebit̃ in causa sua, ut ext. de mu. pe. c. i. & 2. & ext. de iur. ca. c. fi. ff. de ꝓcur. mutus. §. pœna. & in præ. l. neq; scriptura. Imo etiã si actor uelit desistere, reus si uelit eũ præcise cogi, ꝙ sibi respõdeat, audi ẽdus est, ut extr. de mu. pet. c. i. & arg. ff. de bo. pos. ꝫ tab. l. si post mortẽ. §. fi. & arg. ext. de ord. cog. c. 2. a ꝓtrario sentu: ga iudiciũ
a reddit in inuitũ, ut ff. de uer. obl. inter stipulãtẽ[a]. licet sit arg. cõ
b tra ext. de appel. cum cessante. & ff. de in ius voc. quãuis[b]. & si iudex hoc neglecto in qõne ꝓcederet, nõ teneret, ꝙ fieret, uel saltẽ esset appelladũ ab eo, ut ī p. l. ff. quæ sent. sine appel. resc. l. j. §. fi.

ADDITIONES.

a Stipulantem. ¶ Secundum Tanc. vbi s.
b Quamuis. ¶ Illud ius non est quæsitũ aduersario. Et hic omnino vide quæ dixi de rescriptis, c. j. libr. 6. super gl. 2. & ultra ibi scripta scias, ꝙ cũ Gul. contra dominũ meũ tenet super ipsa auth. G. de Suza, super auth. qui semel inducens ẽt omnes ll. ff. de exce. & fide iuſ. l. ex persona. ibi ẽt Old. idẽ dicẽs se sic audiuisse a domino Iac. de Are. inducit l. 2. §. j. ff. quod quisque iur. facit ad hoc, quod no. s. de dila. §, ult. uersi. quid si reus. & ꝫ. de app. §. in quibus. sub. uer. 34. & §. j. uer. sed quid si ille. ADDE, quæ per Alex. notãtur in d. l. 3. vbi de hac addit. mentionem facit.

ADDITIONES NOVAE.

* An exceptio reconuentionis dicatur reconuentio, tex. ꝙ sic secundũ Bal in l. neq;. C de comp. laco. butri. in l. ois. C. de præscrip. 30. anno. dicit ꝙ compensatio est exceptio, sicut exceptio doli, instit. de actio. §. sed in stricti. ex quo tex. cũ gl. dicit Bal. ꝙ exceptio compensationis & exceptio doli ꝓcedunt ex eodem fonte Dominus Richar. in l. cum Pap. C. de senten. & inter. om. iud. su p gl. quæ incipit, fit tamen illud, &c. videtur facere differentiam inter compensare & reconuenire, vbi sic dicit, Non intelligas hoc dictum gl. sicut sonat, scilicet ꝙ ipso iure fiat compẽsatio, quia ẽt similies hinc inde debita essent liquida, a portet ꝙ ab homine opponatur. l. verum. cũ se. ff. de compen. Dices ergo ꝓ aliud est cõpensare, & aliud reconuenire, quamuis idem videantur q. o ad effectum. quod sic patet, quia qui compẽsat debitum, de quo inquietatur, uidetur confiteri, & ipsum soluere velle, nam qui compensat soluit, seu dat, ut l. uel permutatur. de libe. cau. Sed reconueniens nullum debitum confitetur, & potius certat de sui absolutione, & aduersarii condẽnatione, quam de alio. unde optime utrunq; iudiciũ procedere potest. Sed si debita fuerint clarificata ab utroque, tunc si partes volent, potetit fieri compenatio, ut hac gl. sin autem nolent, tũc iudex pronunciabit inter eos. prout de iure tenetur. Richar. de sali. Bal. in l. cũ pap. C. de senten. & in terlo. om. iudi. & l. fi de proprietate. C. si a non compe. iudi. & l. j. C. de arbi.
* Nota quod reconuenire est impugnare. ad hoc facit c. cum inter. de excep. in fine.
* An vbi agitur de dote habeat locum reconuentio, dic quod sic, ut l. non solum. §. fi de dote. de procu.
* An coram arbitrio fiat reconuentio, not. in auth. & consequenter. C. de senten. & interlo. om. iud. not. per Bal. & doctores in l. non distinguemus. §. si quis. de arbi. de iure canonico ꝙ non, c. cum dilecti. de arbi. de iure uero ciuili. si de omnibus controuersiis est compromissum, quod tunc possit fieri reconuentio, vt l. si in tres. & l. seq. & l. fi cum dies. §. plenum. de arbi. ponitur in l. idem pomp. si de meis. e. tit.
* Clericus conueniens laicum. agit sub laico iudice. Laicus vult reconueni re clericum sub eodẽ iudice, an possit. Videtur ꝙ nõ, ut in auth. statuimus. de episc. & cle. & c. j. de metu peti. per Ioan. And. In cõtrarium fac. auth. clericus. & l. omnes. C. de epis. & cler. Dic ꝙ in causa criminali non potest, sed in ciuili per iura Codicis permittebatur, dicta l. omnes. sed de iure authenticorum prohibitum est, ut dict. auth. statuimus. quod dicit verum super alio capitulo & diuerso ab eo quod clericus laicum cõueniendo introduxit. Et ita loquitur dictum ca. de mutuis petitionibus. & Io. And. ibi. sed super eodem capitulo uel dependenti bene admittitur reconuentio, vt dicit Io. An. in c. at si clerici. de iudic. & dicta auth. reconuenti. & Bald. ibi de hoc, & Barto. ibidem multa dicit. Pan. in c. qualiter. ext. de iudi. & Ange. in l. ij. §. sed si agant. de iud. & l. qui non cogitur. e. tit.
* Potest iudex assignare terminum ad reconueniendum. not. in l. omnium. de procura. quod no. Bal.
* Vbi iudicis officium imploratur, incidenter non habet locum reconuentio. nec in causis summariis, nec in causis appellatiõis. vt c. j. de mutu. pet. & ibi per Inn. & Clemen. sæpe de uerbo. sig. & Inno. in c. j. de libelli obla.
* In l. 2. §. ei quoq;. de iudic. Bal. dicit nota ꝙ ex quo quis nõ tenet respõdere in loco appellationis, ꝙ in causa appellationis cesset reconuentio. Inno. in dicto c. j. de mutu. pet. Cynus in l. per hanc. C. de tempo. appel. In 7. q.
* An in officio iudicis habeat locum reconuentio, gl. in l. sed & si restituatur. in prin. de iud. Bar. allegat l. j. in fi. de variis & extraordi. cog. Item de materia reconuentionis vide notabile in auth. & consequenter. & quod no. Ang. in l. sicut. iniquum. quod quisque iuris.
* Nota plures casus in quibus non habet locum reconuentio, per Hosti. in summa de mutu. peti. §. fi. per totum. Item in hac mate. vide gl. nota. in clem. sæpe. de verbo. signi. super verſi. voluit.

ADDITIONES.

a §. Spartium. ¶ Quomodo malitio si aduocati reorum in hoc abuuntur. & prouisionẽ circa hoc, uide, quod scripsi de mu. pet. c. j. super uer. respõdere.
b Nos autem. ¶ Vt ibi scripsi super vers. vicissim. in princi. sed ut ibi dixi, est opin. quod de natura reconuentionis in tantum est proprium simul causas tractari, ꝙ quantumcunque altera causa recipiat facilem tractatum, & altera difficilem, ne cesse erit seruari quod ibi dicitur, in simul cognoscendo & diffiniendo: & Hosti, fatetur hoc dictum congruere subtilitati iuris, licet æqor sit opin. ꝫria, quã etiã habes hic, & in ver. seq. & vidistis s. eo. §. post princ. põderato textu prædictæ authen. & corporis vnde sumpta fuit scilicet de executoribus, §. illud. collat. vii. qui vult reconuentionẽ inchoa ri statim, mox, & à princip. quod de inchoatione videtur ad hunc finẽ iuberi, ut eo modo simul fiat ꝓsecutio & diffinitio. Ad quid eñ iuberet simul inchoaria: si simul prosequi nõ deberet. Itẽ textus in corpore idẽ ꝓbat ibi, apud quem simul vtrãq; exerceri ꝓtest litẽ. Verũ est, ꝙ alia litera habet si militer. Itẽ hic aduerbio Vicissim, utunt auth. præ. in prin. & decret. l. de mu. pet. & decr. ii. de ord. cog. vers. si. not tamẽ. Hoc aut. ſonat, ꝙ mutuis vicibus ꝓceditur: vnde uoluerũt aliqui sic ꝓcedi, ꝙ responso p reũ ad primã positionẽ actoris, actor respõdeat ad primam rei: sic de secunda & ulterioribus: idẽ intestibus, ut recepto primo teste actoris recipiatur primus rei: sic de 3co & reliquis. Nõ putat tũ Pileus, ubi s. ꝙ tãta vicissitudo sit necessaria, nisi forsan pariter periculum mortis, absentiæ, uel aliud vtrisque testibus immineret. His attentis, non iure reconuentionis conuenitur actor coram iudice, coram quo alias conueniri non poterat: puto necessario hãc reconuentionis naturã sequendã prædictis rationibus. Si vero licet reconueniatur, poterat tũ corã eodem iudice cõueniri, cum ipsi iudici laxior fit habena: bene facit ad hãc distinctionem dec. cũ aliquibus. de rescrip. lib. 6. super quo uide, quod scripsi in ptæ. decr. 2. super verbo, mutuæ. & in gl. seq. ADDE, ꝙ practica Spec. placet Ab. in d. c. i. referens, ꝙ do. Ant. illam putat ueram, si pars patitur: secus autem, si vult ut procedatur sigillatim.

Bald.De reconuentione.

IVDEX laicus,qñ incidit qō ſpiritualis corā eo,nō cognoſcit plenarie ſed ſummarie.nō per modū diſceptationis:& tūc demū remittit, qñ partes uolunt ꝓbare:§.nunc dicamus.uer.itē excep.& ſeq. ¶ In officio iudicis non hēt locū recōuētio.ff.de var.cog.l.1.in fi.niſi ſummarie ꝓcedat.uer. ſed nun quid habet.& ſeq. Gul.ēt in ſummariis habet locū recōuentio : quoad hoc, ut uentiletur coeā eodē iudice,& inter eaſdem ꝑſonas,ff.de ꝓcu.l.ſed & hæ. §.2.& loim.ſed non quo ad eundē modū ꝓcedēdi.& ſimiliter decidendi:ni ſi fuerit recōuentio de pari cā,ſcilicet ſummaria qa tūc eſt uera reconuētio, quo ad oīa,ſecundū Doct.ff.de in.l.ſed & ſi reſtituat.in prin.Bald. ¶ Vſq; ad cluſionē ꝑt fieri reconuentio §.ſequit.ver.ſed omisſis. ¶ Pari iure cēſetur uētio & recōuentio:& debent ſimul una ſnia terminari.duæ tñ ſniæ ſunt ꝓ nūciādæ.& duæ formę:& ſuper una ꝑt ferri abſolutoria & ſup alia ꝑdemna toria:nemo.n.diceret abſolutoriā idem eſſe.G.hoc uerū ſi recōuētio fit an te litis teſtationem,& pariter liquet de utraq; alioquin ꝓp obſcurū differri non debet una fine altera,C.de compēſ. l.fi. niſi ꝓ ſubterfugia & malitiam, actoris ſit protracta ꝓbatio:qa tunc differtur certum ꝓp incertum : nedū quo ad pronūciationem:imo ſi eſſet pronūciatū differtur ēt quo ad execu tionē interpoſita tamen appellatione.in §.uidendū.uer. ſed ſecundum.cū ſeq.ubi omnino uideas.ut no.in gl.1.in fi.ff.quæ ſen.ſine appel.reſcin.Bald. & uide omnino inſ.tit.ſeq.§.1.& inf.de iura.calū.§. cā. Nō debet prius re ſponderi petitioni quam reconuentioni.ſcilt cet ex inreruallo.C.de appenſ. l.neque.eo.§.uer.1.G.ſufficit reconuenienti. properpetuanda iuriſdictione offerri actori libellum reconuentionis.eo.§.uerſ.2.G.ar.de pu.iu.l.is:qui reus.uer.inchoatus.Bal.

¶De incidentibus Quæſtionibus,& de ordine Cognitionum[a]. Rubrica.

SAEPE plures in iudiciis quæſtiones emergunt,& dubiū eſt cuius cognitio debeat præcedere ideoque cum hæc mate ria utilis ſit,& ſecretam aliquantiſper habeat indaginem, ipſam apertius enodemus:primo dicentes aliqua,quæ antiqui ſuper ea tradiderunt:poſtmodum alia ad cognitionem eius dictum

a ¶ Pileus poſuit de hoc rub.& eſt ultima ſuæ ſecundæ partis. ¶ Tan.conuer tit hanc rub.& eſt ſuæ ſecundæ partis pe. Commendabiliter autem auctor ſic formauit rubric.propter rubricam de ord.cog.quæ ueniebat in 3.parte ponenda,

ADDITIO.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtio ciuilis quotupliciter incidere poſſit.*
2 *Queſtiones incidentes q̄ ſint prius tractandæ,& non ſimul.*
3 *Quæſtione ciuili incidente ciuili refert,an incidens ſit talis ,quæ patiatur litis conteſtationem,uel non.*
4 *Quæſtiones plures & multiplices in iudicio deciduntur,quibus etiam mul tipliciter eſt prouidendum.*
5 *In quæſtionibus incidentibus primum conſtare debet de re, demum de eius circunſtantijs.*
6 *Actionem eligere an cogatur quis ante iuramentum calumniæ.*
7 *Diuerſæ quæſtiones ſi ab una parte tantum proponuntur,& ſint crimina les,an accuſator poſſit eas ſimul proponere.*
8 *Agens de uno crimine contra unum ciuiliter,an poſſit & contra alium de eodem crimine pendente iudicio primo,agere.*
9 *Plures & diuerſi ſi contra unum ſolum agant , quis primo ſit uentu rus.*
10 *Quæſtio à diuerſis partibus mota quomodo ſit terminanda.*
11 *Prius prouocās prius eſt audiendus,libellum dando,iurando,teſtes produ cendo &c.*
12 *Petentium eandem uxorem prior prius auditur , propter uitandam diffi cultatem.*
13 *Ciuiles ſeu ſpirituales quæſtiones ſi earum altera directe proponitur , & altera per modum exceptionis,an ſimul poſſint agitari.*
14 *Diuerſæ quæſtiones criminales ſi à diuerſis partibus in iudicio proponunt, qualiter ſunt agitandæ,& nu.16.*
15 *Reaccuſare ſuum accuſatorem an ſit in iudicio permittendum.*

1.§.Sciendum eſt igitur.quod cū duę q̄ſtiones in iu dicio ꝓponunt, aut ſunt ambæ prin
a cipales,aut una eſt principalis,& altera incidens:ſi quidē[a] ambæ, ſunt principales,& ſunt ambæ ciuiles,quæ prius proponitur,primo tractabitur,& una ſententia terminantur,licet ſint ęquales dummodo ſe non contingant,vt ext.de or.cog.c.2.§.nos autem ff.de iud qui prior.& dixi ſ.titu.prox.§.videndum.& dummodo ſis talis quæſtio,de qua ille iudex poſſit alias cognoſcere,vt ibidē no Si uero ſunt criminales , & inæquales , tunc maior minori præ ponet:quod ſi una ſit criminalis,& altera ciuilis,de criminali prius ageſt , vt ex inferioribus appārebit. Porro ſi non ſunt ambæ prin cipales,ſed una incidit alteri,tunc de incidenti principali prius co gnoſcendum & pronunciandum eſt, ff.de lib.cau.ordinata.Inſtit. de actionibus.§.præiudiciales.ext.de or.cog. cap.j.3 q.11 ſi de hæ-
1 reditate.C.de ord.iud.l.j.† ¶Et ſcias , quandoque ciuilis quæſtio incidit ciuili : vt ſi agenti de hæreditate incidenter & directe op ponitur,quod non eſt legitime natus,vt extra.de ordi.cogni.ca. 2.& qui fil.ſint leg.lator.vel quod eſt ſeruus. 3.q.11 ſi de hæredi tate.C.de ordin.cognit.l.2.ff.de alend. lib.l.ſi quis §. ſi vel parens. ¶ Quandoque uero ciuilis incidit criminali : vt ſi is , qui credit ſe liberum , accuſetur de crimine , poſtea moneatur ei ab alio quæ ſtio ſtatus , ead.quæſtio.ſi crimen.C.de ordin iud.l. 3.C.de adult. quoniam Alexandrum, C.ad leg. Flau.de plag.præſes prouinciæ. & l.plagij. ¶ Quandoque criminalis incidit ciuili , vt ſi agenti per aliquod inſtrm obiiciat quæſtio falſi,ea.q.ciuili .& C.ad leg.Cornel.de fal.damus. ¶ Quandoque criminalis criminali: vt ſi agenti de adulterio obiiciat lenocinium,ut c.q prius.& ff.de adul.l.2.§.ſi publico.ad idem. C.de lib. cau.ſi filium ff.ſol.mat.cum mulier ff.
2 de fur.l.fi. †¶Hæ igit incidentes , tanquam præiudiciales,tracta bunt prius, & non ſimul: quia ſic eſſet diuerſos proceſſus inutili ter intricare,cum principales abeis depēdeant,eē, de iud.exhibi ta.de off.dele.prudentiam §.ſexta.& dixit Bul ꝙ ſup incidentibus quæſtionibus, vel exceptionibus non debet pronunciari, ſed tan tum cognoſci M.& P.dicebant, ꝙ ſem,ꝑ debet ꝓnunciari,ſu ꝑ eis: & hoc tenent Lau.& Vinc & P.& quaſi omnes Canoniſtæ,eē de reſtit ſpol.ex conqueſtione.de appel.ſu ꝑ eo de elect.cum dilecti.
b Ioan.& Azo[b] diſtinguunt inter emergentes & incidentes , quod c videt Ber.approbare, quæ ꝓſequere , vt no.ext.de or.cog.c.i.[c]& C de or.iu.l.j.†¶Et,vt premiſſa clarius tibi liqueant, nota,quod[d]
3 d vbi ciuilis incidit ciuili,refert,an incidens ſit talis,quæ patiat litis conteſtationem: vel ſi non patit,tunc de incidenti: erit principali ter ,pnunciandum , vt C.de dilat à ꝓſedente.quæ eſt 3.q. 3.§.ſpa tium.& hoc eſt verum,quando illa incidēs eſt de appendiriis cau ſæ vt ibi.Si vero non eſt de appenditiis cauſæ, ſed quaſi de appen ditiis,tunc refert, vtrum litem patiatur conteſtari , vel non:ſi pa titur,vt eſt quæſtio ſtatus. vel pacti facti de non petendo,tunc de principali eſt primitus cognoſcendum , poſtea de incidenti:& eo ipſo quod de principali cognoſcitur,videtur de incidenti cogno ſci:vt ff.de mino.intra vſile.& facit ſ.de or.cogn.l.2. & ideo tunc ſuper incidenti pronunciat , quia ſuper ea plene cognouit.nam ſi cognouerit ſemiplene , tunc ſecus : nec fit præiudicium veritati, vt ff.de his , qui ſui vel alic. iur.ſunt , ſi iudex.ff.de agnoſc.lib.ſi quis.§.ſi vel parens.& §.meminiſſe. Si autem illa incidens non pa tiatur litis conteſtationem , vt quia dicit aduerſarius iudicium excommunicatus , vel ſi ꝓponat recuſationis cauſam, de hac incidenti debet prius cognoſci , quam ad alia percurrat : & ꝑ hoc facit ff.de prę.ua.l.3.ſecundum Alber.Pap. Sed certe quidam Canoniſtæ dicunt,quod etiam ſu ꝑ exceptione excommunicationis, & aliis,debet lis conteſtari, ut not.ſ.de excep.§.viſo.ver.ſed nunquid. Si autem criminalis incidit criminali , tunc ſi vna eſt præiu dicialis illa præfarat , C.de adult. quoniam Alexandrum. Si ve ro ciuilis incidat criminali , vel econtra, tunc dic , vt C.de or.iu.l. pe.ſecundum Alber.Pa. ¶ Cæterum adhuc circa præmiſſam ma
c teriam eſt alia diſtinctione opus[c]. † Nam cum plures proponun
4 tur in iudicio quæſtiones, aut proponuntur ab vna parte tantum aut à diuerſis.Si ab vna tantū , aut ſunt quæſtiones ciuiles aut cri minales Si ſunt ciuiles, poteſt ꝓponens, quam maluerit, præmit tere,& omnes ſimul tractare, niſi in quatuor caſibus. ¶ Primus,ſi ſint contrarię.tunc enim eligat,quā velit, & prius eam tractet,C. de furt.l.j.C.ſi ſeruus exte .ſe emi man.l.j qa petens ꝓtraria, nō de bet audiri, ext.de app.ſolicitudinē in fi. 74.diſt.geſta.ext.vt eccl. benef.vt noſtrū.quod dic , vt ſ.de act.ſeu pet.§.ſequitur.ver.no. ¶ Secundus eſt,ſi primo propoſita pendet ex altera,quæ poſtmodum ꝓponi deſiderat: vt ecce,aliquis tanquam hæres,petit debitum hęre-

ADDITIONES.

a Si quidē. ¶ In hoc principio proſequitur gl. Io.3.q.11.in ciuili.& Bernar. hic.tit.nam & hoc.vſque ad ver.ſed dixit.
b Et Azo.Quibus aſſentit Inno.de elect.cum inter R.
c C.j. ¶ Et vide,quod ibi ſcripſi ſuper).gl. in qua opiniones iſtæ ponuntur,& in lege,quæ ſtatim allegabi autem in fin.poſuit quotuor modo,ex quibus ſumi poteſt , quod quæritur de pronunciatione ſuper incidenti , præmiſſo ibi breuiter,quid de his opinionibus ſit tenendum.
d Nota,quod. ¶ Secundum Alber.Pap.quem alleg.j.
e Opus. ¶ Secundum Tancre.cuius ſunt hæc verba vſque ibi , poteſt etiam. quod tamen receperat ab Azo.in ſumma de or.iu. vbi etiam eſt ille ver.po teſt,& quoad mentem,quaſi totum,quod ſequitur vſque ad finem tit.

rum hęreditarium: postea uult inquiri, an ipse sit hæres, vel non certè præpostera est talis petitio, C. de næred. act. vt debitū ext. de or. cog. tuā. vel si petā fundum rei vēdicatione, & interim cōdicam fructus eius, ac si meus esset: repellar ab hac secūda petitiōe ff. de excep. fundi. † Quam primum enim constare debet de re, & postea de circūstantiis eius quæri: arg. ext. de eccl. ædifi. ad audiē tiā. & de re iu. abbate sane [a]. ¶ Tertius est, cū secūda est p̄iudicialis primæ puta, petebam à te fundum Titianum, quem possides: tu negas eum meum: ego peto uiam ad dictum fundum, per fundum Sempronianum, qui tuus est: non sum audiendus in hac secūda petitione, quia p̄iudicat primæ, ff. de excep. fundū Titianū. Vel si à te fundū aliquem in solidū vendico, & uelim interim tecum agere communi diuidundo pro parte eiusdem, nō sum audiendus, quia per hanc p̄iudicatur primæ, ut præ. l. fundi, quem. ¶ Quartus est, quādo sunt tales actiones, p̄positæ, quod una tollitur alterius electione: ut actio de peculio, & tributoria: qa tūc debet unam ex illis eligere, ut ff. de tribut. quod in hæredem. §. eligere, ¶ Potest etiam esse quintus, cum altera est præambula: ut cum quæritur de possessione & proprietate, C. de rei uen. ordinarij. † An autem ante iuramentum calumniæ cogatur quis eligere actionem? not. j. de iur. calum §. j. uersi. sed quęritur, an. sed & si quis uelit plures super eadem re conuenire potest, cum non sit prohibitus. Idem, si occasione diuersarum rerum, uel factorum, arg. ff. de prob. ab ea parte. extr. de restit. spol. cum ad sedē & de fide inst. inter dilectos. de donat. inter dilectos. de cens. cū olim. & c. olim. Quod si diuersi agant contra unum, de hoc iam j. dicam. † ¶ Porro si diuersæ quæstiones ab una parte tantum p̄ponantur, & sunt criminales, potest accusator omnes simul proponere, & simul de omnibus contra eundem in uno libello agere, ut ext. de simo. licet Heli. 2. quæstio. 8. libellorum. ext. de iudi. exhibita. extra. de accus. licet. 3. quæst. x. c. j. 2. & 3. & illa crimina sunt clare specificanda, & sigillatim, ut accusatus certificetur, ut extra de testib. p̄sentium. alias incipit, ad hoc [b]. & melius in de cre. Greg. X. de ele. ut circa [c]. Sed si primo egerit de uno crimine & in eius probatione defecerit, non admitteretur ad sequentia: alias secus, ut 3. q. x. placuit. secundū Tanc. [d] Quod autem dixi, vnum posse contra eundem de pluribus criminibus simul agere: intellige uerum esse, ex diuersis factis: sed ex eodem facto uidetur quod non licet, arg. à contrario, C. de accus. qui crimen [e]. ga non debet bis id ipsum puniri, ext. de iud. at si clerici. in fi. ff. naucau. stab. licet. §. fi. Quod si plures criminales actiones velit contra duos ex diuersis factis p̄ponere, dicit ut s. de accusatore, in 2. ver. [f] & seq. Occasione aūt unius criminis pōt unus mille accusare: q̄ dic, ut ibidem. † ¶ Si uero unus de eodem crimine uult contra unum agere ciuiliter, & contra alium [g] criminaliter, pendēte priori iudicio, uel econtra, nō potest, ff. de publi. l. 4. ff. ui bo. rap. l. ff. §. j. sed finito priori, potest ad alium habere recursum. Si tñ utraque quæstio propter rem familiarem proponatur, ut quia aliquid abest, uel abfuit de patrimonio suo, C. quand ciuil. actio præiud. cri. l. unica. & locum habet in publicis iudicijs, ut ibi dicitur, idem etiam & in priuatis. nā in quolibet furto hoc habet locū, ut ff. de fur. l. fi. licet Pla. distinxerit inter publica & priuata iudicia. pro quo facit ff. eo. interdum. §. qui furem. Sin autem cōpetat criminalis & ciuilis ad uindictam tantum, tollitur una p alteram, ff. de iniur. quod senatusc̄ōsul. & l. prætor. §. j. [h] † ¶ Quid si plures [i] & diuersi agunt contra unum, si quidem unus primo, & alter secundo ueniat, & ambo agunt ciuiliter, uel criminaliter obtinet regula, qui prior appellat, &c. Sed si simul ueniant, & agant ciuiliter, iudex eliget, quem uelit, ut sit locus gratificationi ut ff. de relig. l. fi. in prin. ext. de elect. uenerabilem. §. obiectioni. de iure pat. quod autem si uero plures agant criminaliter, iudex eliget magis idoneum, ff. de accus. si plures. ff. de popul. act. si plures. Argu. tamen contra ext. de accus. licet ibi uidetur innuere, q̄ simul plures admittātur: sed ubi nō fuit processum cum eis, nec [k] lis cōtestata [k]. item contra, 2. q. j. in primis. uer. quia igitur. & ex de pur. ca. quot. Sol. ibi.

¶ Vidimus q̄d iuris sit, cum diuersæ quæstiones ciuiles, uel criminales ab una parte tantum, in iudicio mouentur, siue contra unum, siue p̄ plures: † nunc sequitur uidere, quando à diuersis partibus mouētur: in quo etiā eadem distinctione opus est. Nā aut ambæ sunt ciuiles, uel spirituales, seu mistæ: aut sunt criminales, aut una est criminalis altera ciuilis. Si quidē sunt ambæ ciuiles, uel spirituales, uel mistæ: aut proponūtur ambæ directè, aut una directè, & altera per modū exceptionis: si ambæ simul directe, proponuntur, una ab actore, altera à reo, tractādæ sunt, ,,put not. s. tit. prox. §. uidendum. & tunc habet locum regula illa, qui prior appellat, prior agat, ext. de or. cog. c. 2. quod quidem uerū, est, nisi altera sit præiudicialis alterius. nam tūc præiudicialis prius tractabitur, ut in concor. q̄ sunt s eo. tit. in prin. uer. si porro si nō in prin. † ¶ Item habet [l] locum prædicta regu. qui prior, &c. in processu causæ, non in sententia: ut scilicet qui prius prouocat prius audiatur, libellum dando, iurando, testes produçendo, & huiusmodi, vt s. tit prox. §. videndum. Item locum habet, cū vtraque quæstio est ciuilis, vel utraque criminalis, & neutra p̄re iudicialis, vel incidens. Item cum prima est maior secunda: sed si secunda sit maior prima, præiudicat in criminalibus, nisi nomen accusati accusare volentis accusantem, receptum sit inter reos, vt dicam j. ver. item porro. Item locū habet hæc regula in operis pluribus locatis, ff. loca. in operis. Item in duplicib. iudicijs, scilicet communi diuidundo fami. ercisc. finium regun. vbi primo qui prouocat ad iudicū. habetur loco actoris, ff. de iu. in his trib.

12 † ¶ Item prior petentium eandem vxorem, prius auditur, pro-
m pter vtilitatem difficultatem, secundum Vin. [m] Fallit aūt [n] & ip-
n sa regula, cum utraque est ciuilis, & secunda est præiudicialis: qa est de libertate, uel de filiatione: vt ff. de libe. caus. ordinata. C. de adul. quoniam Alex. C. de ord. cog. l. j. & l. cum status. Item fallit, cum secunda est criminalis, & prima ciuilis non præiudicialis, ut C. de or. iud. l. fi. Item, cū vtraque est criminalis, sed secunda maior. Item, cum utraque est par, sed accusatus vult suam iniuriam prosequi, uel suorū, C. qui accu. non poss. l. j. & l. neganda. 3. q. 11.
13 c. j. † ¶ Cæterum si ciuilium, seu spiritualium quæstionum altera directe proponitur, & altera per modum exceptionis, quia forte reus objcit aliquid actori, ut eius intentionem excludat, ut non petat eum sibi condemnari, tunc etiam simul agitabuntur, fundata prius intentione actoris, C. de proba. exceptionem. & de excep. si quidē. ext. de ord. cog. c. 2. nisi forte exceptio sit præiudicialis, ut sæpe dictum est: quia tunc præiudicialis prius tractabitur. quod uerum est, cum agitur petitorio, vt extr. eod. ca. j. Si uero agitur possessorio, & reus objcit præiudicialem exceptionem, secus est: puta, vxor petit sibi virum restitui Licet enim uir objciat parentelam, prius tamē restituetur mulier, quam de parentela, cognoscatur, extr. de resti. spol literas. & c. ex cōquestio
14 ne. de offi. deleg. cau sam quæ. & de diuo. c. porro. † ¶ Porro si diuersæ quæstiones criminales a diuersis partibus in iudicio propo
o nuntur, adhuc utendum est præcedēti distinctione. ¶ Nam aut ambæ proponuntur principaliter, aut altera principaliter, & altera per modum exceptionis: si quidem ambæ principaliter, ut quia actor accusat reum de uno, uel pluribus criminibus, & reus
o uersa uice uult eum reaccusare, iterum subdistingue. o † Nā aut
15 nomen receptum est in numero reorum, id est, lis est contesta-
p ta: P & tunc de nullo crimine potest suum accusatorem reaccusare, ff. ad leg. Iul. de adult. si maritus. §. præscriptiones. & 3. q. 11. c. j. & dixi s. tit prox §. j. Potest tñ inscriptionem deponere. accusatione pendente: & prima cā finita, illā poterit tractare, ut 3. q. 11. c. 2. Si uero non est lis p̄testata, pōt reus accusatorem suū de maiori crimine accusare: & prius super illo maiori audiet, ut 3. q. 11. prius est. C. qui accus. non poss. j. De pari uero crimine, uel minori, nō poterit reaccusare accusatorē, nisi reus suam, uel suorum iniuriam prosequatur. vt 4. quæst. 6. omnibus. C. qui accu. non pos. cū rationibus. ff. de accus. hos. §. lege. Cæterū si reus nō uult

ADDITIONES.

a Sane. ¶ Lib. 6.
b Ad hoc ¶ Lib. 6.
c Vt circa. ¶ Lib. 6.
d Secundum. Tanc. ¶ Vbi sup.
e Qui crimen. ¶ Vide, quod no. 2. q. 6. si quis ex pluribus.
f Ver. ¶ Ibi dedi remissiones.
g Contra alium. Azo, ubi s. circa medium uer. ubi autem. dicit p̄ eundem. & declarat illud eō, scilicet qñ incipit a criminali, & subdit, q̄ finita una cā, ad aliā poterit conuolare, hæc dixit propter uerba, quæ mutauit auctor.
h §. j. ¶ Hoc plus instituit Azo, remittens finaliter ad rubricam, quando ciuilis act. p̄iud. crimi.
i Si plures. ¶ Verba Azo. ubi s. in fi.
k Lis contest. ¶ Vnde dicit Host. in summa huius ti. in fi. quòd si ad id deuentum fuisset, forte papa alterum elegisset.
l Item habet. ¶ Secūdum Vinc. in præ. decr. 2. super ver. iu. & usque ad eius signum, durant ipsius uerba.
m Secundū Vinc. ¶ Qui declarabat hoc ibi, dicēs, q̄ si primus admissus probauerit matrimoniū, dabit illi: si demum alius idem probauerit, sed nō de anteriori tpe, licet pares habeat probationes cū prius agēte, prior obtinebit p̄p probationes & possessionem, q̄ hēt, de prob. ex literis. alias si simul adulterent, & probatiōes essent pares, magna esset dubitatio, cui deberet adiudicari, cū forte neutrū confiteatur suum virum. Concedere hoc dictū Vin. qñ ante factum p̄llaret, probationes debere esse pares. Sed quid si secūdus probet tempore anteriori? pro tanto dico audiendū utrunque: & si talis paritas appareat, dic, ut no. de test. in nostra. in fi. j. gl.
n Fallit autem. ¶ Reuertitur ad uerba Azon.
o Subdistingue. ¶ Secundum Tan. cuius uerba reassumit vsque ad ver. postremo. & habetur hæc pars 3. q. 11. in Summa.
p Lis est contest. ¶ Ex quatur opinionibus, quas Cy. recitat in l j. C. qui accus. non possin j. q. hæc est secunda, quæ etiam sibi placet, q̄ per contestationem dicatur nomen accusati receptum inter nomina reorum & qūo rñdetur ad l. adulteram. C. de adul. ibi uide. dicit enim l. illam loqui de absente post litē p̄testatā: quasi intendat, q̄ descriptioni nō sit necessaria p̄sentia describendi. ¶ Aduerte, s̄m Bar. in l. 2. C. ut nemo pri. ti. q̄ in criminali cā quandiu pendet cognitio super accusatione, an sit ualida, uelut dono ciu. dex iuste procedi pronunciabit, non recipitur qūs inter reos.

vult contra actorē scribere, sed tantum excipere, ut eū ab accusatione repellat, de quolibet crimine, pari uel maiori, p̄t ꝯ eum agere: & ꝓbato crimine in modū exceptionis, accusator repellitur, ut 6.q.j.qui crimen. ext. de adul. c. pen. & fi. C. e. quoniā Alexadrū ext. de or. cog. c. 1. & hoc quidē verum est, nisi a accusator eum accusēt de crimine excepto. nam tunc obiectu criminis nō potest eum a sua accusatione repellere, nisi sit eius capitalis inimicus, vel conspirator: ut hæc habentur & not. extra de accu. cum P. & de simo. licet Heli. & hæc sit diuersa in excipiente & accusante: qa in excipiente non quæritur de iure accusati, sed de iure accusatoris: & q excipit, non accusat, ut C. ad l Cor. de falsi. l. falsi. ff. de accusthi tantum. Itē ꝓbato crimine in modū exceptionis, nulla pœna punitur actor, sed tantum ab accusatione repellitur: &
16 uide q̄ hic desunt, ꝯ. de accu. † ¶ Postremo dicēdū est, quid iuris, sit qn̄ à diuersis partibus diuersæ quæstiones ꝓponuntur, quarū altera est criminalis, altera ciuilis: & quidem si actor ciuilem ꝓponit accusationem, reus autē criminalē, criminalis prius tractabitur, q̄ ciuilis: ut C. de ordi. iud. l. pen. & fi. & 3. q. 11. ciuili. nisi ciuilis sit præiudicialis criminali: quia tunc primo tractabitur ciuilis, vt 3. q. 11. si crimē. & C. de or. iud. l. fi. & s. dictum est. Vtrum libellus sit necessarius, & litis contestatio, in præiudiciali quæstione, no. ꝯ. in tract. libel. in tit. de ord. cog.

ADDITIONES NOVAE.

* Quando super incidenti & emergenti sit pronunciandum, Bal. in repertorio quod fecit super Innocen. in tit. de ord. cog.

* An iudex laicus possit de incidentibus spiritualibus cognoscere, Bal. vbi supra.

* Quid si coram arbitro incidat quæstio filiationis, an remittetur ad episcopum: & quid de arbitratore, uide Bal. in dicto repert. super eo. ti. Item q.d si fiat statutum quod iudex laicus possit cognoscere de spiritualibus, & q.d operetur. Bald. ibidem.

* An exceptio clericatus. excommunicationis, & periurii dicantur spirituales, Host. in c. de ord. cogni.

¶ Bald. de incidentibus Quæstionibus & ordine Cognitionum.

QVAESTIO Principalis dicitur illa, quæ mouetur principaliter propter se: & incidens large dicit, quę secundario mouetur, & ista quandoque contraria cur. ut exceptio qnq; adminiculatur, ut quæ incipit ab eadē parte, vt l. sicut, §. sed si quæratur. in gl. Azo. ff. si serui. uen. Bal. & qnque mouetur vna qō principalr, qnq; plures: si plures, aut ab una parte: & tunc si petitiones se nō ptingunt, admittit cumulatio: si se ptingūt, dic ut in l. fundi. & l. fundo. ff. de exce. & p Dy. in c. nullus plurib. de reg. iur. li. 6. si ad diuersa, ut quētio & recouentio, tunc si se ptingūt, reconuentio non hēt uim exceptionis, ut not. ff. de inofficio. test. l. Pap. §. si filius. & hoc casu si prius sententiatur super reconuentione, sententia est nulla, quasi indiscusa exceptione: argu. extra. de iud. c. exhibita. C. de ord. cog. l. fi. ¶ Si autem se non contingūt, tunc est aliqua, sed potest appellari: ut no. ff. q̄ sen. fine appel. rescin. l. j. §. fi. B. ¶ Incidit ciuilis ciuili: vt si petēti hæreditatē patris, opponit, ꝙ sit spurius. ¶ Item incidit criminalis, licet eius vigore pœna non aplicetur hsco ut no. ff. de adult. l. 2. §. fi publico. sed actio non dicitur criminalis, nisi principalis conclusio libelli sit ad pœnam fiscalem, ut not. in l. agraria. ff. de term. in gl. ¶ Ciuilis incidit criminali: ut si accusatus de plagio, dicat se dominū. C. de plag. l. pses. vel si agenti de adulterio, opponitur ꝙ est seruus, C. de adul. l. quoniam Alexandrum. ¶ Criminalis incidit criminali: ut si agenti de adulterio, opponitur de lonocinio: q.d fieri debet ante litis contestationē, ff. de adul. l. 2. §. q. hoc dicit. Et est spāle in ista exceptione, ꝙ cōuictus ꝓ exceptionem punitur, ut d. §. si publico. quia non habet solum vim exclusionis sed etiā punitionis, vt ibi p richar. ¶ Item incidit criminalis criminali: vt si accusas me de vulnere, ego excipio, ꝙ prius illum occideras: imo & si te accuso, habet ēt uim exceptionis reaccusatio, C. qui acc. nō pos. l. j. vbi de hoc, §. j. ver. scias. G. ¶ Dicitur ēt incidens quæstio, emendatio & mutatio libelli: quæ fieri p̄t ex eadem instantia, quando libellus peccat in materia: secus si in forma: quia omnino debet esse nouus libellus forma substantiali mutata. ff. de aduli. si accusaturus. de accus. l. libellorum. uer. ꝙ si libelli. arg. ff. de iust. & iur. l. ius ciuile. & de testa. mil. l. tribunus. §. ult. vide ꝯ. de libel. concep. §. actorem. ¶ Dicitur etiam incidens quæstio, replicatio: quæ potest Cumulari cū petitiōe, si actor vult: ut peto decē ex mutuo, nō obstante pacto de nō petēdo q.a postea fecisti pactū de ñ ptēdo, sm Ina. C. si uers. ad rē iu. l. j. Dī ēt icidēs qstio recouētio, ar. ff. d iurisd. om. iu. l. si idē. §. sed sit. pīsertim si ptingat principalem petitionē, sm Iac. But. Sciendum est autem, ꝙ incidentiū quædā debent eadē sententia terminari, quædam diuersa: & istæ ex primo, uel ꝓprio vocabulo, vocant, emergentes, q̄ prius decidendæ sunt. ff. de lib. causa. l. libera, ext. de iud. c. exhibita. sm Gul. Nō tñ est spīa nulla, si de incidenti ꝓnūcietur nec dī ꝓpterea instantia diuidi ff. de mi. l. in tra utile. Bal. Qñ incidens est talis q̄ ñ patitur litem contestari nec ꝓcedi, prius est cognoscendū de incidēti. Si aūt patit litē contestari & ꝓcedi, prius est cognoscendū de principali, uersi. & ut premissa. Gul. l. 3. ff. de puar. sm Alb. Pa. Gul. ¶ Quædā sunt ꝓstitutiones præiudiciales: quod dic, ut no. ff. de iu. l. per minorē. Quędā præambulę. uer. p̄t eriam. Gul. Sed primo debet pstare de re, postea de circunstantiis eius quæri, uer. secūdus est Gul. ¶ Plures accusationes possunt fieri ꝯ unum eodē libello, & ꝯ diuersos si simul delinquerunt, C. de acc. l. si quis homicidii. Si autem qlibet de p se, aut circa idem: & tunc idem, C. si reus, uel accu. l. 2. Si circa diuersa tūc non debent eodē libello permisceri: quia nullam habent contiguitatē uide j. porro. uide ꝯ. de sent. §. in uno & eodē. Gul. ¶ Præiudicialis quæstio prius est tractāda in petitorio: secus in possessorio, uer. certū. G. In exercipiendo nō quærit de iure acculati, sed de iure accusatoris. uer. fi. ad fi. G.

a ¶ De Petitorio, possessorio, & spoliatione: a Rubrica.

ADDITIO.

a Nullus ex practicis auctoribus directe posuit hanc Rubricam. ¶ Taoc. tamen parte 2. posuit rubricas de libello recuperandæ possessionis, seu restitutionis: item adipiscendæ: item & retinendę: & sic super rub. Possessoris. ¶ Roff. inter interdicta tractat de interdicto Vnde ui, Quod ui aut clam, uti possidetis, & Vtrobi.

SVMMARIVM.

1 *Petens se restitui, non potest nisi de alia spoliatione reconueniri.*
Excipi potest se spoliatione contra agentem, etiam de spoliatione.
2 *Duobus, vno cum petitoria actione, altero cum possessoria, simul adinuicem concurrentibus, vt vterque prius agat, quis eorum sit præferēdus.*
3 *Actore primo petitorio agenti, & reo secundo possessorio qui conquerātur de spoliatione, qualiter sit consulendum.*
4 *Petitorium & possessorium in iudicio posita si sint sup diuersa, qd iuris.*
Reconuentio quo casu tantum ante litis contestationem fieri possit.
5 *Spoliatio duobus modis potest in iudicio proponi.*
6 *Impetrans contra aliquem super petitorio, an ille possit contra impetrā temagere possessorio coram eodem iudice.*
7 *Quæstio spoliationis in modum actionis, uel exceptionis proposita, semp repellit agentem in causa criminali.*
8 *Exceptio spoliatiōis, qbus causis, & à quibus & quot modis fieri possit.*
9 *Contra procuratorem nomine domini agentem, an possit excipi, quod ipse procurator reum spoliauerit.*
10 *Exceptio de spoliatione non à tertio, sed tertię personæ facta, puta à qua causa est habita, an fieri possit.*
Possessor alicuius pignoris aduersus secundum creditorem non defendit ex iure primi creditoris.
11 *Exceptio spoliationis rerum priuatarum contra agentē de re spirituali, uel quasi an admittatur.*
12 *Depositarius, uel commodatarius, apud quem res deposita, uel cui commodata aufertur, an poterit restitutionem petere.*
Restitutionem petens debet probare possessionem & deiectionem.
13 *Debitor conuentus, qui tenetur per iuramentum soluere certa die, an possit opponere exceptionem spoliationis.*
14 *Spoliatus non tenetur respondere spoliatori ante restitutionem, nec vnquam est ei respondendum, si non sit soluendo.*
15 *Spoliatore vltra mare rem habente, satisdationibus est insistendum.*
16 *Recipiens à spoliatore condignum, videtur spoliationi renunciare.*
17 *Actio & exceptio, quo casu, & in quo differant: & nu. seq.*
19 *Episcopo petēte ab archidiacono iura episcopalia, q̄ possidet, si archidiaconus dicit se non teneri respondere, & c. cuius libellus sit recipiendus.*
20 *Iura episcopalia in multis consistunt.*
21 *Publicatis attestationib. & super eis factis disputationibus, an quis possit adhuc redire ad possessorium.*
Suspensio petitorij an possit fieri post conclusionem, seu renunciationem.
22 *Qōne de possessiōe orta, & de pprietate, prius possessiōis quæstio finēda.*
23 *In quæstione de possessione & proprietate, si prius super proprietate ferātur sententia, an teneat.*
24 *Regula ista, Dolo petit quis quod restituturus est, locum habere dicitur, tam in petitorio, quam in possessorio.*
25 *Appellatio dicitur extinguere & suspendere pronunciatum: qua pendente nihil est innouandum, nu. seq.*
Causa possessionis nil habet commune cum proprietate.
27 *Iudex qua parte habeat pronūciare, vbi actum est mere possessorium, & ab altera partium plene probatum est de dominio.*
28 *Petitorio intentato an possit ad possessorium recursus haberi.*
29 *Agi simul interdicto retinendæ possessionis, scilicet Vtrobi, & Vti possidetis: & petitorio, an sit possibile.*
Possidenti non datur rei vendicatio.
30 *Rei vendicatio ratione solius detentionis rei potest dari pariei, qui possidet, cum alius detinet.*
31 *Intētāti interdicto Vti possidetis an, possit exceptio spoliationis opponi.*
32 *Iudex qualiter pronunciabit, vbi agitur interdicto Vti possidetis, si partes probant æqualiter se rem, de qua agitur, possidere.*
33 *Possessio quibus modis possit amitti, & absque vitio apprehendi.*
Iactare pecuniam suam nemo præsumitur.
34 *Cautela pro aduocato, per quam poterit facere suum clientulū obtinere.*
35 *Cautela ad obtinendam & apprehendēdam possessionem alicuius rei absque vitio quam quis ad se asserit pertinere.*
36 *Ecclesia nunquam moritur, nec eius possessiones, etiam beneficio vacante, dici possunt non possessæ.*
37 *Vacante ecclesia apud quos remaneat iurisdictio.*
Ecclesia an dici possit p canonicos possidere, sicut & ciuitas p suos ministros.
38 *Duobus de possessione contendentibus, quorum vnus turbat alium, & ambo dicunt se in solidum possidere, nec volunt de se inuicem conqueri, an possit iudex eos cogere petitiones suas offerre.*

Interdictum Vnde vi: seu constitutio, Si quis in tantam, quo casu specialiter adaptetur.

SVpereſt, ut aliqua de poſſeſſorio & petitorio, primo dicamus poſtea de Spoliatione pauca dicturi.

p vel nõ, ff. de euic. l. ideoq; §. pen. & hoc verius videtur P. ¶ † Itẽ
8 cum in criminali cã de calumnia iuretur, vt in §. reus. nunquid reus pro confeſſo habebitur, ſi nolit iurare? Videtur q nõ, ff. de q̃ſt. l. j. §. diuus. ſed ibi loquit, qñ quis cõfitetur p quæſtiones, ſeu
9 per tormẽta. † quia quæſtio res fragilis eſt, & periculoſa, & q̃ ve ritatem fallit, vt in ea. l. §. quæſtio. Vnde dico, q ſi nolit iurare, habebitur p cõfeſſo, ff. de cuſto. & exhib. re. ſi cõfeſſus. ſecundũ
10 Vber. de Bo. ¶ † Sed nunquid dabitur tempus ad deliberandum
q iuranti de calumnia? Reſpon. ſic, ſecundum H. ff. de inter. act. q interro-

ADDITIONES.

a Sententiam. ¶ Quam ſi iudex ferre non vult, vide ibi: ſtatim remittam.
b Extra e. c. fi. ¶ De hoc ibi no. in vlt. gl. & uide, quod ſuper ea dixi.
c §. j. ¶ Certum eſt, q præcipitur de iuramento calumniæ præſtãdo, locum habere ẽt coram arbitris. textus n. eſt in l. 2. C. e. tit. §. ſed quia veremur. Pil. aũt dicit, ubi ſ. par. ij. ver. hic quæritur. q hæc pœna eo caſu non habet locum vt hoc caſu: ſicut in multis aliis differunt compromiſſa & arbitria iu dicis. Illos alios caſus vide ſ. de arbitro. §. differt.
d Iuſſus. ¶ Idem Acc. poſt Io. per eãdem leg. ut no. in l. 2. §. q fi. C. eo. ti. Idẽ Pil. vbi ſ. parte 2. ad fi. inducit eundem §. Hoc tñ intelligendum eſt, qñ ha buit iuſtã cãm recuſandi: puta q a priuilegiatus erat de nõ iurando à iure, vel a principe. de primo ſ. §. 2. verſ. & nota ſm. De ſcd̃o ibi dixi: vel forte pœnituit ante ſniam, qđ ſibi licuit ſm Pil qui duo allegat, ſ. q pœnitudinis humanitas nõ dẽt auferri, C. de app. ſi q̃s libellos. 2. q. 6. Itẽ ſi iudici daret optio, deberet hanc mitiorẽ eligere, ff. de act. & oblig. Arianus. Ad priũ, q recuſando iurare, fateri videtur ſe iniuſtam litẽ fouere. Sibi tñ placet primũ dictũ: qđ placet ẽt Fran. Vercel. e. ti. c. fi. & Gui. de Su. ſup l. 2. C. eo. §. q ſi. fal. ſm ſecundũ Iac. de Are. ſi nõ intererat aduerſarii. arg. ff. de nox. ele ctio. de optio. leg. l. mãcipiorũ. Gul. allegat C. de his, quibus vt indig. l. alia. cum pcor. ibi in vl. gl. hoc dico, ne obſtet l. ante pe. ff. de ver. ſig. quæ uult, q a pœna legis nõ appelleturi: facit extra de app. quia nos. Vnde dixit Simõ Vinc. illum appellare nõ poſſe: quia nõ ſolũ a iudice, ſed a lege damnatur Sed dic, ut ſ. dixi. Nec obſtat opi. q̃ Fran. attribuit Azo. O do. ſ. q talis nõ appellet, q a ptumax: quia illud falſũ in ptumace in nõ parẽdo. per prẽd. §. iuſſus. ſup quo vide, qđ not. in cle. de do. & contum. ſi ante. in prin. vlt. glo.
e Et Io. ¶ Allegant ff. qui ſatiſ. cog. ſi vero. §. j. Alex. contra in fi. l. ij. C. eo. inducit legem, quæ ſequitur. pro eo facit, quia certa pœna imponitur, & infra vide uer. ſed quid in his.
f Executio, &c. ¶ Non habet iniuriam.
g Dixit Bul. ¶ Cuius dictum Cy. recitat, nec reſiſtit.
h L. ſi. ¶ Per hanc l. tenet Albe. Gal. hanc partem hoc tit. in fin.
i Tamen dicunt. ¶ Francil. dicit quod hoc tenuit Old.
k Magnæ. ¶ Vide ſ. de citat. §. j. in fi. & ſ. de actore, §. j. ver. ſed quid ſi iuraue rit. & ibi remiſsio.
l Si epiſcopum. ¶ Per hanc pcor. q̃ vult, q delictũ perſonæ nõ noceat eccleſiæ, puto idẽ in plato, uel ſyndico eccleſiæ, q recuſat iurare. vñ dixit Gui. de Suz. C. de ſac. eccl. l. iubemus. j. q ille prælatus, vel ſyndicus ſoluet de ſuo æſtimationẽ litis: alleg. C. de ſer. fug. l. quicunq;. & vnde vi ſ l, meminerit. Simon Vin. Alleg. in aut. vt lit. iurent. § j. & formabat cãm in omni legitimo adminiſtratore. Subdebat Gul. l. q ſi nõ hẽt vñ, nõ puniet eccleſia. Sed ex hoc ſequereſ abſurdũ, q in cauſis monaſteriorũ agẽte abbate, nõ iu rabitur de calũnia: ſed eis agẽtib. ceſſat pcluſio abſurditatis: quia iudex nõ plus procedit: facit, qđ hic ſequitur verſ. q d ſi partes. In reo igitur remanet abſurditas, p p q̃ in aliis terminis, pcurator ꝓpellitur iurare, ff. de, pc. l. ſed ex his. & l. ſed & hæ. § præter. Subdebat igitur Gul. q cũ nolle hoc ca ſu iurare & ꝓiteri, ſit idẽ, C. de iur. calu. l. ij. §. q fi & eccleſia ſuccumberet & per pfeſsionẽ illius abbatis, vel ſyndici. facit, q not. in ipſa l. iubemus. & ff. de confeſſ. certum. §. pen. ſequitur, q illo recuſante iurare, ſuccumbet: & & dicit Gul. q hoc ſibi placeret, quando lis eſſet calumnioſa, ff. de admi niſt. tu. quotres. §. ſicut. multa exemplaria Gul. habeo, & in vno ſolo reperi hoc dictum.

ADDE. vt per Panor. in c fi. extra e. ti. qui de hac additione mẽtionẽ facit, & aliter diſtinguit. Et quando delictum prælati noceat eccleſiæ, vide Pe. de Anc. conſi. 157. & q pfeſsio prælati habentis adminiſtrationem cũ conuentu, vel capitulo, non præiudicat eccleſiæ, tenet Ro. cõſ. 389. de quo vide etiam Ang. conſ. 214.
m Prædictas pœnas. ¶ Concor. Franc. Vercel. eo. tit. c. j. in vlt. q.
n Sed nec. ¶ Puto quod debet dicere, & ponderata lege, quam allegant ex verbis Acc. in l. ii. eo ti. in prin. in gl. caue tibi.
o §. j. ¶ Huic conſentit Pe. de Bel. vt ponit Cy. l. ij. C. eo. tit. in 9. q. allegat etiam ff. man. l. Quintus. & de admi. tu. quot. §. deniq;. idem Alb. Gal. hoc ti. ver. pe. Simon Vin. dixit idem, ſub dubio forte.
p Videtur. ¶ Refert Fran. eod. ti. c. 1. hoc placuiſſe Lothario, Iacob. Bald. & Conrado.
q De cal. ¶ Circa hoc aduertendum eſt, q duobus modis formatur hæc q̃ō. Vno, an detur tempus deliberandi ſuper iuramento pſtando. & ſic quærebat Pil. vbi ſ. & patet, q ſic: alle prin. §. q ſi actor. in l. 2. C. eo. ti. ibi, & hoc legitime fuerit approbatum. idẽ Acc. in gl. per hoc apparet. j. allegata alle gat §. quod obſeruari. ea. l. & idem tenet Fran. Vercel. eod. tit. c. j. in q. pen. alleg. l. iuſtũdum & ad pecunias. in prin. j. allegatas. & ne ſubeat anceps periurii, ff. de in lit. iur. l. videamus. Ale. in fi. l. 2. tenet idem, ſub dubio for tẽ: ſed hoc improbat Cy poſt. prin. l. ij. C. eo. in v. q. iõ quia iſte habuit tps ad deliberandũ ante pteſtationẽ litis. Sicut ergo deliberatus eſt in illa, ita & in iuramento eadẽ ratione nõ datur deliberationis tẽpus actori, qui deliberatus debuit venire ad iudicium, C. de dilat. ſi quando. & hoc placet. Aliius intellectus eſt, q præſtito iuramento petitur tempus ad deliberandum ſup reſpõſione fienda per illud: & de hoc not. hic, & in dec. pen. extr. eo. ti. & in præd. l. 2. §. quod obſeruari. & in hoc veritas pſiſtit, q regulari, ter dilatio hæc nõ dabitur. Poſſet caſus exiſtere tam perplexus & dubius quod daretur: & not. in præd. decret. penult.

interrogatus.ff.de intreiur.iusiurãdum & ad' pecunias. Alii dicũt contra,cum non rñdeat tũc nisi de credulitate: secus in iuramento de ueritate,vbi de scientia rñdet.quod dic,ut s. no.ext.de iur. cal.c.pẽ.& C.eo.l.2.§.q̃ si actor.in gl.per hoc apparet.& j.tit.px. §.vi.ver.item no.quod in iuramento.Ergo de calumnia non cõcedetur dilatio,quia statim potest absque nota periurii respõdere,Credo,vel Nõ credo.Et nihilominus si proponatur,q̃ hodie habet aliam conscietiam,per ea quæ postmodũ audiuit,cogetur iterũ respondere,arg.ff de dam infect.qui bona.§ si quis stipulatus.& ff.famil.erc.inter cohæredes.§.si fami.erc.secũdum do mem,ut not.ext.de prob.quoniam contra.super verbo interrogationes.secus in positionibus,ut in præd.ver.item not.[2]

ADDITIO.

Item no. ¶ Et est simile,quod no.de confes.c.2.lib.6.in fi.pen.gl. & dicam j.tit.prox.§.9.super uer.item illud nota.

ADDITIONES NOVAE.

Quis debet primo iurare de calumnia an actor,an reus.Archi. ponit extr. de iuram.cal.c.j.lib.6.& arguit pro & contra: & dicit q̃ forte in talibus nõ est ordo attendendus,ar.l nec ordo.de solu.ff. An autem in talibus detur dilatio ad respondendum ibidem format,& remittit ad nota. per gl. in c. cum causam.extr.eo.

Quid si aliquis iurauit ad sancta Dei euangelia nunquam iurare,an cogetur iurare de calumnia,si casus accidat,veritas est q̃ sic,q̃ omne iuramentum semper à potestate superioris videtur exceptum,c.venientes,extr.de iureiuran.Bal.in l.2.§.sed quia.de iuramen.cal.

Si oportet me ire ad aduersarium,ut iuret de calũnia,tenetur ad sumptus itineris,non autem ad sumptus cibariorũ,nisi esset talis persona quę aluisset me ex mea opera,Iac.Butrig.in l.sed & si hereditatis. §. quo autem loco.ad exhibendum.& dicit q̃ non,per l prætor.§.defendi.ex qui.ca.in po. ea,facit l.eos.§.si quis autẽ.in fi.de appe. Quod autem istud iuramentum mitti debeat aduersario mittentis,& petentis fac.l.sed sciendum.ad Treb. gl.no.contra in l.2.ex quibus cau.in pos.ea.Dynus.

Quid si exacto iureiurando proceditur ad cãm.de hoc per Bal. in l.iusiur. §.qui iusiurandũ.de iureiurando.ibi in tex.si exigatur,vbi sic dicit Bal.tene hoc singulariter menti:quia videtur q̃ iusiurandum calumniæ habeat tacitam conditionem annexam si petatur vñ potest omitti & remitti etiam expresse si mõ non sit petitũ,& talis remissio habetur pro omissione tantum, vnde non petitum & expresse remissum postea lite pẽdẽte põt iterũ peti,quasi sit omissio.sed si esset petitum,omissum uel remissum, vitiaret processum.l.2.§.sed quia.de iura cal. Bal.

In c.præsentũ.extr.de testi.lib.6.in gl.si in fi.& dilucide, & nõ solũ de veritate,sed ẽt de credulitate,secundum Host.dicas q̃ quilibet dẽt iurare de vericate,dẽt respondere & de credulitate.Induxit de re iud.c.cũ olim.§. j.in fi.& in Súma de iuram.ea.§.qñ. ver.sed quid dices hic & ibi q̃ veritate inspecta iuramentum est de credulitate:quia si id quod nõ credo pfiteor & affero verũ esse dejero,22.q.1.homines.De iureiu.& si Xps.22.dist.psalmista.In omni ergo iuramento cauendũ ne quis dicat q̃ scientiã.De scruti.ca.j.& si illã sequitur sufficit.3.q.9.hortamur. Ioan. An.ubi s. in nouel.

In l.ait prætor,de dam.infe.ibi postulaturus.& sic nota,q̃ si petit proprio nomine de propria calumnia iurat: vel sic qñ proprio nomine iurat, vnũ tantum,scilicet de calũnia sua:quando alieno nomine iurat, q̃ si dominus præsens esset idem esset petiturus. Bald.

An procurator datus ad omnes causas cum mandato iurandi possit vigore dicti mandati iurare de calumnia,& quid de procuratore ad negan. no. in c.nullam causam.de iur.cal.li.6.Ioan.An.in nouel. vbi etiam dicit q̃ qñ procurator habet spãle mandatum ad iurandum, dominus non potest cõpelli venire ad iurandum de iuramento veritatis. Bar. de dam. infe. l. qui bona.§.si alieno.

In l.ij.§ sin autem.de iuram.cal.dicit Bal.q̃ si causa sit agenda sine strepitu & figura iudicij,quod tunc procurator potest iurare sine speciali mandato.vide ibi Bal.& Bar.

Dñs debet mandare procuratori q̃ iuret in animam suã,& tunc procurator debet iurare in animam domini.notat gl.in auth.itẽ sacramenta de pace iur.fir.de quo est casus in c.procurator.de electio.li.6.& ille qui iurat in animam alterius debet dicere veritatem non de eo quod sibi videtur, sed de eo qđ dixerit ab eo in cuius animam iurat. & si non iurat quis pro se sed tantũ in animã alterius,& ipse ueritatẽ sciat, illa aũt cuius noĩne iurat nescit.nihil dicet.q̃a de se non iurat.ita not.ext.de testi. c.ad hoc. per Inno.

Nunquid si lex vel statutum requirat alicuius propriũ sacramentũ possit per procuratorẽ iurari,not.in c.ut circa.de electio li.6.per Arch. & Ioan. An videtur tenere q̃ non.& no.eo.ti.& lib.c.nulli.per Archi.

In l.actori.de iureiuran.quid de his qui hæredem non habent, ut vniuersitas:quia is qui non potest mori non potest hæredem habere,l.j.in fi. si qs ius dic.nõ ob.pone ergo q̃ syndicus habet mandatum ꝑhendi cum iuramento,& iurat.quid operatur istud iuramentum. nam ciuitas non habet animam.ut c.pœnæ.ext.de sent.ex com.per Inn.Respondeo aut Ioqueris quo ad ꝛeatũ periurii,& non obligantur nisi iurantes & mandantes:aut loqueris quo ad perpetuũ esse,& certe dico q̃ illud iuramẽtum repræsentat rempublicam loco maioris,ut non restituatur amodo in integrũ, sicut dicit in minore.& hæc fuit sententia Ray. in summa de iureiurando. fac.c. præsentium.de iureiurando lib.6.vnde quo ad firmandum dicas idem in ciuitate quod in minore.in ecclesia autem non potest fieri q̃ non habeat loco minoris,& ibi est fauor ecclesiæ. Bal.vbi s.

In l.ab hostibus.ex quib.caus.maior.ibi,si autẽ vt plerumq; &c.dicit Bal. per hunc tex.cum gl.q̃ quoties pro absente piuncta persona agit, & petit aduersarius q̃ absens veniat ad iurandum de calumnia, si modo sit multũ absens,detur curator bonis qui tanquã legitima persona iurabit.& gl.hoc determinat in c.ceterum extr.de iuram.cal.in gl.pe.vide Bar. in l.2.§. qđ obseruari. C.de iura.cal.vbi videtur tenere contrarium.

Nota q̃ iurans debet iurare cum manu non cum fronte,no.glo.in c.vt circa.de electio.lib.6.Bal.in l.j.si aduer. vendi.

In l.generaliter.C.de iureiuran.no.q̃ tumax in nõ iurando non habetur pro confesso ipso iure.sed est in arbitrio iudicis:ad iudicem enim spectat causam determinare.nam quod non est vniforme, & potest esse iustum & iniustum,ad iudicem spectat declarare,ut Leius qui delatorem.de iure fisci.Bar.in l.manifeste.de iureiuran.

Quid si citatus ad iurandum de calumnia est contumax, an perdat litem Andreas de Barulo dicit q̃ non:quia q̃ perdat litem ille qui non iuit iurare est verum in eo qui præsens est.& iurare non vult,ut no.in l.locorum.C. de omni agro deserto.lib.xj.

¶ Bald.de Iuramento calumniæ.

ANTE litem contestatam si seorsum a lite contestata non præstatur iuramẽtum calumniæ, nec iudex ꝑt ipsum exigere, nisi in summariis,& in his quæ ante litis ꝓtestationem expediuntur,§. j. ver.sed pone. G. ¶ Multiplex est iuramentũ,s.de veritate,ff.de re iud.l.j.per Ia.decisum tñ hocnũquam est,nisi agatur inter partes:q̃ sit decisum de malitia.de calumnia:est & aliud de veritate,qđ præstatur in spiritualibus cau is ad litis ordinationẽ,si ad litis decisionem,uer.unde ad huius. G. ¶ Suspectus est ꝺ malitia, qui post terminũ peremptorium proponit dilatoriã:ideo iurat G. ¶ Iuramentum calumniæ non extenditur ad iuramentum de veritate, nec econtra: versic.fi.G. ¶ Non iurat de calumnia,qui impetrat a principe summa priuilegium declarari,vel petit dispensationẽ vel aliud simile,q̃ unes gratia,uel iure scripto:uer.quid sub.§.sequit.G. In causa enim facti iurat decalũnia,si in eã iuris,ſm Ric. ¶ In causa appellationis iurat de nouo de calũnia,nõ qa ibi mutat actio,uel causa,sed qa requirit nou' ordo iudiciorũ:& iuramentũ calũniæ potius respicit ordinẽ q̃ factũ,versi.q.d de causa. ¶ Vbi iudex procedit,motu proprio ex officio,nõ iurat de calũnia.uer.quid si causa.G.quia extra ordinem procedit,nec propriæ sunt: partes. G. ¶ Si reus confitetur libellum,quo ad originem petitionis, tamen negat quo ad effectum conclusionis:quia opponit exceptionẽ:debet tñ actor iurare de calũnia,quia causam probationis desiderat.ver.pone q.G. ¶ Ille,qui negatle possidere,nõ cogitur iurare:quia nec iudicium patitur, ver.quid ergo.G. ¶ Abbas non potest dici principalis persona in causa suæ ecclesiæ.nisi tellicetur.§.restat.uer.q̃ si aliquid.G. ¶ Etiam post quã ꝓcurator negauit positiones:dominus est interrogandus super eis,si dicatur melius nouisse factũ,eo.ver.ibi,tñ.qđ est not.vide s.de proc.§.si ꝓcurator respõdit.& si actor malit. ff. de procur. G. ¶ Iuramentũ calumniæ nõ potest specialiter cõmitti, nisi quod causæ prosecutio committatur,ver.qđ si platus.G. ¶ Si iudex Perusinus scribit Fulginati,q̃ recipiat testes,uel iuramẽtũ in cã principaliter mota corã iudice Perusino,Fulginas nõ recipit auctoritate commissionis.uel remissionis,sed sua ꝓpria,uer.talis iudex.G.vide s.detestes.§. si causa est. ¶ Procurator ad extraiudicialia principaliter ꝓstitut',utad petẽdũ absolutionẽ ab excõicatiõe,ꝓtiurare sine specifico mãdato q̃a iuramẽtũ est de forma rei mandatæ,& quia in extraordinariis,&c.ut l.qui bona.§. qui alieno.ff.de dã.infe.& ita fuit iudicatũ in causa regia.cui etiam konsũ erat remitti iuramẽtũ.G. ¶ Cuius expẽsis mittat ad absentẽ,uer.sed ad cui'.G.l.hæc autem.ff.ex q.cau.in possess.eat. ꝓ Accur.& eo. ti.l.ait ꝓtor.§. defendit.ꝑgl.B.Causa quætionis põt seorsum ꝓbari à causa recõquætionis, sed nõ à causa cõmunionis.§.nũc dicẽdũ.uer.sed qs.G. ¶ A pœna inflicta ex cõtumacia ꝓsentis,appellatur secus in contumacia absentis,§.fi.uer.sed nunquid.G. ¶ An in notorio iuretur de calumnia.§.cum. me absente.q̃ nõ: quia exigitur probatio.uer. si emptor.G. ¶ Etiã in criminali cõtumax in iurando de calũnia habet ꝓfessio,uer.item cũ in criminali. G. ¶ An Iuramentum calumniæ habeatur loco probationis,vbi probatio fit per iuramẽtũ;no.ff.ad exhib.l thesaurus.q̃ sic,& no.in auth.de exhi.re.§.si uero.nide omnino s.de primo & secundo dec. §.qđ iuramẽtũ. & j.eo.§.si per statum probatur accusatio ꝓ iuramentũ, reus debet cõdemnari:sed tñ potest agere de periurio ad interesse, ff.mand.l.fideiussor. §. in omnib. & ibi per Ric.& Cy.uide j.§.pone. q̃ ex forma statuti per iuramentum probetur damnum,quid si accusatur forensis,& negat iurisdictionẽ, an probabit iurisdictiõ?dicit Io.An.q̃ nõ,in c.j.de fo.cõpe. lib.vi.in no. ¶ Iuramentũ nõ ꝓsumitur solẽne:quia est qualitas extrinseca,vt no.in c.vt circa.de electi.li.6.vide s.ti.j.§.notarius. ¶ An vbi iuramẽtũ:defertur a iure sine ministerio iudicis admittatur ꝓbatio in ꝓriũ.no.in c.statutũ.de reseri.li. vi.in nouel. ¶ Iudex ex officio põt ẽt post ꝓclusionem in causa, exigere iuramentũ de calumnia, sicut iuramẽtũ veritatis,vt no.in c.j.de iura.cal.lib.vj.in nouel.In termino iuris mitius agitur.quã eũ termino hominis, id est iudicis, vt no.in c.j.de ele.per Archi.& eo.ti.quamuis.lib.vj.in nouel. ¶ Iudex q̃ taxat,raro,vel parum minuit de eo,quod iuratur,vt no.Inst.de suspe.tu.§. consequens.in gl.ordinaria.Bal.

¶ De positionibus.[a] Rubrica.

QVoniam post iuramẽtum de calumnia, vel de veritate, prestitum,probationes utriusque partis sunt recipiendæ:ideo positiones inuentæ sunt, vt per eas partes releuentur ab onere probationis.ut j.dicetur:idcirco ꝓstito iuramento de calũnia, statim debet dari terminus ad faciẽdum

ADDITIO.

[a] Pileus nõ formauit rubricã istã:sed ad materiã facit parte 2.vbi de interrogationib.& ꝓfessionib' post litẽ ꝓtest. ¶ Tan.parte 3 sub rubrica de interrogationib.faciẽdis in iure. ¶ De Rofr.dicã in tex.q̃ a nõ posuit in libel. sed ibi pricipaliter de rñsionib'. ¶ Vber.de Bo.aliquid in char.8.vbi qđ habẽt rubricã đ positionib',sed pleni' charta vl.post tractatũ s.px. ¶ Io. de Deo illã prosequitur Cauil.li.v.rub.de positionib',& rubricam de hoc posuit lib.Iudic.parte ij. ¶ Bonagu.in tota quarta parte sui operis de positionibus & interrogationibus tractat. ¶ Aegid.rub.xlvi. & duab.seq.& demũ uidẽs se in illis nimis fuisse breuiloquũ,materiã plenius ꝓsequitur, eã diuidẽs in sex mẽbra,rub.cxxii.& quinq;sequẽtib',vbi in fi. 126.tractatũ extollit.Alb.Gal.posuit rubricã de hoc. ¶ Gui.de Suz ponit duas rub. primã sub officio aduocati actoris,đ ipsis positionib':secũdã sub officio aduocati rei,de positionib' sup exceptionib':adde,qđ dicã sup nigro,in pr

dum positiones, secundum doctrinam traditā ff. de dilat. in fi. & ideo de positionib. ad primum utilitatem aliqua differamus, dicē
a tes. ¶ Primo quid sit positio, & vnde originē traxit. ¶ Secūdo,
b quare fiat positiones, & de ipsarū effectu. ¶ Tertio, in quo differāt ab interrogationibus, & quis debet positiones, vel interrogationes facere, vel formare. ¶ Quarto, quando sunt faciendæ. ¶ Quinto, qualiter sunt faciendæ. ¶ Sexto de responsitionibus ad eas. ¶ Septimo, quib. modis positiones impugnētur & reprobentur, & de cautelis circa eas: ¶ Octauo de effectu positionū: ¶ Nono, de pena non respondentis, vel falsa respondentis: ¶ Decimo de quibusdam dubiis.

ADDITIONES.

a Dicitur. ¶ Rof. speciale tractatū facit de his extra libellos, q. incipit. Quoniā freques, & quotidianū est usus positionū, &c. subdēs q. quātalis erat ibi plenius de illo tractandū, ff. de libel. gl. legauit in princ. & de usuca. l. iusto ere rorem prin. facit autē octo membra, quorū sex ponit, auctor sub tribus primis: septimum est sub quarto, octauū sub septimo, & de his patebit in processu. Est autē sciendū. q. Tan. vbi s. q. rebat de quinq. Quis faciet interrogationes. Quis illas formabit, & qualiter. Item qualiter illis rūdeat, & de quibus rebus fiāt. Item sciendū, q. ultra Practicos auctores, de q. b. sup rub. de vltra tractāt multi hāc materiā: de qua et ego scripsi lib. vi. de pfes. c. j. & ij. i glosis super glossas, vt j. remittā. Odof. dicit esse tractatū, qui incipit, De positionib. q. in iudicio fūt: & de quo j. dicā. Primus & secundus etiam de nominatis in proœmio, de his prosequitur quisque in suo membro. Ia. de Are. fecit etiam tractatum de positionibus. & Ia. de Ra. & Pet. & hi tribus plene tractat Cy. in j. ij. C. de iur. cal. in §. quod obseruari. in fin. & vltra membra de quib. s. abino. quedam alia membra, scilicet: Quo iure sunt introductæ positiones: Quo iure fiunt: unde dicatur positio: Quo tempore fiant. Et usque ad quod tempus fieri possunt: Vbi fiant: Per quas personas. Et cui fiāt: An eidem positio ni sit bis respondendum: Et, an de facto aliquo fieri possint. hæc ibi videas, & de aliquib. infra tangam.

b Effectu. ¶ Per errorem videtur hoc hic positum, quod infra ponitur pro octauo membro: posset hic sumi effectus pro causa.

SVMMARIVM.

1 *Positio quid sit, & vnde traxerit originem.*

Positionum definitio, & origo.

1 §. Primo ergo nobis dicēdum occurrit, † quid sit Positio & vnde originem traxerit. Et quidē, secundū Rof. positio est dictum loco interrogationis positum. nam quod olim sub forma interrogationis ponebatur, hodie de plano ponitur, verbi gratia: Si uolebam te conuenire nomine hæreditario dicebam sic: Domine, interrogetis T. an ipse sit hæres talis, & ex qua parte sit hæres, ut s. de interrog. ante lit. cōtest. faci. hodie vero sic dicitur: Pono T. esse hæredem talis. Item posito ipsum ex asse esse hæredem, arg. extra de lit. contest. c. vnico. Sed cum hodie etiam fiāt interrogationes, ut extra de fid. inst. cum Ioannes. propefi. & etiam super positionibus iudex interroget, ut j. dicam §. v. ideo videtur melius sic posse describi: Positio est breuis verborū formula, mentem ponentis continens, ad veritatē eliciendā
a concepta, ut j. §. prox. [2] Traxit autē originem & causam hoc ver
b bum Positio [b], nō solum exusu hominum diu in causis inolito [c], verum & ex lege antiqua, ut patet ff. de leg. 3. Offidius. §. ex diuer
c so. ibi, pone, inquit, in credito, &c. [d] & etiā a iure nouo, ut extra
d de confes. statuimus. [e] & de lit. contest. c. unico, ibi, cum non per positiones, &c. & de ele. dudum. ij. ibi, cum nō p positiones, &c.
f & de testib. adhæc. alias incipit, præsentium [f].

ADDITIONES.

a §. prox. ¶ Quinque alias diffinitiones, s. Vin. Io. Mo. Ia. de Are. Ia. de Ra. & Arch. vide super j. gl. in prin. de confes. c. j. lib. vi. vbi et dixi, quare dicatur positio & quo super ea lis ponitur. Cy. aūt, vbi s. diffinitionem Ia. de Ra. exponendo prosequitur. ADDE aliam diffinitionem Bar. in §. qd obseruari. de iur. cal. ADDE ad materiā istam positionum, videndum esse Lanf. in repet. c. quoniam contra. §. responsiones. extra de prob.

b Positio. ¶ Vide, q. inhoneste reprehēdit Cy. vt s. Canonistas, dicens, q. dñt positiōes iductas de iure ciuili, hoc esse falsum q. a hic & in dec. j. de confes. nō quæritur, quo iure in ductæ sint positiōes. sed vnde sumi potuit hoc uerbū Positio: fateor ergo cū ipso, q. iure ciuili non sunt iductę & si inductæ dicerēt, potius id esset ex §. fi. i auth. de his, qui ingre. ad app. nō tñ putat, qd ibi id senserit, Imperator. Dicamus ergo cū cle. statim alleg. qd ab usu inductæ sunt, postea per ius canonicum approbatæ. dilat atæ etiam ad forum ciuile de facto. ADDE hæc ultima uerba dicit etiam Bart. in d. § quod obseruari.

c Inolito. ¶ Vt in clem. de verb. sig. sæpe. ver. & quia.

d Credito, &c. ¶ Rof. posuit plus de textu, qui talis est: Imperator interrogauit partem legatarii quærendi causa: pone, &c.

e Statuimus. Lib. vi.

f Incipit. præsentium. ¶ lib. vi.

SVMMARIVM.

1 *Positiones quare fiant, & quis sit ipsarum effectus.*
2 *Onus probādi per testes, graue est: & commodius est aduersarium ad onera petitoris compellere.*
3 *Confessiones facilius fiunt quam testium productiones: nec sunt testes necessarii, postquam quis confessus est.*

1 2. §. Secundò videndum est, † quare fiant positiones. Et quidē, vt ponens releuetur ab onere
a probationis per cōfessionē aduersarii [a]: vt extr. de confes. statuimus [b]. & ff. de iureiur. cum qui. resp. j. nā & ad hoc fiebāt olim interrogationes, vt ff. de inter. ac. l. 2. 3. & 4. & vt ueritas eliciatur ex ore litigantis, ext. de iur. cal. cæterum. & extra, de præsum. nōne. Positiones enim loco probationū succedūt, vt j. §. prox. dicetur. nam & in sacramēto calumniæ continet, ne quis exigat probari onē ab aduersario, quam non putat necessariā, vt s. de iura. cal. §.
2 nunc dicamus: ¶ † Et graue est onus probādi per testes, & commodius est aduersariū ad onera petitoris compellere, ff. de reiuē.
3 is qui destinauit. † & facilius fiunt confessiones, quam testiū productiones [c], extra de testi. cum olim. & de testi. cog. cum super. & postquam quis cōfessus est, non sunt testes necessarii, ext. de tran sac. c. præterea quia pro quieto habetur, extra de pfes. c. 2. C. eo. l. vnica. & per confessionē res fit notoria, ext. de cohab. cle. & mul
d & c. ii. de verb. sig. cum olim. & premissæ rationes probāt [d], quod prius debet poni, quam ad genus alterius probationis veniri [e].

ADDITIONES.

a Aduersarii. ¶ Quomodo cōfitebitur positionem, qui negauit petitionem, notatur in præ. ver. & quia. in gl. 2.

b Statuimus. ¶ lib. vi.

c Productiones. ¶ Propter laborem expensarum, & quia vix inueniuntur idonei Aegid.

d Probant. ¶ id est, approbant, & cōmendant, & præcipue quo ad certum articulum: de hoc j. §. quarto.

e Probationis ueniri. ¶ Hic satis cadit quæstio illa duo membra, s. vbi fiāt, & quo iure fiāt positiones, vel rōniones? De primo dicit Pileus parte j. rub. pen. loquens de interrogationib. ante litē, testatam de quibus data fuit remissio, s. de inter. §. fi. in fi. C. faciēda sunt i loco iudiciali: & verbū In iure. qd est in l. j. §. interrogatorius, intelligit, id est, in loco, in quo ius redditur, & nō in iure, & in iudicio ia in stituto: imo si reperīt, q. hāc in malicio, dicit intelligēdū, id est ante iudicium, vel apud iudicē: uel accipit large, id est dū qs cōuenitur, licet lis ptestata nō sit. Nec putes, q. ipse Pileus intendat post ptestationē litis interrogationes p iudicē fieri nō posse. Eius ōriū est verū, de quo j. §. 4. circa medium. licet intendat ad illas nō esse necessariā ptestationē. Ia. aūt de Are. de positionibus tractans in sua diffinitione, ad q. remissi s. §. j. ponit illud verbū In iure, quod intelligit proprie in loco, vbi ius redditur, cum positiones fieri habeant cā cognita, & ad litis decisionē, super quo uide, quod no. ff. de inter. ac. l. 4. q. incipit, voluit. & l. vlt. gl. & de hoc Cy. vbi s. in ix. q. Est et sciēdum, q. in l. vna. C. de confes. in §. materia hanc repetens, an requiratur confessionem fieri apud iudicē pro tribunali sedentem, an ualeant ēe factæ apud tinerātē, vel stātē in lecto uel balneo? ponit duas distinctiones, ad quas pmitto distinctionē Acc. in illa lege. gl. ad. q. remissi. vbi Acc. distinguit inter ea, q. requirūt plenā cognitionē, in q. bus requirit tribunal. & semiplenā, in q. bus nō requirit. Alia distinctio, q. Cy. attribuit Ro. est inter ptestationes, q. pēnūtur ad decisionē cāe: & in his requirit tribunal, sicut in sentētiis, ff. de iust. & iur. l. pe. facit C. de dilat. a procedente. & illas q. fiunt ad præparationē lītis, in quibus procedit. l. voluit. Tertio distinguit inter ptestatiōsam & uoluntariam iurisdictionem. pro hac facit ff. de ma. vin. non est omnino. & de offi. proconf. l. 2. Sed huic obstat præ. l. voluit in fin. q. de contentiosa loquitur. & tñ itinerando recipitur. p. p. quod secunda distinctio reassumitur in hac tertia, vt in contentiosa iurisdictione distinguatur, vt ibi: satis placet dicti gl. & duæ distinctiones sequētes. vt veniāt ad illā expositiue. De secūda dicit Bonag. vbi s. rub. pe. ver. ita querit, quo iure fiunt, hoc iudicis of. alleg. ff. de inter. act. l. j. & in auth. de his, qui ingred. ad ap. §. fi. & qd not. Azo in Sūma, Inst. de of. iud. §. itē in interrogationibus. & quia res ista fi requirit plenā inquisitionem, ff. de inter. act. l. uoluit, §. qd ait. & l. si defensor. §. illud. idē Acc. in l. j. eo. ti. in gl. sed quomodo. & C. de confes. l. vna. in fi. mag. gl. & ff. e. tit. certum. in prin. & no. extra de offi. iud. c. 2. in j. gl. & vide idem per Cy. vbi s. in 3. q.

SVMMARIVM.

1 *Iudex qui de causa cognoscit, debet interrogare.*
2 *Iudex debet rei qualitatem plena inquisitione discutere.*
3 *Positiones dicuntur loco probationum succedere.*
4 *Positiones facere non potest aduocatus, quia factum inspicunt.*
5 *Aduocatus dicitur testis iuris.*
6 *Aduocatus an possit ponere & respondere.*
Alius pro alio non debet interrogari.
7 *Pars non dēt vti cōsilio aduocati qui factum ignorat, in respōsione facti.*
8 *Assessor an possit interrogare.*
9 *Notarius, seu alter cui iudex cōmiserit, potest interrogare.*
10 *Consuetudo est optima legum interpres, & ideo ipsa formabit positiones, seu interrogationes.*
11 *Aduocatus debet id quod ius tangit, expedire.*

¶ Positiones in quibus differant ab Interrogationibus.

3. §. Tertio dicamus, in quo positiones differant ab interrogationibus: & quis positiones, vel interrogationes facit, uel formare debet. Et quidem differunt non essentia, sed forma. nam quod hic simpliciter & assertiue. ibi ponit in interrogati

terrogatiue [a]. Vel dic, quod interrogationes specialiter fiunt an re litis contestationem, ff. de rei vend. qui petitorio. & quandoq; a iudice, quãdoq; a parte, ff. de inter. ac. si sine. §. interrogationes. quamuis generaliter fieri possint quandoque, ff. de inter. act. vbi cunq; etiam quando partes ponere non possunt, vt ext. de fi. instru. cum Ioannes prope fi. Positiones autẽ proprie fiunt post li
1 tem contestatam, & post iusurandum, a parte: quamuis & quandoq; possint fieri ante, ut j. §. px. ī prin. & ver. regulariter. ¶ † Et no. q; iudex, q de causa cognoscit, debet interrogare, ff. de inter.
b act. uolnit prætor. & l de ætate. §. qui tacuit. & §. qui interrogatus. Sed licet possit interrogare, vsus tamẽ hodie non patitur [b], quod possit ponere: imo ponit pars. nam sicut iudex nõ debet, pbare, quæ sunt in causa, sed pars. ita nec ipse debet ponere, sed pars. positiones enim loco probationum succedunt, ut in authen. de his, qui ingre. ad appel. §. fi. ideoq; eius imitari debent naturam, ut ex rr. de bap. maiores. ubi dicitur, quod quia baptismus circũcisioni succedit, debet eius imitari naturã, quo ad paruulos & adultos: & ad idem, C. de rei vx. act. l. unica. Quod autẽ pars debeat ponc
c re, & sibi ponenti altera respondere, habetur ext. de testi. ad hæc.
d alias incipit, præsentium. circa prin. [c] ibi, ut tam ponẽdo, &c. & §.
2 j. ibi, adinuicem responderi, &c. Dicit tamen Rof. [d] intimari posse, quod iudex ponere possit, cum & interrogare sibi liceat † ipse enim debet rei qualitatem plena inquisitione discutere, xxx. q. vlti. iudicantẽ. C. de iud. iudices. arg. ff. de his, quæ in test. delen. p
xime. ff. de leg. ii. Offidi [e]. § ex diuerso. & ext. de fide inst. cũ Ioannes prope fi. Sed certe utrunq; fieri potest, & debet. nã facta positione a parte, ut supra, iudex per sacramentũ interrogare dẽt ponentem, si credit uerũ esse, quod ponitur. & aduersariũ, si credit, quod ponitur, ut j. § v. uer oblatis. & j. dicam. Item etiam abs-
3 que positione partis potest interrogare reum super cõtentis in libello, ut ī. de teste. § nunc videndum. ¶ † Fiũt quoque positiones ab utraque parte hinc & inde. ut ext. de dolo & cont. prout. & de lit. contest. c. vnico, ext. de elect. dudum. 2. circa medium. nam succedunt loco probationum, ut ī. & rẽ quãdoq; oneratur
4 probatione, puta in exceptionibus, in quib? fit actor. ff. de excc.
e l. j. & de probationib. l. in exceptionibus. ¶ † Sed patronus aduersarii potest interrogare, uel ponere, cui forsan [e] tenetur aduersarius respondere: vt ff. ad l. Iul. de adul. si pbstauerit. §. quæstioni. Proprie tamen loquendo aduocatus nõ potest ponere, cum positiones factum inspiciant, vt C. de arbit. l. pen. in fi. quod debet a
5 partib. proponi, vt ext. de iud. pastoralis. sed † aduocat? testis est iuris ut C. de postul. quisquis est & alia ratio. nam positiones fiũt per iuramentum, ut infra dicetur, & probatur extra de testib. ad
f hoc. circa prin. alias incipit, præsentiũ [f]. Aduocati vero hodie nõ iurant. licet hoc iure caueatur, ut C. de iud. rem non nouam. & in
g const. Greg. X. ext. de postu. c. properandũ [g]. Si igitur positio proferatur p aduocatũ, nõ dicitur proprie ipse ponere. imo est partis positio p aduocatũ prolata, ex quo parte ꝑsente ponit, vel interrogat, perinde est, ac si pars id faceret, ut C. de error. aduoc. l. j. Consulo tamen, q; prius quam tali positioni, uel interrogationi respondeatur, ut interrogetur clientulus aduocati ponentis, uel interrogatis utrum ipse sciat, uel credat uel ponat, seu ratum habeat, quod ponitur, seu interrogatur per eius aduocatum. arg. ext. de cẽs. olim. & de ap. cum causam. ī. de aduoc. §. iam nũc vers. ex præmissis. quia de cõscientia partis iuramẽtum super facto requiritur, ut C. de iur. cal. auth. principales. extr. eo. in pertractan
6 dis. non de conscientia aduocati nõ iurati, ut dixi. ¶ † Sed videtur quod aduocatus ponet, & respondebit, ut in præ. §. quæstioni. & ff. de procu. non solum. respon. j. Sed dic contra. nã alius pro alio non est interrogandus, ff. de inter. act. si sine. §. j. & §. seq. alias incipit, si defensor. & l. qui seruum. §. fi. & l. uoluit. 2. q. v. interrogatũ. extra de adult. significasti. C. de iur. cal. auth. principales. nisi sit, p curator, ut infra § vj. in fi. Reus ergo excluso aduocato, quem nõ debet in hoc cõsulere, respondebit ad eas: quia certus debet esse de facto suo: extra de rescri. ab excommunicato, C. de rescin. vẽ.
7 quisquis ut ī. de inter. in fi. ti. † Non enim debet pars uti consilio aduocati, qui factũ ignorat, in responsione facti. de pœ. dist. vi. e. j. uer. ideoq; non petat. & seq. & c fi. nisi sit multum simplex, ut infra. §. vii. ver. xvii. ne eius consilio facile incidat in periuriũ, negando forte uerũ, uel cõfitẽdo falsum, ut C. de ind. viduit. l. ij. & dixi supra de aduoc. §. utriusq;. ver. sed nũquid. imo aduocatus arceatur à cõspectu respondentis, ne verbo, aut nutu quolibet immutare faciat ueritatem: prope tamẽ sit, C. de au ct. præs. clarũ & vii. q. j. illud. ibi, habeat vicini. Solaminis adiutorẽ, &c. ut possit reum defendere, si iudex, uel aduocatus actoris eum uelit cauillosis positionib. decipere, C. de aduoc. diuer. iudi. aduocati. & ff. de offi. p
consul. nec quicquam §. aduocatos. & in præ. vers. xvii. Et nota q; aduocatus docens clientulum falso respõdere, tenetur alteri par
8 ti ad restitutionẽ, vt j. §. nono. uer. item nota. ¶ † Item & assessor potest interrogare, quoniam participat interrogationibus, ut ff. de offi. assess. l. j. item pars interrogat, ut ī. & j. § vi. versic. hoc au
9 tem. ¶ † Itẽ notandus, seu alter, cui iudex hoc cõmisit, secũdũ T. [h]

h arg. ext. de offic. deleg. super quæstionũ. Sed an talia, & per quos
10 cõmitti possint, no. ī. de iud. deleg. §. iã nunc. ¶ † Sed quis fortu
i bit positiones, seu interrogationes? Respondeo [i], consuetudo ẽ
est optima legum interpres, ut ext. de cõsuc. cum dilectus. ita ꝑ
men ut aduocatus, uel alius eius consilio eas, & etiã libellum cau
sæ formet, seu dictet. nã ius tangũt, & inepte formari possent, ut
11 extr. de iud. examinata. xj. q. j. sacerdotibus. ¶ † Et breuiter, quic
quid ius tãgit, expediet aduocatus, C. de aduoc. diuer. iud. aduoca
ti. Eis vero dictatis, clientulus ponet, seu interrogabit, quia in ei?
persona formantur, ut ī. nisi sit indiscreta persona, ut extra, de
iud. pastoralis. & in aliis casibus ibi not. quo facto postea iudex re
um interroget super eis, ut ī. ver. & nota. Vtrum autẽ interroga
torium retro, ab aula discesserit, no. ī. de inter. quæ fiunt ante lit.
k contest. §. j. versic. illud autem [k].

ADDITIONES.

a Interrogatiue. ¶ Secundum Rofr. Cy. ubi ī. in quæstione dicit, q; differũt ut genus & species: in utroque enim fit interrogatio, sed non in utroque positio: quod sit ista species, illa genus.

b Non patitur. ¶ Secundum Rof. in 4. membro.

c Circa principium. ¶ Lib. 6.

d Rofr. ¶ Vbi supra.

e Cui forsan. ¶ Sic Roffre.

f Incipit, præsentium. ¶ Lib. 6.

g Properandum. ¶ Quod hodie non habemus. & nide quod scripsi ī. de aduo. §. j. uer. item quod est priuati.

h Secundum T. ¶ Vbi ī. post prin.

i Respon. ¶ Secundum Tan. ī. in 2. suo membro.

k Autem. ¶ Ibi posuit, quod hic not. Roffre.

SVMMARIVM.

1 *Positiones qualiter fiant ante litis contestationem.*
Iurandum non est super exceptionibus, nisi vbi est præsumptio contra excipientem.

2 *Positiones regulariter fiunt super principali post litem contestatam, non ante: vt & probationes.*

3 *Positiones sæpe fiunt in defectum aliarum probationum.*

4 *Probare intendens aliquid, prius quam terminum recipiat ad probandum, facere debet positiones, per quarum responsiones poterit liberari ab onere alterius probationis.*

5 *Aliqua partium se offerente ad probandum per testes, vel instrumenta, an poterit redire ad positiones, ex quo semel produxit.*

6 *Probationum facultas non est angustanda.*

7 *Renuncians probationib. in causa, an iudeatur & positionibus renunciare. Renunciare suo iuri quisque potest.*

8 *Index an d: beat interrogare ad instantiam renuncians, vbi ius renunciatum est in genere.*

9 *Probationibus simpliciter renunciare, & omnibus probationibus renunciare, æquiparantur.*
Tale simta locutio æquipollet vniuersali.

10 *Positio actoris primo fieri dẽt, iuxta regulã, q; prior appellat, prior agat.*

11 *Onus habens probationis, habet & emolumentum.*

12 *Positio rei si sit actori præiudicialis, id est interimens eius positionẽ prius admittitur reus.*

¶ Positiones quando sint faciendæ.

4. §. Quarto quæritur, quando faciẽdæ sint positiones? Et certe cum succedãt in locũ probationũ, & eas imitari debeant, ut dixi ī. §. proximo: generaliter quandocunq; & vbicunque ꝑbatio admittitur, fieri possunt: vn de fiunt ante litis contestationem super exceptionibus dilatoriis, quæ tunc debent probari, ut ext. de lit. contest. c. unico. & de eledudum. ii. & in aliis casibus, in quibus testes lite contestata nõ recipiuntur: quod dic, ut ī. de teste, §. nunc tractemus. & aduersarius cogendus est per iudicem respondere illis. quod dic, ut j. §. 7. ver. & nota, quod. Super principali autem non fiunt ante litis contestationem regulariter, ff. de interrog. act. l. j. nisi in casibus, in quibus probationes possunt admitti, ut in prad. § nunc tractemus. & si fierent, repelli deberent, vt & probationes, ut ext. ut lit. nõ cõ
1 testa. ca. j. ad fi. ¶ † Sed cum iuramentum de calumnia, vel de veritate dicenda, præstetur solum post litem contestatam, ut ī. tit. prox. in prin. qualiter fient positiones ante litis contestationem, & sic ante iuramentum de calumnia? cum tamen ante fieri debeant & ad eas sit respondendum per iuramentum, ext. de testi. ad
a hoc. alias incipit, præsentium. prope prin. [a] Respondeo, secundũ eos, qui dicunt, quod super qualibet exceptione est sis contestanda, & iurandũ, ut ī. de excep. §. viso. uer. sed nũquid iudex facilis est responsio: quia cum lis sit in illo articulo contestata, & iuratũ, satis possunt super eo fieri positiones & responsiones, quamuis lis nondum sit ꝺ per principali cõtestata, nec iuratum. Alii autẽ dicunt, non iurari super exceptionibus, nisi ubi est præsumptio contra excipientem, ut diximus ī. ti. prox. §. j. prope princ. vnde, secũdum eos, sicut probationes fierent super eis absque iuramento, sic & positiones fient: nec est hoc inconueniens, secundum eos.

ADDITIO.

Et

a Prope prin. ¶ lib. 6.

Et pro eis facit prædicta dec. ad hoc ibi, sine iuramẽto, &c. sed secũdum hoc reus impune poterit, quicquid falso voluerit, ponere. Vnde dicimus, quod licet, conditione ponẽtis & exceptionis qualitate cõsideratis, iudex absque iuramento exceptionem admiserit, tamen in probatione ipsius facit iurare ponentem, id quod ponit, verum esse, se existimare, & credere ita esse, & eum contra quẽ ponitur, uel interrogatio fit, respondere veritatẽ, & ad hoc cum cogere potest, vt s. dixi; & sic non procedit obiectio supra scripta. ¶† Regulariter ergo fiunt positiones super principali post litem contestatam, & non ante, vt & probationes, ut extra, ut lite non contest. quoniam frequentẽr. in princ. quorum loco succedunt: ut dixi: fiunt etiam post iusiurãdum in causa præstitum, eo quod fieri habent per iuramentum, & etiam responsiones ad eas, ut supra: & ex positione actoris, si contra se ponat, sibi concluditur, ut j. §. 8. in princip. & ex responsione sua reus conuincitur & pro confesso habetur: ideoque habent fieri post litis contestationem, & post iusiurãdum immediate: quia si reus, uel actor confiteatur, non essent postmodum aliæ probationes necessariæ: & breuiter super quibuslibet dubiis fieri possunt positiones & interrogationes, usque quo fierit in causa conclusum etiam publicatis attestationibus: sicut fit in instrumẽtorum productione, ut extra. de fide instru. cum dilectus. respons. j. Et est ratio: ga in instrumentis & in positionib. non timetur subornatio, ut in testibus. Quidam tamen dixerunt, & male, quod attestationib. publicatis non possunt fieri [a]: quia si reus neget, actor probare non potest per testes post publicatas attestationes, extra de testi. constitutis. ergo inutiliter poneret. Sed hoc nihil est dicere: tum quia adhuc potest probare per instrumenta, ut iam dixi.† tum quia positiones sæpe fiunt in defectum aliarum probationum, ut extra de confes. statuimus. [b] Quinimo etiam postquã conclusum est in causa, potest iudex interrogare [c], cum iudex, qui cuncta debet, ut ad sententiam perueniat, rimari, possit de facto interrogare, quoties aliquid dubitationis occurrit, ut extra de fide instr. cum Ioannes. circa fi & C. de iudi. iudices. extra de testi. cum clamor. & xxx. q. vlt. iudicantem. extra de offic. deleg. super quæstionũ. §. intentionis. & ubicũque. Quod intelligo, cum aliqua ambiguitas oritur super iam actitatis: super nouo autem articulo interrogare non potest, maxime ad partis instantiam, cõclusione obstante. ¶† Sed & si ante cõclusionem sit datus terminus peremptorius ad exhibendum omnes probationes, orte post talem terminum non possunt fieri positiones, cum loco probationum succedant, ut s. §. prox. ver. j. sed iudex poterit tunc interrogare ex officio, non ad partis instantiam de hoc nota. s. de dilat. §. videndũ. ver. item quid si dat[a] [d] Et tene pro regula, ut quã locũq; aliquid intendis probare, prius quam recipias terminum ad probandũ facias positiones, per quarum responsiones forte liberaberis ab onere alterius probationis, ut s. § secundo. ¶† Sed quid si aliqua partium offert se probaturam per testes, uel instrumẽta, nũquid poterit redire ad positiones, ex quo semel produxit? Dixit Goff. quod non. cum enim ponendo potuerit releuari. & grauari elegerit, sibi imputet, quia mos eis gerẽdus est, ut ff. de proba. circa. C. de iure deliberan. l. fi. §. sin autem. & extra de proba. quoniam cõtra. ex ordine verborum. dominus meus contra [e] quia actus isti non sunt contrarii, imo conuenientes.† nec enim est angustanda probationum facultas, C. de hæret. quoniam. in fi. 14. q. 2. quã quam maxime nisi se adstrinxerit ad probandum tantum per testes vel instrumenta. ¶† Item quid si renunciatũ est probationibus in causa, nunquid uidetur esse renunciatum & positionibus? Dicunt quidam, quod sic: quia eum sit una species probationis, ut extra de confes. c. ij. extra de restit. spoliat. cum ad sedem. rensiciando generaliter probationibus [f], uidetur & positionibus renũciatum: arg. xix dist. si Romanorum extra de priui. quia circa, de maio. & obed. solitæ. & quia in locum probationũ succedũt. ut supra. Ego credo s, quod si renunciatum fuerit specialiter positionibus, ualet renunciatio. nam quisque potest suo iuri renunciare, vii. que. j. quam periculosum. extra de priuil. si de terra. & d regul. ad apostolicam. nec amplius poterit renuncians ponere. † Si uero in genere, ut s. dictum est, dico, quod non potest ulteri us ad renunciantis instantiam iudex interrogare, nec etiam ipse renuncians ponere: ex officio tamen suo potest iudex interroga re super iam actitatis usque ad cõclusionem & post, ut s. sic seruamus. Quidam tamen hic aliter dicunt. ¶† Et nota, quo ad hoc idem esse, simpliciter probationibus renunciare, & omnibus probationibus renũciare: quia indefinita locutio æquipollet vniuersali, ut in præd. c. si Romanorum. & in præd. dec. quia circa. Cæterum licet renunciatum sit testium productioni, nihilominus tamẽ adhuc possunt positiones fieri, ut s. de teste. § fi. ¶† Hoc quoque notandum est, quod actor debet prius ponere, iuxta regulã qui prior appellat, prior agat, ff. de ind. qui prior. & secũdo reus: et vicissim ponat, si iudex viderit expedire, ext. de causa pos. ori. c. 2. & ad hoc facit, quod legitur & not. C. de iur. calũ. rium. ibi, & actor quidem, &c. & j. uer. prox. ¶† Sed pone: ecce actor facit vnam positionem, cui re[o] sufficienter respondet, & statim reus vult aliam facere, nunquid cogetur actor ei respondere [h]: Videtur, q̃ sic, ff. de reg. iur. non debet. 23. q. 4. qui peccat. ext. de mu. pet. prudentiam. Econtra videtur, quia q̃ prior appellat prior agat, & qui habet onus probationis, habet & emolumentum, vt in præ. l. qui prior. & ext. de ord. cog. c. ij. & ff. de probat. l. ij. Inst. de leg. patro. tu. SOL. Dicũt quidam, quod si aliquid est pro actore probatum, vel præsumptum, tunc debet audiri reus: alias frustra admitteretur, arg. C. de inof. test. filius. C. ad l. Cor. de falsi. l. pe. quia absoluendus est, etiam si nihil probat, actore nõ probante, ext. de iureiur. c. fin. extra, de causa poss. & propri cum ecclesia in fi. ¶ Alii dicunt, q̃ si reus uelit ultra probare, mos ei gerendus est, etsi nil sit pro actore præsumptum, ff. de probat. circa. C. de inge ma. l. pen. De consuetudine vero generali actor primo ponit, quam reus. quod plenius prosequere, vt s. de dila. §. vi dendum. uer. & no. quod ij. ¶† Hoc quoque certum est, quod si positio rei sit præiudicialis, id est, si interimit positionẽ actoris, prius admittetur reus, vt 23. q. 4 qui peccat, respon. i. vbi dicitur, quia interrogas, quæ sit ratio prosequẽdi, vicissim te interrogo, cuius sit vox, &c. ad idem iii. q. xj per totum. Item cõsulo tibi, ad uocate rei, ne multum festines in positionibus faciendis, ne scilicet instruas actorẽ, & ut prius quam ponas, plene videas eius intentionẽ fundatam, vel quasi, ut iam dixi. non enim habes ponere, donec videas eius intentionem.

ADDITIONES

a Fieri. ¶ Supple super eisdem capitulis.
b Statuimus. ¶ Lib. 6.
c Interrogare. ¶ Sed non potest pars ponere, ver. de hoc per Cy. q. 8. & 7. tract principale dictum huius §.
d Si datus. ¶ Et ibi dicitur in aliquibus partibus seruari contrariũ: & fuit dictum Alb. Papi. vt ibi dixi: qui etiã tenet, quod si datus est terminus ad ponendum, postea non audiretur, nisi iusta causa subesset, C. qui accusa. nõ poss. si ea. hoc dixit super l. diffamari. C. de ingen. man.
e Contra. ¶ In summa de Iit. contest. §. 3. ver. sed quid si aliquam.
f Probationibus. ¶ Accedebat Aegi. si additum fuisset omnibus.
g Ego credo. ¶ Cum Aegid, c. 35.
h Et respondere. ¶ Iste ver. vsque ad finem §. fuit Vbert. de Bo. s. & incipit vtrobiq;, item quid si actor. facit ad hunc versi. id, quod scripsi s. de recon. uen. §. videndum. super ver. & si iudex.

SVMMARIVM.

1 *Positiones non fiunt in plerisque locis.*
2 *Positiones factæ ante litis contestationem super exceptione excommunicationis qualiter proponantur.*
3 *Excipiens se non esse excommunicatum, qualiter suas positiones formare debeat.*
4 *Positiones formans post litem contestatam super principali, qualiter se habere debeat.*
5 *Agens rei vendicatione contra possessorem, quot modis, & qualiter suas formare habeat petitiones.*
6 *Petens fundum quem ad se asserit pertinere iure dominij, uel quasi, quæ debeat allegare.*
7 *Petens aliquid per promissionem ex causa mutui sibi factam, qualiter formabit petitionem.*
8 *Repetens librum, quem deposuit, quibus verbis utetur.*
9 *Petens aliquem remoueri ab aliqua ecclesia, quam retinet contra iura, quæ debeat in sua petitione allegare.*
10 *Petens electionem suam confirmari, & eam esse canonicam probare volens qua forma verborum uti debeat.*
11 *Positiones super quibus, & per quos debeant fieri.*
12 *Positiones formatæ iudici sunt in scriptis offerendæ.*
13 *Positionibus ab actore oblatis quomodo debeat iudex ponenti respondere.*
14 *Respõsio facta positionib[o] ab actore formatis, sub qua forma debeat scribi.*
15 *Papa vel eius auditore in curia Romana positiones approbante, an illis[a] possit vlterius obijci.*
16 *Ponens in iudicio an semper teneatur dicere, quod sciat, puta vbi iuratũ est de calumnia.*
17 *Positiones sic sunt formandæ, ut fundent intentionem ponentis, considerata natura propositæ actionis.*

¶ Positiones qualiter fieri debeant.

§. §. Quinto supereſt videre, qualiter fieri debent positiones. Et licet fere in omnibus actionib. specialiter positiones formauerimus in tractatu libellorum [a], tamẽ vtile uisum est hic doctrinam tradere generalem. ¶† Ad cuius rei notitiam sciendum est, quod in plerisque locis non fiunt positiones, sed lite contestata, præstitoque iuramento, statim iudex super singulis articulis libelli reum interrogat: quod dic, vt s. de teste, §. nunc videndum nobis. in prin. Sed in curia Romana, & qua si vbiq; positiones formantur. ¶† Super quo scias, quod quãdo que fiunt ante litem contestatam super exceptione excõcatio nis sic Proposita: Coram vobis domine iudex, dico P. esse excom

ADDITIO.

munica

a Libellorum. ¶ Sic & fecit Io. de Blano. generalem autem tractatum non edidit.

municarum,quia percussit talem clericum: ideoque non esse in causa,quam cõtra me mouet audiendum. Si igitur ille negat se excommunicatum,uel se percussisse talem,uel illum clericum fuisse,excipiens sic formabit positiones:

POSITIONES.

g Et no. ¶ Aduerte, quia ibi & hic dr, q̄ de facto aduersarij debet quis rñdere: & ibi præmittit, q̄ de facto aduersarij debet actor, uel reus ponere: & sic uī inepta locutio. Si enim actor debet ponere de facto aduersarij, ergo non rñdet reus de facto aduersarij, sed de proprio: & sic in reo ponete de facto aduersarij: & sic actor rñdebit de proprio. Sed in hac materia factum proprium & aduersarij sunt ꝑnexa. In termino is pono, q̄ mutuauti tibi: hoc factum utriusque, & in casu, quo factū esset in uno, ꝑmodū respicit reliquum uel incommodū: per quod ꝑclude, q̄ de facto proprio, & de facto aduersarij, & de facto tertij. si faciunt ad causam, poni pōt, & rñderi debet: de tertio patet exemplum quintum in §. 5. Item si non facit ad causam etiam in facto proprio, uel aduersarij, non procedit positio, ut patet sup. uer. 2. in prin.

h Quinto. ¶ Secundum Rof. iste ver. &

i Secundum Rof. ¶ Vbi sup. uer. 7.

k Octauo. ¶ Secundum Rof. sub eode

l Et no. ¶ Secundum Aegi. ubi sup. c

m Negatiuam. ¶ Extra de cā pos. cū e
ADDE Bal. in l. cum te. C. de pre
ri. de iur. ca. per nouissimos in l. int

a si pactum. & l. si chirographum. Vel pōt dici, ſm Roſ. [a] q̄ in p̄dictis caſibus affirmatiue fient poſitiones: veruntamen licet negatiua non poſſit poni a parte, iudex tñ, qui habet ex ſuo officio cū acta rimari. vt 30. q. vlt. iudicantem. & 23. q. 8. occidit. ext. de offi. iu. deleg. ſuper q̄onum. §. intētionis. pōt & debet, ſi viderit expedire, ex officio ſuo interrogare ſup̄ negatiua, arg. ff. de interro. act. l. pe. & extra, de fide inſt. cū Ioannes. ubi iudex facit interrogationem, q̄ pars facere non poterat, cū eſſet in cās p̄cluſum. Accipe ēt exemplum, prout no. C. demon nu. pec. in p̄ctibus. maxime aūt interrogat ſup̄ negatiua, ubi agit de ſalute, vel periculo animæ: arg. extra, de re iudi. lator. ad fi. Hodie uero expeditum eſt: quia iudex poteſt admittere poſitiones negatiuas, q̄ nō poſſunt probari niſi per confeſſionem aduerſarij, ſi ſibi æquū & expediens videatur, extra, de p̄ſeſ. ſtatuimus. b Si ergo ſit æquitas, admittat eas, licet hoc non fiat de rigore iuris: quæ p̄ſtitutio facta fuit, ſecūdum Vber. de Bobio, & Albe. Papi. & Homobo. dicentes, quōd & ſi negatiua non poſſit directe probari, probatur tamen per obliquum, ſcilicet per confeſſionem partis aduerſæ, vt ſic fiat probatio per eum modum, per quē fieri poteſt: vt alias ff. de procu. mutus. Vnde dicebam, actorem cogendum tali poſitioni reſpondere: Pono, quod nihil tibi debeo: talis ergo æquitas p̄ferenda eſt iuri, C. de iudi. placuit. extra, de tranſactio. c. ſi. quam iudex ſemper debet habere præoculis, ff. de eo, quod cert. loc. q̄ ſi Epheſi. cum ponens probare nō poſſit talem negatiuam, & is ꝺ quem fit, nouerit ueritatem, ęquum eſt, q̄ rñdeat, & q̄ ad hoc cogatur: quia ad iudicem ſpectat veritatem inquire re modis omnibus, quibus poteſt. vt ext. de præſum. afferre. & iam ſupra dixi, & negatiua poſitio probatur ſolum per reſponſionem eius, contra quem fit, niſi in caſibus præmiſſis. Affirmatiua vero ſi negatur, poteſt probari per teſtes, ut ext. de teſti. ad
c hoc. alias incipit, præſentium. c De negatiua autem ſic potes ponere exemplum: Promiſi tibi per inſtrumentum ſoluere decem vſque ad annum, ſpe futuræ numerationis: anno elapſo petis a me illa decem: vnde videtur prima facie ſtandum inſtrumento, ut ext. de fide inſtru. ſi cautio. Sed ego volo probare me non teneri, dicens, quod non numeraſti mihi illa decem: ſi uerum eſt, conſtat me tibi nō teneri: tamen id probare nequeo, cum ſit negatiua ſimplex, ut ſup. poſſum igitur ponere ſic:

18 ¶ FORMA. † Pono per ſacramentum meum, [d] quod non
d numeraſti mihi illa decem, quę a me petis. Item quod nullus nomine tuo numeraui: certe cum tu ſcias ueritatem, nec ego per teſtes hoc probare poſſum, æquum eſt, ut reſpondere cogaris, C. de non nu. pecu. per totum, Inſti. de literar. oblig. Poteſt quoq; & aliud exemplum poni ſic: Pono, quod reſcriptum non fuit de ſpeciali mandato domini impetratum, ut ext. de reſcri. non nulli. & c. ex parte. Hoc enim reſpondere debet, cum ipſe hoc ſciat,
e & ego probare non poſſim: & ſic in ſimilibus, ſecundū B. e Porro in negatiua quidam diſtinguunt. nā ſi eſt præſumptio pro actore contra reum, puta quia dicitur homicidiū commiſiſſe, & ipſe dicit ſe nō feciſſe dolo malo. Item ſi dicitur iniuriam uerbo dixiſſe, & ipſe dicit ſe non dixiſſe animo iniuriandi, tunc poteſt reus ponere ſic: Pono, q̄ non feci homicidium dolo malo: nec dixi verba animo iniuriandi, ſicut dicitur C. ad l. Cor. de ſic. l. j. & de iniur. ſi non ꝺ uicij. & hoc poterit probare per eum modū, q̄ procedere poterit, ſicut dicitur alias ff. de procur. mutus. in princip. nam probabit per cōfeſſionem aduerſæ partis. & facit extra de præſum. c. j. Antiqui tamen, qui ſimpliciter dixerunt, poſitiones negatiuas non eſſe admittendas, dicunt talem poſitionē admittendam: Pono, quod ſteti per totam diem extra ciuitatē, ſe-
f cundum Alber. Papi. f † ¶ Nono g p̄ſiderādum eſt, an poſitio ſit
19 g generalis in genere generaliſſimo? verbi gratia, dico ſic: Pono mihi fundum dari debere. uel ſic: Pono, quod T. mihi debet aliquid. & certe talis poſitio eſt reſpuenda præſtando enim fundū vnius digiti, uel ſoluendo feſtucam, liberaretur is, contra quem fit: nec oportet eum laborare, opponere contra has poſitiones: argumē. ff. de legatis. 2. Titia. reſponſo j. ff. de iure dotium, cum poſt. §. gener. ff. de verborū ſignificatio. locus. Generalitas enim parit obſcuritatē, ut ff. de iure fiſci. l. ita fidei. & obſcuræ poſitio
20 ni reſpondendum non eſt, vt ꝺ. vet ſic. 3. † ¶ Decimo [h] conſide-
h randum eſt, an poſitio ſit captioſa: puta quæ detegat periurium reſpondentis, quę non eſt admittenda. Verbi gratia: pater quen tus iurauit nihil eſſe in peculio. vnde conſtat, quod tutus eſt exceptione iuriſiurandi, niſi pro rebus poſtea quæſitis, pro quibus conueniri poteſt. Finge igitur, quod poſt iuſiurandū aliqua res in peculio inuenitur, quæ tunc erat in ueritate: & ponit aduerſarius ſic: Pono, quod hæres eo tempore, quo iuraſti, erāt in pecu lio: certe non tenetur pater reſpondere propter inconueniens, quod ſequitur. nam ſi hoc confiteatur, iam cōfitetur per conſequens ſe periurum, cum iurauerit ipſam in peculio non fuiſſe: ſi uero neget, deierat, cum in ueritate fuiſſet in peculio: & præter-
ei exceptio iuriſiurandi. & poterit q̄ueniri pro-
is iurauit. quod eſt inconueniens: quia ex tali iu-
iurando & actio & exceptio datur. hoc probatur ff. de iureiurādo, qui iuraſſe §. pater. & l. duobus. § finali, & l. alias. & arg. C. de uſur. rei iudic. l. fina. in fine. Nulli enim laqueus eſt immittendus ut 22. quæſt. j. de uiduis. Vnde dicit Imperator, Non ſpectabis me auctorem periurij, C. ſi aduerſ. ven. l. j. & extra de iureiuran. ſi uero. Non eſt ergo reſpondendū poſitioni, cui reſpondēdo, vel contrarius eſſet primę reſponſioni, uel ſibi p̄iudicaret. ff. de pet. hære. ſi quis libertatem. § fi. de hoc j. verū. 12. & 14. & ꝺ.
21 verſ. 1. † ¶ Vndecimo [i] conſiderandum eſt, an poſitio ſit multi-
i plex, ſeu implicita: & continens ſeu implicans in ſe plures articulos, ſeu plura dicta: quod eſſe non debet, ff. de iure fiſc. ita fidei Verbi gratia: Pono T. rectorem talis eccleſiæ mihi debere centum. Vel ſic: Pono Seium fuiſſe filium Mæuii, & mihi debere cē tum. Vel ſic: Pono, quod Seius filius Mæuii mihi debet centum. Vel ſic pono, quod poſſideo talem eccleſiam pertinēt em ad tale monaſteriū. Vel pono, q̄ poſſideo talē eccleſiā habentē curā animarū, & ſimilia. Vtraq; enim iſtarū poſitionū duo p̄plectit, quorum vnum pōt eſſe uerum, & alterū falſum ſimul & ſemel quia pōt eſſe, q̄ Seius eſt rector talis eccleſiæ, uel filius Mæuii, nō tñ debet centū, uel econtra: vñ reus implicitus & perplexus eſt, cū uerū inficiari non debeat & falſum aſſerere ſit peccatū ex de cri. fal. c. j. 11. q. 3. q ſquis. 22. q. 2. primū. Poterit ergo dicere is, ꝺ quem fit, Frater explica poſitionem, alias non reſpondebo: vt ipſemet explicet reſpōdendo, dicens, hoc eſt uerū, illud falſum arg. C. de impub. & alijs ſubſtit. l. precib. ex de ſponſ. de muliere. ff. ad l. Cor. de fal. filius reſpon. j. & §. ſeq. extra de teſta. c. Raynutius. & c. Raynaldus. uel ſi uelit cautius rñdere, ubi unū eſt falſū, reliquū uerū, poterit ſimp̄r poſitionē negare, ut ff. de reb. dub.
k ſi is qui ducenta. §. vtiū. q̄ poteſt facere ſm regulā [k], quæ dicit,
22 † Cuius aliqua particularis eſt falſa, eius vniuerſalis ſimiliter eſt falſa argum. 9. diſtinct. ſi ad ſacras. 3. quæſt. noua, pura. ff. de ædil. edi. cū eiuſdem. extra, de hære. fraternitatis. Nec per hoc uidetur utrunq; negare, ſed ſolum copulam, ſeu aſſociationem. ue-
l re enim poſſum dicere, non ſum homo & aſinus [l]. Vel ſi uelis probare me hodie comediſſe, & ponis ſic: Pono, qđ hodie comediſti in eccleſia: certe ſi hodie non intraui eccleſiam, poſſum hanc ſimpliciter negare, licet hodie comederim. Vel ſi pono, q̄ tu tali die percuſiſti talem clericum in capite lethali vulnere certe licet percuſſeris, non tamen in capite, uel etiam in capite, ſed non lethaliter, pores negare ſimpliciter poſitionem: vnde hoc caſu debet quis diſtincte ponere ut ſupra. §. quinto.
23 Sicut enim quidam ſcripſerunt, † reſpōſio refertur ſolum ad id ſuper quo principaliter fit quæſtio, ſeu poſitio, ut ſupra. p̄xima verſic. item non eſt. verbi gratia, ſi uelim probare, quod mutuauit decem T. defuncto: & pono ſic. Pono, quod decem mutuauit T. cuius tu es hæres: ſi illud ſimpliciter confitearis, uide. is ſolū de mutuo confiteri: non autem, quod ſis hæres defuncti: quia illud uidetur dictum demoſtratiue, non autem ponendo, ſeu affirmando. Argumentum ff. de conditio. & demonſtratio. cum tale. §. falſa. cum ſimilibus. Vnde ſecundum eos, debet ueritas reſponderi ſuper articulo principali. Quidam tamen in talibus, & vbicunque poſitio in aliqua parte ſui continet aliquid, quod negari poſſit, admittunt talem reſponſionem nō credo, uel nego, prout ponitur: ſicut & admittitur illa reſponſio. nego narrata, prout narrantur, ut ꝺ. de litis conteſt. § ſecundo. Alij dicunt, quod debet reſpondens dicere, hoc, uel hoc modo, credo illud, uel illo modo, nego, ut præmiſſum eſt, curare debet ergo iudex ut certum quid ponatur, & diſtincte, certumque reſpondeatur, ff. de interroga. actio. l. de ætate. §. quod autem, & §. nihil. ff. de confeſſion. certum: Fatuum eſt enim, ſic multa in una poſitione implicari. unde cautus dicta diuidat, non cōmiſceat, & diuiſim reſpondeat, non coniunctim, ne decipiat, uel decipiatur. parum enim intereſt in uitio decipere, uel decipi, 16. quæſtio j. ſi cupis.
24 † ¶ Cęterum

ADDITIONES.

a Secundum. ¶ Roſ. vbi ꝺ.
b Statuimus. ¶ Lib. 6.
c Incipit, præſentium. lib. 6.
d Per ſacramentum meum. ¶ Quod poteſt eſſe de ueritate, ſed ſequens de credulitate.
e Secundum B. ¶ Eius dictum poſui in 4. gl. decr. j. de confeſ. ſuper qua addidi tertium exēplum, ſm Hoſt. cum ponit tur dioeceſanum nō inſtituiſſe.
f Secundū. Alber. Papiē. ¶ & Vber. de Bob. vbi ꝺ. ante fi. allegant. l. optimā. alleg. ſupra, poſt prin. & ff. de eo, quod cert. loc. non vtique.
g Nono. ¶ Secundum Roſ. ſub eodem numero.
h Decimo. ¶ Secundum Roſ. ſub eodem numero.
i Xj. ¶ vt ꝺ. ſed hoc longe plenius.
k Secundum regulam. ¶ Quam ponit Tanc. vt ſupra. §. qualiter. ad finem.
ADDITIO. Adde Bald. conſ. 403. incip. q̄ non ſt. col. 2. verſ. non obſtat. in 5. vol. q̄ vbi oratio eſt in parte falſa, tota oratio negari pōt: & quæ dicat oratio vniuerſalis, quæ particularis, quæ indefinita, & quę ſingularis vide Bar. in l. ſi ita. ff. de leg. 2. Hen. Fer.
l Homo & aſinus. ¶ Secundum Roſ. ſed ſequens exemplum fuit Tanc.

24 † ¶ Cæterum hodie prouisum est, vt si positio continet plures articulos, iudex debeat positionem membratim diuidere, & postmodum sigillatim super quolibet articulo positionis faciat sufficienter a partibus responderi. Nec sufficit generaliter negare positionem, nisi ad singula in ea cõtenta respondeatur, ut extra de testibus ad hoc §. j. de consecratio. distinctione 4. quæris a me circa medium, ibi, rñdet Credis. & ad cætera, quæ singula quærunt̃, sic rñderur, &c. Præmissa autem vera sunt, cum plura copulatiue in positione continentur. Disiunctiue autem plura possunt in positione contineri: vt videatur argumen in prẽd. §. vtrum. ff. de conditio. institution. l. quinta, ff. de quæstionibus. repeti. extra de testibus, cum clamor. de rescri. ex parte. s̃. ibi, do
a lo, vel negligentia, &c. vbi de hoc secundum Papam. [a] Instit. de hæred. instit. § penultimo. Sed certe nec sub distinctione plura in vna positione admittimus, nisi vbi est probabilis ignorãtia, vt in facto alieno, ff. de iur. & facti ignoran. regula. quia qui ponit, certum ponere debet: sicut & respondens certum respondere debet, vt supra prox. & disiunctiua incertitudinem notat, vt ff. de verb. oblig. vbi autem. §. illud. ff. de iniurijs, prætor edixit §. qđ
25 autem prætor. & s̃. de liris contest. §. 2. in princi † ¶ Illud autem certum est quòd si positio fiat generalis, puta pono contenta in libello vera esse, nihilominus adhuc poterunt fieri speciales positiones super singulis capitulis, ut in prędicta l. si is qui ducenta. §. vtrum ita. sed & specialibus factis potest generalis fieri: quia non est notũ, vt quibusdam specialiter præmissis, generalis clausula subsequatur, vt ff. ad l. Aquil. si seruus seruũ. §. inquit lex. de tali positione no. s̃. de lit. contest. § secundo, versi quid si priusquam. & supra versic. j. ibi, hoc tamen, &c. Sed an articuli sub disiunctione sint formandi, no. sup. de teste, §. nunc uidendum.
26 † ¶ Quid igitur, si fiat talis positio: Pono appellatum esse à tali iudice, uel ab eius delegato: & si non credis p̃iunctim, pono diui sim? Respon. non esse respondendum tali positioni, per prædicta iura: & sic obtinuit: nec ualet, quod in ea dicitur, & si nõ credis coniunctim, &c quia non posuit coniunctim, imo diuisim,
27 C. de verbo. significatio. quidam. ff. eodem. sæpe. † ¶ Duodeci-
b mo. [b] considerandum est, vt sic respondeatur positioni, q̃ per responsionem non deducatur quis ad periurium: de quo etiam dictum est suprà, versicu. decimo. quod contingit, cum anceps, vel dubius, tanquam certus respondet, asserẽs verum esse, quod
28 falsum est, vel econtra, extra de rescrip. cum contingat. † Quinque etenim status mentis possunt ex lege colligi: nam interdum certus sum de eo quod est, & quandoque de eo quod non est, quandoque puto esse quod est, quandoque puto esse quod non est, & quandoque nec puto nec scio: vt probatur C. de iure deliscimus. §. j & § simili quoque modo. & § sin autẽ dubius. C. de cond. indebit l. fin. de errore vero. ignorantia & titubantia nota. in Sum. Azon in tit. de iur. & fac. igno. in prin. & 38 distin. quamuis. j quæst 4. §. notandum. 22. q. 2. in quibus. In primis quidem quatuor casibus non est periculum, etiam post iurisiurandum præstitũ positionibus respondere: sed in quinto sic, nisi negatio præferatur. nam potest esse, q̃ neque hoc, neq; p̃ium puto qđ enim si interroget, an Rex Franciæ, qui distat per 20 dietas, sit in ecclesia, vel extra? certe nec hoc, nec illud puto: quia nulla ratione inducit ad credendum hoc potius, quã illud: vnde secure respondere po[illegible]i, nõ puto, negatione prelata. hoc probatur ff. de in litem iur. [illegible]ideamus. ff. de actio. emp. & vẽd. l. j. ff. de iure iur. iurisiurãdum & ad pecu. in fi respon. j. & dixi supra §. sexto.
29 ver. sed numquid. † ¶ Decimotertio p̃siderandum est, an positio
c sit iuris: verbi gratia, Pono, [c] quod impubes nõ potest condere testamentum, 2. quæstio. 6 §. diffinitiua. Vel pono talem legitime, uel secundum iuris ordinem, uel rite processisse: vel aliquid canonice, uel iuste factum esse: certe his positionibus, & similib. non cogitur quis respondere. nam nõ cogitur quis probare ius
30 scriptum, sed factum, ex quo ius oritur. ergo nec ponere. † quia iura certa sunt, & finita, & probata in se vnde confessio in eis nil operatur, ff. de iur & fac. ig. in omni. & l. plurimum. & extra de appel. sæpe. in princi. & argum. secunda quæstione 3 §. notandum prope princi ibi, nam facti quidem. & c. ff. de orig. iur. l. secunda. § si uero. C. de postul. l. secunda. nec respondens debet ius dicere, seu declarare in propria causa: imo ad iudicẽ pertinet, facto probato, d scernere inter æquum & iniquum. iustum & iniustũ. inde dicitur iudex, quasi ius dicens, extra de verb. signific. forus. § in omni. Si quis ergo interroget, an ius ita uelit, nõ ualet, quia si confiteatur interrogatus contra ius, nõ ualet, ut ff. de interro. actio. confessionibus & l. seq. §. fi vel si confitetur ius esse, quod non est, nisi forte de consuetudinario iure quæratur, quia tunc
d & poni & probari potest super c̃suetudine, [d] C. de ædifi. pri. l. 3. C. quæ sit lon. consue. l. secunda. C. de emanc. lib. l. secunda, extra de c̃sue. cum dilectus. extra de verb. signifi. abbate. & patet infra
e in tractatu libel. in titu. de consuetu. lex tamen uidetur dicere, [e] quòd ad positionem iuris tenetur quis respondere, quia & de hoc potest esse quæstio inter partes quandoque, ff. de iureiu. l. fi
f nal. [f] extra de fide instrum. pastoralis. g † ¶ Sed pone, procurator
g agit cõtra dominum ad salarium, & facit positiones, qualiter ad
31 ministrauit, procurauit & laborauit: demum ponit sic: Pono, q̃ pro hac procuratione merui centum libras, nunquid est admittenda talis positio? Respondeo, non uidetur: quia uidetur esse in
32 ris, ex eo, quod dicit Merui. † nam remuneratio de iure facieda est iuxta laborem, ff. mandati. si remunerandi. extra de renuncia. nisi cum. §. quippe. duodecima quæstione secunda, charitatem. septima quæstione prima, in principio: de pœnitẽ. distinctione tertia, pium. extr. de censibus, procurationes. Contrarium puto. nam licet remuneratio sit debita de iure, & ideo petitur, tamen æstimatio remunerationis, de qua ponitur, facti est, quia meritũ respicit seruitium & laborem, de quo positũ erat, ut iuxta illud ipsa fiat: & hoc erit iudicis estimare, seruitio & labore probatis.
33 † ¶ Decimoquarto [h] considerandum est. an positio sit calumnio
h sa, vel per quandam calliditatem & subtilem discussionem, seu interrogationem inducens ad cõcedendum, quod iam negatũ est, ut in hoc exemplo. pone enim, quod in prima positione aduersarius meus negauit Lucium fuisse suum procuratorẽ. deinde ego pono sic: Pono, quòd Lucius tanquam procurator fecit excoli vineas tuas. Item pono, quod vendidit vina tua. Item, q̃ culturam vinearum tuarum administrando peregit. Item pone, quod mandasti ei, vt quæ præmissa sunt, uel aliquod ex eis faceret. Si ergo hoc concedat, manifeste concluditur contrarium eius, quod prius negauerat. Cum enim procurator sit, qui aliena negotia mandato domini administrat, ut ff. de procurator. l. j. ĩ liquido patet ex præmissis per quasdam callidas positiones, esse concludendum cõtrarium iam negatis. & sic potest intelligi. ff. de regu. iur. ea est. & l. natura cauillationis. ff. de uerbo. significatio. Nec dico, non esse respondendum, sed caute & cum deliberatione esse respondendum. Possunt quoque & alia exempla illi legi adaptari, ut ff. de legat. 2. si debitor. responso j. ut & ibi not. & uide supra uersiculo. 1. & infrà. uersiculo, proxim. Item cauillosa est, quando per eam quis inducitur ad confitendum id, quod facere non tenetur. Verbi gratia, instrumentum tibi edi debet sine die & consule. ut infra de edi. instrumentorum. §. uidendum. uersicul. facienda. nunc tu uis positiones facere, per quas perueniatur ad notitiam diei & consulis: certe non debes audiri per hanc uiam. ff. de tut. & cur. scire oportet. § j ff. de spõ
i sa. oratio. [i] & uide infra proxim. ibi, item si negaui. & facit ff. de petition. hæred. si quis libertatem § fina.
34 † ¶ Decimoquinto considerandum est, an positio sit depen-
k dens a iam negata, [k] ut sine periculo non possit eã confiteri: qđ si uerum est, non debet sibi respondere, ut ff. de interrog. actio. & quia. §. fi. Negato enim principali, per cõsequens negata sunt q̃
l cunque sequuntur uel dependent ex eo. [l] argu. extra de fide instrumen. inter dilectos. p. ope fin extra de hære. fraternitatis. 16. quæst. 7. sed hoc diximus C. de legibus, non dubium. uerbi gra
m tia: [m] pono, quòd T. uẽdidit mihi talẽ fundum: reus hoc negat. deinde pono, quod dictus T. dictum fundũ mihi tradidit: hęc quidem positio non est admittenda: tum quia dependet ex prima negata: quia si reus ad eam respondet, posset de facili anceps periurium incurrere, quod iudex uitare debet, ex tra de iureiuran. si uero. & quod metus causa, cum dilecti. & C. si aduersus uendi. l. secunda. tum quia hoc probatum me non releuaret, quia nuda traditio non transfert dominium, ff. de acquir. ren. rerum dom. traditio. ff. de donatio. nuda. Vel sic: Pono, q̃ imperrauit rescripti: tu negas: deinde pono, quòd illius rescripti auctoritate fui receptus in canonicum, uel fuit mihi prouisum, uel quod illud præsentaui, & similia: certe hæ positiones non sunt admittendæ, tanquam dependentes a prima negata, ut s̃. uersiculo, prox
& uide

ADDITIONES.

a Papam. ¶ Ibi uide in gl. no. argumentum.
b Xij. ¶ Secundum Rof. sub eodem numero, quasi ad literam.
c Pono. ¶ Vide, quod dixi supra. de testibus. §. nũc videndum. in principi. ADDE. quod scribitur in repe. l. ubicunque. de interrogat. act. & per episcopum Alex. in c. sæpe extr. de appel.
d Consuetudine. ¶ Secundum Odof. ubi sup. post prin.
e Dicere. ¶ Placet Ro.
f L. fin. ¶ Circa medium legis, ubi innuitur de iure dubitari posse: solue, ut ibi nota q̃ ius ibi ponitur pro qualitate facti. Itẽ Gui. de Suz. ubi s̃. j. decre. innuit q̃que dubitari, an aliqua p̃stitutio sit decretalis? tene, q̃ ubi talia dubia occurrerent, quæ iuste mouerent iudicem, posset fieri positio, dũ modo cute poni possit, & responderi, id est sine periurij metu.
g Pastoralis. ¶ Quòd non teneatur, bene probatur. ff. de auro & ar. leg. l. ornatricibus.
h Xiiij. ¶ Secundum Rof. & hic finitur eius numerus.
i Oratio. ¶ Secundum Albe. Gal. ubi s̃. circa medium.
k Iam negata. ¶ Non sic in confessata: quod s̃ c. j lib. 6. super gl. puta.
l Ex eo. ¶ Ad hoc C. de codicil. l. j. ff. de inditione. in fi.
m Verbi gratia. ¶ Secundum Aegid.

& vide ꝑ. versiculo, primo. Patet ergo, quod contra id, quod negaui, nō debet admitti partis positio, vel iudicis, seu partis interrogatio, vt no. ff. de iureiurando qui iurasse. § pater. & l. esi qui. §. in pupillaribus. ff. de noxali. quoties §. fi. C. de iurament. calu. l. secunda. §. primo. & quod principali negato non teneor respō dere positioni, quæ sine principali vera esse non potest: verbi gratia: a Ponis, uel dicis me ꝑ̄xisse cum Berta: quod ego nego: consequenter ponis, quod solui ei, vel recepi ab ea decem: certe non teneor rn̄dere, quia dos sine matrimonio esse non potest, vt C. de dona. inter uirum & uxorem, l. fi. ff. de iure dotiū, l. tertia. 30. quæstione quinta, nullum. quod verum est, ubi agitur de matrimonio tantum. secus, si de matrimonio & de dote simul. Tunc enim negato matrimonio bene tenetur respondere de dote. nā aduersarius releuatur à probatione dotis, si eam cōfiteor matrimonio probato. Item si negaui te à sententia talis iudicis appellasse, non teneor respondere tibi ponenti, quod appellationem huiusmodi fueris prosecutus † ¶ Item si negaui aliquid in genere, non teneor respondere tibi ponenti postmodū in specie: verbi gratia: ponis me tibi animalia subtraxisse: nego: deinde ponis me tibi boues subtraxisse: certe non teneor rn̄dere, quia per priuiam responsionem huic intelligor respondisse: argumen. ff. de b exceptio. rei iudic. si cum testamento. [b] §. primo. & argumento 14. quæst. quinta. pœnale. 32. quæst. quarta. c meretrices. 19 di. si Romanorū. ¶ Itē si negaui aliquid simpliciter, & postea ponis de certo modo, non teneor respondere. verbi gratia: Ponis me esse, uel fuisse hęredē Titij: ego nego: deinde, ponis me esse vel fuisse hęredem eius pro semisse, vel quadrante: certe non teneor respondere: nam simpliciter me negādo hęredē, negaui me pro aliqua parte esse hęredem: secus aurē esset, si sic dixisser: Pono te esse hęredem T. in totū: & ego negaui & postea dixit, Pono te esse hęredem T. pro parte: tunc enim teneor rn̄dere: quia possibile est, q̄ non sum hęres in totum, sed pro parte sic: & hoc verum est, si forma petitionis patitur positiones prædictas fieri: alioquin non teneor respondere, nisi tangant negotium princi-
36 pale. † ¶ Decimosexto considerandum est, an sit impossibilis, vel contra naturam: quæ non est admittenda: puta si aliquis ponat aliquam uirginem peperisse, præter gloriosissimam Mariā, 27. q. 2. §. cum ergo. Vel si ponat interfectum esse eum, qui uiuit, c ff. ad l. Aqui. inde Neratius. §. fi. Vel si ponat patrem minorē [c] esse d filio, Insti. de adop. §. minorē. ff. de inter. act. confessionib. [d] & l. seq. §. fi. Vel si ponat factū eius, cuius notā actio cū alio esse nō potest, ff. e. l. si cuius. & in præ. l. confessionibus. Vel si pono eum seruum, qui mortuus est, ff. de inter. act si autem. §. primo: & breuiter non potest poni, quod confessatum non ualet: de quo dicā
37 ꝯ. tit. prox. † ¶ Decimoseptimo generaliter considerandum est, an positio sit implicita, uel trāspositā, uel remota, uel repetita. plerumque enim cauillosi a remotis incipiunt ponere, & inter multas positiones aliquam implicitam, uel respicientem remotam ponunt, vel præpositam repetūt: quia quæ in præfationib. præmittuntur, in sequentibus repetita intelliguntur, ff. de verb. obli. Titia. ff. de cond. & demon. auia de quo simplex sibi nō caueret, 22. q. 4. innocens. & sic cauillosus ab euidenter veris ad euidenter falsa eū deducit, per breues mutationes, & subtilia argumēta, ff. de reg. iur. natura cauillationis. & l. ea est natura. ideoq; permittit, ut si simplex sit clientulus, aduocatus eius de licentia iudicis pro eo ponat, & respondeat, extra de iud. pastoralis & q̄ stioni adsit, ff. de adul. l. si postulauerit § quæstioni. quod intellige, put no. ꝑ. § tertio ver. sed & patronus. Caueat ergo, ne causam negligat, sed inuigilet, arg. ff. de his, quæ in frau. cre pupillus. in fi. extra de offi. prim. c. unico, in fi. secundum dominum meū nullus enim capiendus est in sermone, ff. de iureiur. l. qui iurasse. 22. q. 4. vnusquisq; ꝑ. & q. 2. quæritur. & q. 5. quacunque. & c. seq.
38 † Et simplicitas est amica legum, Insti. de legit. agnat. succes. §. cæterū. ver. & hæc quidem. de fideicom. hæred. § sed quia. C. de fur. l. fi. § tales. & veritatis, extra. de iureiu. ueritatis. Quidam rn̄ dicunt, q̄ quantūcunque clientulus sit simplex, ipse debet rn̄dere, & non aduocatus, in facto. Sed nec iudex simplicē, qui nō apprehendit, an positio sit recte ꝑcepta, uel non, coget ineptæ posi
e tioni rn̄dere: imo ex officio suo debet eam reijcere, [e] vt ꝑ. de off. iud. §. deseruit. ver. ante litem & ver. post litē. & §. impedit. & ꝑ.
39 §. 5. vbi not. † ¶ Decimooctauo cōsiderandum est, an ponens sit sibi contrarius quod dicit ꝑ. §. 5. in fi. vel an positiones sint sibi contrariæ. non enim potest qs ponere contra id, quod prius posuit: alioquin erit sibiipsi contrarius, ff. q̄n appel. sit, l. prima. §. si alius. extra, de appel. solicitudinem. in fin. nisi forte alleget iustam causam prioris ignorantiæ, ff. de inter. actio. de ætate. §. interdum. & §. ex causa. & §. fi. sed nec etiam ualet positio in se cōtinens contrarietatem. ff. de reg. iu. vbi repugnantia. & uide ꝑ. §.
40 proxi. in prin. † ¶ Decimonono cōsiderandū est, an positio fiat , contra quem fit: quod esse non debet, siue per modum accusationis, siue inquisitionis. si enim cogitur aliquis respondere se crimino sum, iuxta illud, Non tibi dico, ut te prodas q̄d dic. ut ꝑ. de teste
f §. iam nunc videndum. [f] ver. sed nunquid quæretur. [g] Argumē.
g contra, extra de elect. dudum. 2. vbi electus respondit super pluralitate beneficiorum: sed potest respondere, quōd ibi non nixus, sed libens respōdit. Eodem etiam modo respondere potest ad decre. eodem titulo. per inquisitionem. & ad illam extra, de confess. capitulo secūdo. ubi de hoc, secundum Papam, & ad alia simillia. Item contra, extra, de accusationibus. si cōstiterit. sed illud intellige, prout no. infra de inquisition. §. nunc tractemus. ver. inquisitores quoque. Item ꝑ. quinquagesima distinct. ex penitentibus. ubi de hoc. Item contra, 2. q. 8. sciant. [h] Inno-
h quartus
i no. in præ. decr. dudū. [i] quod super notorijs, seu manifestis per sententiam, uel alio modo, tenetur respondere: quia tunc peccatū esset clare, ut extra de coh. cle. & mulie. tua. super occultis non. Item & super his, quæ impediunt executionē officij vel retentionem beneficij, etiam post peractam pœnitentiā, ut supra de legato, § iuxta. ver. sunt quoque quia in hoc eius vtilitas procuratur, argum. 23. quæstio 5. prodest quod dic, vt ibi nota & in præ decr. de confes. secundum eum. ¶ Item si dissimulatio criminis periculum inducit, ut hęresis, uel dilapidationis in quibus periculum est si occulta sint: extra de accusa. qualiter. 2. 22 quæstione j. si quis per capillum. ¶ Item si sit infamia super crimine, an etiam tunc cogeretur infamatus se suo & aliorum iuramento purgare, 2 quæstione 5 presbyter. & quia peccatum est sustinere infamem in dignitate, 25. distinctione, primū. ¶ Item de hoc ipso, an sit condemnatus de crimine, uel confessus, debet respō dere: quia hæc quærere, videtur quæri, an sit notorium, de quo respondere debet, cum sit peccatum tales sustinere, ut dixi.
41 † ¶ Sed quid si ponatur, quod aliquis crimen commisit? Item quod illud est notorium? Item quod est fama? Respon. de notorio & fama debet respondere, ut dixi: & si neget famā & notoriū, non tenetur respondere, an crimen commiserit, cum nō teneatur se publicare, ut dixi. Si autem confessus fuerit se diffamatum, uel alias probatum fuerit, tunc quæritur ab eo, an crimē cō
42 miserit. † ¶ Quid si pono aduersarium meum excommunicatum esse? videtur secundum hoc quod nō tenetur respondere: quia excommunicatio nō debet infligi, nisi pro mortali, 11. quæstione 3. nemo. & capitulo, certum. Argumen. contra: quia excommunicatio medicinalis est, nō mortalis, 2. quæstione j. multi. in principi. extra de sēten. excommunic. cum medicinalis. in princi. Dic, quod si fit positio super sententia canonis, non tenetur quis respondere: secus si super sentēria hominis, ut extra de
43 offic. deleg prudentiam. §. sexta. Et est ratio, † quia sententia canonis semper ligat, & est iusta: hominis vero sententia quandoque iniusta est, nec semper fertur pro crimine: extra de sentent. excommunicat. à nobis. & 11. quæstione 3. capitulo, 1. quia potest esse lata sine iusta & rationabili causa, eodem titulo, inquisitioni. 11. quæstione 3. §. si ergo. & quandoque nulla, puta lata post appellationem, ut extra de appellat. ad præsentiam. & de sententia excommunic. solet. cum suis concordan. & in his quæ not. secundum Papam. extra de testi. cogen. capitulo, 1. & sic obtinuit. de hoc tetigi supra de act. seu peti. §. penultimo. uersicul.
44 sed nunquid habet. ibi, & propter hoc dicimus. † ¶ Quid si pono iudicem, uel executorem tuum excommunicatum esse?

ADDITIONES.

a Gratia. ¶ Hæc exempla vbique ad finem huius ver. ad literam sunt Odo ubi supra.
b Testamento. ¶ Alias. si cum argentum,
c Minorem. ¶ Scilicet ætate, non statura.
d Confessionibus. ¶ Pulchre dicit lex illa, quod falsæ confessiones debent cum naturalibus conuenire.
e Reijcere. ¶ Secundum Aegid. alleg. de excep. pia. lib. 6.
f Nunc uidendum. ¶ Debuit dicere. iam nunc de interrogatorijs, ad fi.
g Quæretur. ¶ Vbi tam de teste, quam de producente tractatur.
h Sciant. ¶ Sed ibi dicit per documenta & indicia probari, de confessione nihil dicit. Gof. tamen in Summa de tem. ord. in fi. ver. in secundo casu. videtur tenere, interrogatum in iure teneri de suo crimine respondere: allegat 11. quæstion. tertia. quisquis. 35. quæstio. sexta. si duo. 11. quæstio. ulti. capitulo. primo. & pen. qui alleg. glo. in præ. capitu. ex pœnitentibus. item Tho. 22. quæstio. 69. arti. j. Inducitur etiam lex; qui petitorio. ff. de rei uen. & lex vltim. C. de fid. instrumen. per quas patet, quod quis tenetur respondere, an dolo defierit possidere, uel instrumentum habere: & constat, dolū malum esse delictum, ff. de dolo. l. j. de bon. autor. iudic. possess. l. prætor. §. finali.

ADDF, vt per Bar. ꝑ. fi. 193. ubi de Spec. hic mentionem facit & ibi ponit, an vxor hæres instituta a marito, rogata restituere pro anima sua illis pauperibus, quibus ipsi uxori placuerit, & ipsa uelit restituere spurio testatoris, an teneatur respondere, si accommodauit tacitam fidem testatori de restituendo spurio? & concludit, quōd sic.

i Dudum. ¶ Vbi scripsi in §. tandem. in gl. super processu.

esse? Dic, ꝙ respondere teneris, cum per hoc non te prodas. Sed quid si fit positio super defectu ordinis scientiæ, uel ætatis? Dic, ut s. de actio. seu petit. §. super actionibus. ver. reus quoq;. † ¶ Vigesimo non ualet positio, si sit duplex & alternatiua: imo singula explicanda sunt: & ponenda, ff. de minor. l. ait prætor § si mihi. ¶ Vigesimo primo non ualet, si fit ab eo, qui nō potest esse in iudicio, ff. de interrog. act. si sine. §. j. [a] ¶ Vigesimo secundo non ualet, si non tenet iudicium inter personam actoris & rei, ff. e. si filius cum patre. ¶ Vigesimo tertio non ualet, si fit super re tempore finita: puta si res mea fuit, quæ est tēpore præscripta, arg. C. de non nu. pecu. l. in contractibus. §. illo obseruando.

a

ADDITIO.

a §. j. ¶ Vide s. eodem, versi. 7. de his duobus.

SVMMARIVM.

1 *Ponens an possit negare uerum esse, quod posuit, aut dicere, quòd erravit.*
2 *Mendacium & falsa negatio tollit priuilegium, quod alias in eodem negotio quis haberet.*
3 *Asseueratio falsa punitur in maiore, & in minore doli capace.*
4 *Principalis respondens quibusdam positionib. si recedat contra præceptum iudicis antequam omnibus responderit, an habebitur pro confesso. & nu. seq.*

¶ De effectu positionum.

8. §. Octauo loco iuxta seriem propositionis videndum occurrit de effectu positionis. Et quidem is est, ꝙ is, qui ponit aliquid, eo ipso, ꝙ ponit, videtur confiteri id, quod ponit, ut j. § decimo. uersi. quid si actor. nam non debet ponendo asserere, nisi id, quod scit, uel credit: ideoq; dicimus quemlibet ponentem esse interrogandum per iuramē tum præstitum, an sciat, uel credat, seu existimet uerum esse qđ ponit, ut sup. § quinto. versic. oblatis Et dato etiam, quod non interrogetur, uidetur credere uel existimare, quæ ponit: si bene aduertantur capitula, quę in iuramento calumnię continentur: quod quidem iuramentum ad omnia, quæ fiunt in lite, extenditur. Inde est, ꝙ contra positiones suas quis non auditur. Indecēs namque ualde est, ꝙ quis sua uoce dilucide protestatus est, in eū dem casum ualeat suo testimonio infirmare, ut extra de proba. per tuas. C. de non nu. pec. generaliter ff. de do. si patronus §. i. Ergo certum est, [a] quod tam ponens, quam is qui confitetur quod positum est, pro confesso habetur, ut ff. de confes. l. j. & C. e. l. unica, ff. de inter. act. de ætate. §. si cū esset. Et hæc uera sunt, nisi certis remedijs confesso, uel quasi confesso, succurratur. inter quæ prius illud generale occurrit, Quod error facti ante sententiam confesso non præiudicat. C. de iur. & fac. ig. error. extr. de confes. c, fi. j. § fi. ver. sed pone. & uer. item si ponens. Sunt & alij multi casus, in quibus confesso succurritur: & de hoc aliqua inf. de confes. dicemus. † ¶ Sed secundum præmissa quæritur, id qđ sæpe de facto contingit, an scilicet expositione, quam negaui, possem me aduersus ponentem iuuare: uel ipse se aduersus me ex ipsa negatione? Et uidetur, quod sic. nam ponens non potest negare uerum esse, quod posuit, nisi forte se erasse dicat, ut iam dixi: & sic me ex ea iuuabo. In contrarium facit, quia ex instrumento, uel teste, quod negaui, uel impugnaui, non possum me iuuare, ext. de censi. cum olim. & de testi prę sentiū. Præterea si uerum negaui, & ille falsum posuit, ex falsa positione se iuuare potest: si uero positio sua fuit uera, & negatio mea falsa, debeo propter mendatium perdere omne commodum, quod habebam ex positione ipsa, ut ff si ex nox. causa agat. l. secunda, § primo, ff. de noxa. si seruus de positum §. fi. ff. si quadrup. pau. fec dic. l. j. §. si commune. ff. de rei uend. l. fi. ff. de fideiu. si dubitetur. §. primo, & ff. ad l. Falci. hæreditatum § fi. ff. pro soc. si unus. ff. de re iudic. sed hoc ita. §. fi. † ¶ Mendacium enim & falsa negatio tollit priuilegium, quod alias in eodem negotio quis haberet, C. ad Maced. l. j. ff. quod cum eo, qui in aliena potest l. sed si ex non modica §. primo, C. si contra ius, uel util. pub. l. j & l. rescripta. extra de rescri. super literis. ff. ad Velle. si decipiendi. C. de non nu. pec. auth. ꝺ qui propriā. C. qui po. in pig. hab. auth. si possessor. extra ut eccle. bene. ut nostrum. ff. de prob. cum de indebito. C. ad l. Aquil. contra negantem. ff. de inter. act. si seruus. 2. C. si minor se ma. dix. l. secunda, ff. de min. minor. †, ¶ Item falsa asseueratio punit in maiore, & in minore doli capace, ff. de dolo l. & elegāter. §. fi. & duab. legib. seq. & l. qd enim. & l. quod uenditor §. fi. Inst. de fidei §. fi. C. de fideiu. l. fi. ff. de suspec. tu. l. tertia. Dic ꝙ quod neuter contra alterum se pōt iuuare expositione negatiua scilicet negans contra ponentem, nec extra ut ext. de prob. per tuas. quoniam quilibet suam turpitudinem allegaret, quia contra dictum suum ueniret scilicet ponens cōtra suam assertionē, & respondens contra suam negationem & hoc uerum est, nisi se doceret errasse, C. de transac. l. transactione. C. de seruo pignori. dato l. quarta, C. de his, qtiæ ī frau. cred. l. tertia, & in præ. decret. ut nostrum. ext. de dona. cum dilecti. de conces. præben. cum sit per. & de pœna mendacij posset puniri, ut in præ. concor. & facit ad hoc, ꝙ nota. s. de exceptio. § viso. ver. sed quid si debitor. & j. de appel. § nunc breuiter. ver. sed pone. & s. de recōuenti. §. primo. uersi. fi. & j. de emphyteus. § nuncaliqua. ver. lxv. & seq. Hoc quoque notan. quod per propositiones & responsiones ad eas, no fit litis contestatio. quod dic, ut s. de litis contestat. §. 2. in fine. b † ¶ Item quæritur: ecce principalis respondit quibusdam positionibus: iudex uero sibi præcipit, ne recedat. donec responderit omnibus positionibus: ille autem spreto mandato recedit ad patriam suam: quæritur, an debeat haberi pro cōfesso? Respon. non: quamuis sit aliàs contra eum, tanquam cōtumacē pcedēdū: & obtinuit c. de hoc j. §. decimò sequitur. ver. itē pone 5 † ¶ Quid si pro illo compareat procurator uolens absentis cōtumaciam purgare, & dictis positionibus respondere? Respon. obtinuit, ut non admittatur. non enim potest morā purgare, cū dominus melius nouerit ueritatē & negotij naturam, C. de procura. l. fi. extr. de iudi. iuris. d & uide s. § sexto. versic. in summa. Quid si idem procurator petat se admitti, tanquam defensorem? Respon obtinuit eadem ratione, ut non admittatur. Si igitur diffinitiua sententia contra talem feratur, quia præsens plene docuit de iure suo, ualet, & tenet: & sic obtinuit hoc casu, & præcedentibus, de mandato domini Clemētis papæ quarti quæ sententia per nos lata, quamuis a multis peritis impugnaretur, & licet dura uideatur, tamen post uarias discussiones bis extitit cō firmata, non obstante appellatione per dictum procuratorem interposita: quia contumax non auditur appellans, ut supra. de contuma. § j. versic. & no. nec alius eius nomine. Nec obstat, si dicis, quod licet esset contumax, quo ad ariculum positionum, non ideo debet, quoad alia, contumax reputari, ut in eod. titu. § uiso. versicul. tu dic. quia hæc est talis contumacia, ex qua penderet tota quæstio: ideo non erat procurator ad alia admittendus. e

b 4 c 5 d e

ADDITIONES.

a Certum est. ¶ secundum Rof. ubi s. ver. effectus.
ADDE, versi. primo, quòd idem uoluit Pet. de Anc. consi. 209. & Bald. consi. 389. primo libro.
b In fi. ¶ Imò ver. antepe. qui fuit hoc Rof.
c Obtinuit. ¶ Hoc declaratur j. ver. 2.
d Iudic. iuris. ¶ libro vj.
e Admittendu. ¶ Nimis durum est dicere, ꝙ contumax super positionibus non citetur ad reliqua: quod uidetur hic placere Gul. Tu contrarium teneas, ut plenè scripsi de confes. c. 2. li. 6. in v l. gl. ubi uideas responsionem ad rationem Gul. quam hic ponit.
ADDE, quod Bald. consi. 182. incip. statuto cauetur. tenet, quod contumax in respondendo positionibus in termino sibi statuto à statuto, uel iudice non potest moram purgare, nisi subsistente tota causa legitima.

SVMMARIVM.

1 *Pœna quibus casibus non respondenti positionibus, non debeatur.*
2 *Tacens in iudicio interrogatus, contumax reputatur.*
3 *Tacens est, qui nihil omnino respondet, nec fatetur, nec negat.*
4 *Tacens habetur pro negante, cum damnosa est sibi negatio, & pro confesso habendus est, cum damnosa esset ei confessio.*
5 *Obscure dictum habetur pro non dicto.*
6 *Aduocatus docens clientulum falsa respondere, tenetur parti alteri de damno hac occasione euento.*
Aduocatus potest docere clientulum respondere quatuor modis.
7 *Veritatem negans uarijs afficiendus est pœnis.*
8 *Negans, & se non credere respondens, an diuersimode puniendi sint.*
Responsio de credulitate æque præiudicare potest, sicut & scientia.
9 *Positioni respondens obscure, cogi potest clare respondere, ut certum dimittat iudicem: alioquin pro non respondente habetur.*

¶ De pœna non respondentis, uel falso respondentis.

9. §. Nono tangendum est de pœnis non respondentis. No. ergo primo, quod horum sex, quę sequuntur, par est conditio: [a] si falso confitentis, ut ff. de interact. si quis in iure interrogatus. & l. de ætate. §. 1. & 2. & §. qui interrogatus. Item falso negantis, ut eo[illegible] dentis ad interrogata, ut. ead. l. § §. 2. in fin. Item obscure respond

a

ADDIT

a Conditio. ¶ Secundum Rof. ubi s. ad fi

nihil. & ĵ. ver. fi. Itē dolū cōmittentis circa rē, de qua agit, vt e-
ti. si seruus nō sit. in fi. Qualibet. n. præmissorū tenet, vel p̄ men-
dacio, vel p̄ contumacia, vel pro dolo, ut pater in præ. concor.
1 †¶ Veruntamen quod de tacente diximus, fallit in duobus casi-
bus: sc. in filio qui abstinuit patre mortuo à bonis paternis, & in
filio cum patre suo agente, in cuius potestate est. his enī casibus
nō tenet filius quod dic, vt §. 7. uer. 7. Sed ad hoc, qđ dī in præ.
§. qui tacuit. sc. p̄ tacens habeat p̄ negante, est ꝫ ff. de reg. iur. q
2 tacet. sed illud locū hēt ext. iudicium: & est ratio diuersitatis, † qa
q̄ tacet in iudicio interrogatus, reputat p̄tumax: vnde pœnam
cōtumaciæ sentire debet, ut in prę §. qui tacuit. secus in eo, qui
tacet ext. iudicium, ut ext. de præsūp. nonne. non. n. fiunt posi-
tiones ext. iudicium, nec ibi necessario habet quis respondere ad
a interrogata, ſm Rof. [a] Azo tñ, & alij dicunt tacentē & obscure
respondentem haberi p̄ confesso, ut in præ. §. qui tacuit, & §. ni-
hil. & C. de iur. cal l. 2. §. q̄ si actor. ext. co. tit. c. fi. ff. de confes. cer-
tum. ff. de edē. l. j. §. edere. Nā si p̄curator, vel hæres non respon-
deat, vel taceat, p̄ confesso habet. ff. de p̄cur. non solum. in prin.
& facit ff. de acquirē. hær. gerere p̄ hærede. C. de codic. nec codi-
cillum. & sic cōiter seruat vbiq; : ergo sic tenēdū est, ff. de legib.
b minime. Tanc. dixit, [b] † q̄ tacens est, qui nil omnino rñdet, nec fa-
3 tet, nec negat. ff. de reg. iur. q tacet. & in præ. c. nonne & de postu.
præla. c. j. p̄pe prin. ibi, non negauit. & ideo non est p̄dēnandus,
vt confessus, sed alias est iudicis arbitrio, ut contumax, punien
dus: quia cogeť rñdere captis pignoribus, vel mulcta indicta. uel
p̄ iuramentum præstitum, ff. si quis ius dic. non obtem. l. vnic.
quod p̄bat lex, quæ parificat taxentem, & negantē, ff. ex quibus
cau. in poss. ea. hæc autē. §. j. ar. ff. de pe. hæ. si debitor. maxime si
tacens sit reus, q̄ fauorabilis est, ff. de reg. iur. fauorabiliores. ext.
de fide inst. inter. in fi. & in hoc concor. Vber. de Bo. & Rof. hoc
c expedit hodie p decre. Alex. 1111. de confes. retulisti[c]. vbi dicit,
q̄ nolēs rñdere positionibus, & cōtumaci er recedens, p̄ confes-
d so habeť[d]: hoc vbi confessio faceret ꝫ ipsum, sicut in iuramen-
to calūniæ obseruat, quæ loquit in causa ciuili, & facit extra
de iuramento cal. c. fi. & hoc etiam vsus iudiciorum tenet. Secus
e puto[e], si agat de spirituali, puta de beneficio. ne hac via ingres-
sus ad b̄ficia pateat vitiosus ut ext. de eo, qui mit. in pos. causa
rei ser. eum qui. lib. 6. quia non possunt possideri sine canonica in
stitutione, ext. de insti. c. 3. Do. meus not. ex de elect. bonæ: j. §. ꝫ
legati. q̄ nolens respondere potest etiam excommunicati præ
ter pœnam prædictam, uel missionem in possessionem pati, ext.
ut lit. non contest. quoniam. §. fina. & captis pignoribus cogi. ff.
de uen. in sp. l. j. §. igit. ff. de crim. pecu. cum eo. Insti. de satisd. tu-
tor. §. sciēdum ff. de mu. & ho. si quis magistratus. C. de apo. pub.
l. j. vel pœna indici, ff. si quis ius di. nō ob. l. vnica. Odof. dixit, q̄
nolens rñdere, siue ante, litē contestatam, siue post, potest à iudi
ce mulctari: secundum tamen ius, potestatis iudicis, cum in his,
quæ sunt extrema in iurisdictione, non obtemperauerit, ff. si qs
ius dic. non ob. l. vnica. Licet aūt præsens positionibus rñdere
f recusans, declarari & haberi debeat p̄ confesso, ut ŝ. secus fortē
est in absente citato, ut veniat respondere positionibus, & non
veniente: quoniam maior est illius contemptus & contumacia,
quam istius: licet sit arg. ꝫ in his, quæ no. ŝ. de ꝫtu §. j. in prin. imò
iudex hoc casu, benefaciet, si illum iterato citat cōminando q̄
nisi venerit, positiones p̄ confessatis, habebit, & si non veniet in
termino, p̄nuncie eum p̄ confesso haberi, nec p̄cedat vlterius
in causa ante huiusmodi p̄nunciationem, ar. C. de iudi. l. proper-
andū. Sed si absens citatus respondet se nolle respondere, uel
venire, tunc quia talis est vere cōtumax, potest iudex absq; alia
citatione declarare illum p̄ confesso haberi, ut, p̄bat in his, quæ
not. in præ. §. viso. ver. dicunt etiam & seq. in præ §. j. ver. & not.
4 & vide j. §. p̄x. versi. item nonne. † ¶ Item aliud no. ſm Azo, ßsi-
g cut tacens habeť p̄ negante, cum damnosa est sibi negatio, sic p̄
confesso habendus est, cum damnosa esset ei confessio, si fate-
ret: ut semp inspiciamus id, quod sibi facit præiudicium in pœ-
nam contumaciæ: & ut robique: qua si de mendacio punit, tan-
quam de falsa negatione, & falsa confessione. Et sic intelligenda
sunt prædicta iura ff. co. tit. non alienum. & l de ætate. §. 1. 2. & 3.
h & 4. 5. & 6. [h] † ¶ Quid si quis prorsus nō taceat nec pertēti rñdeat?
5 verbi gratia actor ponit sic: Pono, quod debes mihi decem soli-
dos Turonenses: ille confitet se debere aliquos solidos: certe nō
est hæc sufficiens responsio: quia quod obscure dicit, p̄ non di-
cto habet, ext. de p̄bat in præsentia, & de testi cum clamor. Vn-
de cogendus est clare, & certum respondere, ut ĵ. versicul. fi. &
iudex debet laborare, ut certa sit positio, ut certam possit ferte
[illegible] §. curare. 11. q. 3 graue. 33. distin. cap. fina.
uocatus, qui docet clientulum falsa re-
i damnum resarcire, quod hac occasio
l. qui occidit. §. fi. ext. de iniur. & dam.
Potest autem clientulum docere qua-
ilicet negando confitendo & dicen-
tiam se dubitare, ut supra. §. 6 De pri-
mo si quidem modo multi consueuerunt p̄sulere. aduocati sæpe
suis clientulis dicentes, si hoc confitearis, cautam perdes: nec di-
cunt, si id negaueris, animam perdes: & facit extra de simon Mat-
k thæus[k]. in fin. & §. 5. versi. oblatis. & ex eo duplex p̄mium conse-
quunť scilicet damnum animæ suæ, quod est in æstimabile. ut su-
pra. §. quinto. p̄pe fin. & pecuniæ, quod in currit clientulus, ut
iam dixi. nulli enim expedit negare ueritatem, ut ff. de tribut. il-
lud §. penul. quæ negari non potest, ut in libro feud. quo tem-
pore miles inuestit. per. deb. cap. fina. imò nocet sæpe etiam cor-
7 pori: † quia ueritatem negnas uariis afficit pœnis: exempla ha-
bes ff. de rei uendica. l. fin. ff. si quadru. pau. fec dic. l. j. §. penult.
ff. ad l. Aquil. inde Neratius. § hoc autem. ff. quod cum eo. l. fina.
in fi. ff. de fideiuss. si dubitet. §. j. C. de non nu pecun. authen. con-
l tra. C qui pot. in pig. hab. authent. item si possessor[l]. ext. de crim.
fal. capitul. 1. 33 quæstio. 5. hæc imago. 22. quæstio. 4. quo sacra-
mento. & quæstio. 5. si quis conuentus. extra ut eccles. bene. sine
di. con. capit. vnico. 5. quæst. 5 §. sed aliud. & supra de teste. §. j.
uersi. item corruptas. & seq.
8 † ¶ Sed nunquid est differentia, quo ad pœnam inter negan-
tem, & se non credere respondentem? nam leges loquunť de ne
m gante, C. ad l. Aquil contra negantē. Certe non, quo ad Deum[m],
uel quod ad ius naturale, extra de sum. trin. capit. j. in quo rusti-
citas, uel ignorantia non excusat, C. de in ius voc. l. 2 de in integ.
restit. l. j. in auth ut non luxu. contra na. in prin. 37. distinct. §. fin.
Item etiam in aliis non interest. in facto p̄prio respondentis, ma
xime si sit recens: sed in alieno bene interest, ff. ad Vel. quanquā.
ff. de acqui. hared. cum falsum. Vel dic, quod nulla est differen-
tia, di cat quis, Nego, uel non credo: sed est differentia inter p̄-
prium factum: & alienum negatum, uel non creditum: ut in suo
non credens, uel negans puniat: in alieno non nisi certificatus p̄
seueret in negatione, uel in non credendo, ff. de lib. ho. exh l. 3. ff.
n de tribu. illud §. p̄e. ff. depos. si quis inficiatus ſm Vber. de Bob.[n]
Ego dico plane, q̄ æquè præiudicat rñsio de credulitate, sicut &
9 scientia, ut ŝ. §. 6. ver. hoc tñ. † ¶ Itē nota, q̄ ubi quis non rñdet
clarē, ponēs sumat inde, quod sibi est utilius, ff. de iud. si quis in-
terrogatus.

ADDITIONES

a Secundum Rof. ¶ Vbi dixi in prin. §.
b Dixit. ¶ Vbi ŝ. sub uer. hoc modo. & not hoc dictum de confessis c. 3. lib. 6. in glo. pe.
c Retulisti. ¶ Quam hodie non habemus, sed ex ea sumpta fuit decre. 2. de confes. libr. 6. vt ibi no. in j. glo.
d Habetur. ¶ Vidi dubitari, cum vere p̄fessus probato errore possit proba-
re p̄rium confessionis? & de hoc j. tit. prox §. sequitur. vers. 3. an idem pos-
sit iste ficte confessus? & an sibi necesse tunc sit errorem probare? & vi q̄ nō
quia error non cadit in ficto. Poterit ergo & sufficiet probare p̄rium: ad
* Qualiter probetur de morte. gl. in l. si quidem. C. soluto matrimonio. & l. is qui hæres. §. si quis dubitetur. de acquiren. hæred. & l. utrum. de re. dubiis. per Bar. & dicit Bal. aut factum est antiquū & probatur per famam: aut recens & tunc aut est facilis probatio, & probatur uere, aut difficilis, & tunc probatur fama cum indicus: & hoc uerum vbi tractatur de paruo præiudicio. pro hoc fac. gl. in l. qui ex liberis. de bo. pos. secundum tabulas. Item dicit Inn. in c. cum causam. ext. de iura. calum. q̄ aliqua probantur per veritatem, licet non possint probari per visum. Bar. Bal. in l. quotiens. de manum. lib. x. & l. j. §. fi. quemadmodum. resti. aper.
* In l. a. C. de probat. dicit Iac. de Aren. si quis se adstrinxit ad probandum certum quid, nisi probet, reus debet absolui: & idem dicit in causa criminali. sed tamen hoc non haberet locū in inquisitionibus: nam iudices in inquisitionibus dicunt, super quibus omnibus & singulis dictus dominus iudex procedere intendit. & sic non ponitur coniunctiue, vt videatur se ad unum adstringere, & sic addatis, hoc Cyno. alias non bene dicit.
* Not. q̄ insufficiens probatio non repellit agentem, quominus possit se iuuare, imo ipsa insufficiens probatio iuuabit insufficientem. no. gl. in l. a. de fide inst. fi.
* Qui plura deducit copulatiue, & hoc utrumque probare: secus si coniunctiue uel diuisim, ut c. olim. de rescri. per Host. primum autem est verum, quā do unum venit ad qualificandum alium, ut l. si plures. de exc. tu. Bartol. in l. denunciasse. §. quid tamen. de adu. & capitul. licet. ver. item. de testi. & l. diuus. de re iud. Bald. in l. j. C. de condi. indebiti. Compost. in capitul. ij. de rescr.
* Nota quod probationes iuris clarissimæ sunt glos. in l. si tutor. de peric. tu. Bald. in. l. actor. C. de prob. Iaco. Butr. in l. hue possidetis. de prob. & not. j.
* Nota q̄ non sufficit allegare titulum ex possessione longi temporis, nisi allegetur certus titulus, & a certa persona habitus, & ex certa causa. Inno. in c. si diligenti. extra de præscr. quod not facit quod not. per doctores in l. si certis annis. C. de pac. & l. cum de in rem verso. ff. de vsuris. & l. j. C. de fideicomm per Bal.
* Nota quod si non probatur valor rei index ex officio suo potest rem æstimare. Bar. in l. si quod ex Pamphila. de legat. 2.
* In l. emancipatione. de fide instrument. quia si sententia & bannum sunt cancellata, an probent infamem. Barto. quod sic non obstante tali cancellatione dum appareat q̄ sit lata. nam propter cancellationem non præsumitur data, quia instrum cancellatum non probat originem rei, nisi probetur ortho. not. in l. acta. de re iu. ad hoc igitur probandum sufficit causa inserta in cancellatione, ut puta quia solutum, quo casu per talem sententiam probatur infamia, quia solutione non tollitur, secundum eum: nam per satisfactionem delictum magis apparet. ut l. locus. §. si quis dolo. de tab. exh. Bal. ide. & quod notat Alber. in Auth. si quis in aliquo documento. C. de eden. & no. in c. quoniam contra falsam. de probat.
* An emancipatio probari possit absque scriptura. not. in dicta l. emancipatione. & l. post mortem. de adop.
* In l. testium. in fin. C. de testi. nota q̄ illud quod non potest probari, nisi per plures testes, tamen per casum superuenientem probatur per pauciores. & sic est argumen q̄ si scriptura testamenti facta coram septem testibus est perdita, q̄ duo testes superstites probando crimen probent & testamentum factum. Bal.
* Nota q̄ sicut ei qui dicit aliquid prius esse factum incumbit probatio, ut l. si de rebus. de dona. ante nup. & l. j. de iure fisci. lib. x. & l. quotiens. de rei ven. sic ei qui dicit aliquid post factum incumbit probatio, vt l. si post motam. C. de pet. hær. & l. in tres. in prob. & ibi Cy. in l. non solum. s. sed ut probari. de ope. nou. nun. & in cle. literis. de rescr. & ext. de sent. excō. c. venerabilibus. in fi. & ibi Io. An. & c. abbate sane. de re iu. lib. 6.
* An duæ semiplenæ probationes faciant unam plenam, & uidetur quod sic, vt l. a. §. j. de excu. tuto. contra facit l. j. qui numero tit. l. Ioann. Cal. ad l. j. ij. cap. iu. venien. extr. de testib. distinguit, Bart. plene de hoc in dicta l. j.
* In l. cum actum. ff. de neg. gest. glos. facile, uel alias notabiliter sume hanc glossi. quæ est notabilis et alia in materia implicite probationis, scilicet si sic est probatum, quod potest requiri condemnatio & absolutio, & sic se habet ad esse & non esse. Item quotiens est distinctio temporis est probanda: si nō probatur, sequi debet absolutio. vel bi gratia, de iure appellare volēs

tenetur ꝙ decem dies appellare, computandos de momento ad momentū. modo qui appellauit ꝙ decem dies, scilicet decimo die se appellasse probat, non in probat eo momento quo venire debebat. vide Inn. in c. qualiter & qn. extra, de accus. & l. non solum. §. sed vt probari. de ope. no. nun. per Bar. in l. matrē. C. de pb. & l. si post motam. de pet. hæredi. & l. ob carmen. de testi. Bal. in l. quotiens. de rei ven. & in l. eum actum. ff. de nego. gest.

* Qualiter probetur simulatio contractus Barto. in l. pacta nouissima. de pact. & l. 4. §. sed si ab ignoto. ff. de manum. & l. si unus. §. illud. de pact. per Bald.

* De probatione filiationis seu parentelæ nor. in l filium. ff. de his qui sunt sui vel alien. iuris. & l. si vicinis. C. de nup. & l. nō nudis. & l. nō epistolis. de prob. Bal. in d. l. non epistolis. de prob. & l. si q. de lib. agno. & c. per tuas. de probat. & c. Michael. de filiis presb. Iac. But. in d. l. nō epistolis. & ff. de pb. l. quidam. De probatione parentelæ posuit Bald. in l. in summa. in fine. de aqua plu. ar. & c licet ex quadam. de testi. Alb. in l. j. §. quæ tionem. de quæstio. To. An. in c. tua. de consan. & affin.

* In l Nesennius. de nego. gestis. ver. econtrario. nota hic, quod dubia probatio releuat probantem: & hoc vbicunque aliquid est in dubio statutum per ius: alias secus. quod nota; & sic limita omnia iuramenta. & hoc hic sumitur, ibi, econtrario, &c. sic inducendo, quia hæredes auiæ, quamuis probauerint alimenta præstita, non tamen probauerunt quod iure aluerit de bonis propriis pupilli. datur ergo interpretationi. verisimile enim &c.

* An communis opinio æquiualeat veritati. Bald. in l. j. C. de testa. plene distinguit Bal. de acquiren hære. l. j.

* An communis opinio possit quæ probari in negatiua sicut in affirmatiua, Inn. in c. veniens. de verbo. signifi.

* Qualiter probetur quem fore furiosum, dementem vel non sanæ mentis, Bald. in l. furiosum. C. qui testament. facere poss. & S. de teste. & Bartol. in tract. de teste. fac. Bald. in l. si cum totem. §. si maritus. ff. soluto matrim.

* Qualiter probetur paupertas, Iacob. Butri. in l. actor. C. de prob. & an præsumatur pauper vel diues, ibidem not. & Bald. in l. paupertas. de excu. tutor.

* Nota ꝙ vbi non cadit probatio necessario concludens, accipitur ea quæ probabiliter concludit, Iaco. Butri. §. & l. ueque. c. ti. & l. testium. ff. eodē. & l. quidam. ff. de prob.

* Nota ꝙ dubia probatio non releuat probantem, no. in ca. ii. præsentia. de prob. siue sit dubia in substantia, siue in ratione. Bal. in l. de tutel. C. de integ. relii. Iac. quod no. Bal. in l. Labeo. de supell. leg. fac. quod no. Bal. in l. quotiens. §. si duo. de hære. inst. ff.

* Nota quod dictum testis ambiguum interpretatur contra producentem. de quo per Bartol. in l. inter iuli. latem. §. si Seium. de verbo. obli. & l. si ita scriptum. de manum. ti. & dictum testis ambiguum interpretatur in meliorē partē. no. in l. si. de præt. sup. Bal. in dicta l. quotiens §. si duo.

* De probatione facta per arbitros. nota. ii. cum in tua. ext. de vsuris. & c. forus. de ver. signifi. & c. 2. de cler. peregri.

* Nota ꝙ probata fama, & ipsius opinione; ipsa veritas videtur probata, vbi agitur de hominis qualitate probanda, Bald. in d. l. j. de testa. fac. l. nō omnes. §. a barbaris. de re mili.

* Nota ꝙ vbi requiritur ꝙ aliquis certo tempore fuerit talis qualitatis, vel conditionis, sufficit ꝙ probetur eum eo tempore communiter habitum & reputatum pro tali, nec requiritur ꝙ probetur eum ante, vel post talem fuisse. sufficit enim ꝙ probatio concludat de eo tempore quod est de substantia quæstionis, vt d. l. j. per Bal. & allegat. de testibus. l. ad testium. §. conditionis.

* In l. si solennibus. de fide instr. dicit Bal. ꝙ doctoratus non solum probari possit per priuilegium, sed etiam per testes qui interfuere examini publico.

* Quomodo probetur matrimonium vxoris & prælatura. Inno. in c. illud. de præsumptionib. Archi. ii c. si forte. de elect. lib. 6. Ioan. An. in c. si infamibus. de reg. iuris. Alber. in l. si vicinis de nup. Cynus in l. quisquis. ad l. Iuliam maiest. versi. 4.

* In l. cautum. in prin. de manu. dicit Iac de Aret. vnum contra quod videtur gl. in l. circa. ff. de prob. videlicet ꝙ si quis ponit vnum quod non habet necesse ponere, seu probare, ꝙ hoc ipso videtur se astringere ad probandum. & text. in l. denunciasse. §. quid tamen. de adulter. videtur innuere ꝙ nisi probet, sequi debet absolutio. vide ad hoc c. licet ext. de probat. in gl. & per Petrum de sampsonia, qui dicit ꝙ cautus debet esse protestando, non adstringens se propterea nisi ad ea quæ sufficiunt ad intentum intentionis suæ.

* Si volo probare me possedisse a tanto tempore citra, ut puta a xl. annis citra, debeo capitulare ꝙ possedi talem rem a xl. an. & citra: nam dicto, &, denotat continuationem temporis. nam si simpliciter dicerem ꝙ possedi a xl. annis citra, non probaretur possessio xl. annorū, per c. licet. extra de proh. Item quid si diceretur a xl. ann. citra, & plus. vide ad hoc c. literæ. ex. de dilatio. & l. si quis in suo. de inoff. te. De contumacia actoris qui debet probari per testes. Bal. in l. si quis ita. de cond. & demonst.

In l. si super chirographis. C. si certum pet. in versi. testimo. no. ꝙ iudex non debet admittere instrumentū non solenne: nā paria sunt instrumentū non solenne & falsum quantū ad vim probationis, nō quantū ad vim punitionis. nisi in casibus a iure concessis. ut §. quia vero. in Auth. de non alie. & dicit. Inn. ꝙ iudex qui admittit instrumentum quod non tenet quantum ad probationem, facit litem suam: & tenetur ex illo edicto quod quisque iuris. Inn. in c. cum venerabilis. de excep.

* In l. quoniam. C. de hæret. vtrum pactū qd solet apponi in instrumentis, qd non possit probari solutio nisi per testes, teneat. gl. in Auth. vt sine probibi. ma. debi. §. quia vero. & notatur in Authen. Iubemus. C. de iudi. Bal. in l. postquam liti. C. de pac. per dom. Segnorolum.

* An signo vel marcho meo quod reperitur impressum animali vel alicui rei probetur ꝙ sit meum no. in l. quid in publicis. de seruis fugiti. vide l. stigmata. C. de fabricensib. lib. xi.

* An fines plebatuum probentur per instrumenta. gl. in. l. cum aliquis. de iure deliberan. & l. optimā. C. de ꝓh. & commit. stipu. & c. cum olim de consti. & c. cum causam. de probat.

* An sententia regis probari possit per eius scripturam sigillo eius roboratam, Pe. in l. exemplo. de probat.

* Vir legauit vxori suæ, & iussit non debere molestari per hæredes suos sub pœna priuationis hæreditatis, & ꝙ stari debeat sacramento dictæ vxoris. Domi. Segnorolus in consi. suis dicit ꝙ non stabitur sacramento dictæ vxoris nisi probetur de molestia.

* Nota ꝙ probans per probationes vel præsumptiones iuris dicitur liquide probare. ita dicit Bal. in l. si tutor. C. de peric. tuto. fac. quod nota Iac. de Are. in l. licet imperator. de leg. j. & sic probationes legum sunt liquidissimæ. & sic si lex mandat stari dicto, vel scripturæ alicuius, ꝙ illa est probatio iuris & de iure. Sed an recipiat probationem in contrarium, Iac. de Are. in l. j. si ad uersus liber. Iac. Butr. in l. j. C. de re iu. in lectu. noua dicit ꝙ repipitur probatio in ꝓrium quando uerbū stari profertur in materia probationum: secus in materia dispositionis. De præsumptionibus uero notat Iac. But. in l. siue possidetis. de probationibus. in Rub. ff. de prob. uidelicet de præsumptionibus, ut S. dixi.

* An per instrumentum dotis probetur matrimonium, Bal. in l. filium. de his qui sunt sui vel alie. iur. & in Auth. vt fratrum filii. in prin. fac. Bal. in l. ab executione C. quorum app. non reci. B. in l. j. C. de priui. do. & in Auth. si quis in aliquo. de eden. Alber. in l. cum res. de donat. & l. cum mulier. de don. ante nup.

* An medico sit credendum, & an uno, vel duobus, & an sine iuramēto. Bar. in l. j. de ven. inspi.

* An in criminalibus unus testis faciat semiplenam probationem. no. in l. si duo. de iureiuran.

* Nota ꝙ scriptura actoris obtinet vim trium testium. l. sanctimus. C. de testa. In l. scire oportet. de exceptiato. §. sufficit. An credatur de suo sacramento in casu fortuito. Bar. in l. si quis cautio. & in Auth. ii. de tempo. appel. Iun. tunc cum olim. de priui. Archi. & Ioan. Monac. in cōpientes. de elect. & c. quamuis. de rescript. cap. cum in multis. & cap. 2. de dolo & cōtu. lib. 6.

* In l. vbi ver. is autem. de eden. ff. in gl. quæ incipit, hæc ratio nota Bal. no. gl. quæ vult quasdam probationes dominium. vnde si fiant inductæ rep. aliæ ꝙ mercatorem qui portabat balas pannorum, si modo ratio inclusa in ballis, dicat ballas esse alterius quam portantis, non debet reprobari. Bal.

* Statuto cauetur ꝙ credatur sacramento domini possessionis de damnis datis, opponitur ꝙ non est dominus. dicit Baldus in j. §. nū præterea. ff. nau. caupo. Italū. ꝙ dominium præsumitur. nec debet probari hoc testuerum nisi statutum minus recederet a iure communi, vt puta si diceret, si dederit damnum, aut posuerit manos, quia tunc ad retinendum talis odii, debet probari de dominio. Item ibidem dicit ꝙ si quis percusserit in domo percussi, &c. requiritur probatio dominii. l. si. §. nō locum. de rub. & sanp. ru. Dic ꝙ quandoque agitur ratione conuentionis, & loquitur ille §. quandoque ratione pactorum & loquitur l. 4. Cornelia. §. de iniuriis. quandoque ratione rei, & loquitur. §. in locum. fac. l. 2. §. j. de orig. iur. Bal. vbi §. & idē l. j. C. de iureiuran.

* Quod non sufficit opponere alicui, tu non es dominus talis fundi, nisi dicatur nec in possessione dominii. Barto. in quodam suo consilio. & not. supra.

* Qualiter probetur aliquam rem esse cabinam, not. in l. seruus seruum. alias l. mancipium verbor. signifi.

* Qualiter probetur valor rei, not. in c. cum causam. de testib. li. quos. C. de rescin. ven. l. si fundum per fideicom. de leg. j. & l. precia rerum. ad l. falcid. & l. si fundus. de reb. eorum. & l. si quis. de rei vendi. Bald. in l. 2. de rescin. vend.

* An acta probentur per testes. Bal. in l. ne in arbitris. C. de arbitr. l. gesta. C. de re iudicata. Angelus in l. si prætor. ff. de iudiciis.

* Qualiter probetur dominium rei. Bal. in l. iudicia. de rei ven. & l. pen. de condi. furtiu. & l. cum res. & l. proprietate. C. de proba. & Bar. in l. Celsus. ff. de vsuca. & l. rem quæ. de acquirenda poss. & l. rem alienam. de pignorati. actio.

* Nota ꝙ in facti multum antiquis opinio generalis habetur pro veritate Bal. in l. conuenticulam. C. de epis. & cle. Inn. in c. cum causam. de iudicijs. & in c. veniens. de verbo. signifi.

¶ Bald. De Probationibus.

¶ An semiplena probatio sit species probationis. no. in c. j. de iu. ꝙ nō. & C. de Carb. edicto. l. ii. ¶ An obliciens plura, videatur se astringere ad omnia probanda. no. in c. si forte. de elec. in Nouella. li. 6. ¶ Nihil facienti in primo termino nō debet dari secunda dilatio ad probandū, nisi probato impedimēto in primo. G. ¶ Negatiua simplex nō probat. ꝙ negationum nō sunt cāæ. §. j. in prin. & de qualiber negatiua. vide ibidē ꝙ G. Testes actoris prius debent recipi, quā teties rei. ver. ego puto. G. ¶ An habens diuersa intervalla, præsumatur idem ꝙ in eisdē tempore furoris, vel mentecapti. ver. ponit. G. ex facto aliter præsumitur, ꝙ de cond. indebi. pe. & de offic. presi. diuus. secundo. Bar. ¶ Qualiter probetur negatiua, memoria non extare. certe per cōmunem. vide plene in ver. vltimo quæritur. G. Communis opinio est eadem ꝙ credulitas. Sed quid si dicto reiam, si tu credis? respon. per verba quæ profers. ver. illud quæ. G. & idem est probare communem opinionem, & omnium opinionem. vel. & scias. G. & per communem opinionem probatur, ꝙ aliquis fuerit rebellis, vel in dex. ver. verum. & seq. G. ¶ Continua possessio probatur ex extremitatibus, ex quibus præsumitur medium. Ite qui probat se fructus percipere. videtur probare se per totum illum annum possedisse, ner. sed quæritur, quæ G. & vide Cy. C. de pscri. lon. tem. l. pe. & S. de poss. §. ponit ne pu. nocatus debet omnes attestationes rimari, tam suas quam aduersarii per testes aduersarii quandoque quis probat. & si fuit. alioquin desistat. §. nunc dicendum. vide S. de te-

G. ¶ An delegatio, vel cõmissio possit probari per testes videndum p̃ est principium. G. ¶ Licet quis promittat nõ probare solutionẽ, nihil per instrumentum, tamẽ valet probatio p̃ testes, ne veritas occultetur vers. sed pone. G. vide j. de rerum. & pclu. §. cum autem. in fi. ¶ An valeat pactum, q̃ creditur simplici verbo alicuius? Dic, q̃ iurare debet: & videtur iuramẽtũ conditionale, ver. quid si ibi. G. de hoc in l. fi de prætor. stip. per Dyn. & de iureiur. l. iusiurandũ, qd̃ ex. per Iac. & de dote præleg. l. Theopompus. per Bar. ibi vide. ¶ Si per statutũ debet credi iuramento dñi possessionis de damno dato, an ista verba cõprehendant iustum possessore n. qui non est dominus proprietatis, vt usufructuarius, vel bonæ fidei possessor? Respon. q̃ sic, uer. sed pone: statutum. §. videndum. G. facit, quod no. de rusticis, ff. de orig. iuris, l. 2. §. j. In contrarium facit: quia illud statutum est contra ius commune: ideo stricte pro vero domino verba sunt accipienda: facit ff. de reli. l. j. §. j. Imo nec emphyteuta comprehenditur: quia emphyteuta proprie non dicitur dominus, ut l. cum notissimi. §. j. C. de præsc. 30. an. fi. si ager. vect. l. j. §. qui in perpetuũ. vbi de hoc Arg. contra, ff. de iunr. l. lex Cornelia. § domum. facit fi. de precar. l. & habet. §. j. SOL. Quando fit mentio dominii absolute, intelligitur de proprietate: sed quãdo per relationem ad aliud, id est, ad aliũ effectũ, tunc aut ille effectus dependet a proprietate, & tunc significat proprietatẽ, vt q̃n concernit totum ius rei si autem est tale, qd̃ concernat fructus. tunc sufficit iusta possessio. ff. ad l. Aquil. item Mela. §. pe. & ff. de usuris. l. qui scit. §. fi. & ita intellige hic. Bal. & vide §. de primo & secũdo decreto, §. qd̃ per iuramẽtũ. Bal. ¶ De auctoritate cuiuslibet sigilli vide plene in ver. x. pliteras. q̃ no. G. & q̃ opponãtur, ver. illud. G. ¶ Licet in sententia fiat mentio ꝓcuratorii, non tamen ꝓbatur mandatum, ver. sed pone: iudex. G. vide l. optimã. C. de ꝓtrahen. & commit stipu. per Cyn. ¶ Acta facta coram iudice, valẽt coram arbitro, ver. sed nunquid omnes. licet nulla lex hoc exprimat. G. ¶ Si quis petit absolutionem, an videatur confiteri se ligatum? ver. sed nunquid probatur. G. arg. ff. fam. ercis. l. qui familię. Bal. ¶ Cuilibet perito in arte, est credẽdum: vnde, an vulnus sit lethale. vel nõ, vel factũ cum falcione, vel lapide, vel calce, iudicio medicorum ſtatur, vt fuit in causa cuiusdã homicidii, & fuit corpus exhumatũ & ostensum medicis. uer. quoq; G. ¶ Quot species sunt semiplenæ probationis, vide ibidẽ ad finẽ. G. ¶ Probatio, est assertio veritatis, sensatẽ. & immediate per seipsum. ¶ Argumentũ est assertio quędam oriens ex sensu alicuius rei facto principali connexo, nõ ex ipso facto immediate: vnde argumentum est, sicut syllogismus in quo uno præsupposito aliud sequitur: vt vulnerauit, quia habebat gladium euaginatum, sanguinolentum, in rixa. ¶ Coniectura, est assertio alicuius circunstantiæ, quæ non cogit intellectum hominis ad sic credendum, sed inducit ad id præsumendum & suspicandum: ut quia visus est scholaris in camera cũ Berta Vnde Rhethoricus, cuius scientia in persuadendo ꝓfitit, frequenter vtitur argumentis sumptis ab indiciis & coniecturis: & ius ciuile quandoque idem facit. Bal.

¶ De Articulorum exhibitione, & testium productione, Rubrica.

QVALITER formentur articuli, & qualiter testes producantur, & qualiter productioni testium renuncietur, plene dictum est s. de teste, §. nunc videndum. & §. fi. & per to. ti. ideoq; hic non ducimus refricandum.

a ¶ De instrumentorum editione [2]. Rubrica.

ADDITIO.

2 ¶ Pileus nõ fecit de instrumẽtis rubricã, sed in ti. de prob. in fi. de hoc tractauit, & modicũ: item in ti. de test. subscriptis in instrumento. ¶ De Bagarolo idẽ dico, & q̃ modicũ inseruit, vbi tract. de testi. ¶ Tan. par. 3. posuit rub. de exhi. instrumentorũ, & ipsorũ fide. ¶ Roff. vbi de edictis, ponit rub. de actione in factũ, de edendo, vbi de eorũ editioẽ tractat. ¶ Vber. de Bochar. ij. tractatũ inchoat, quẽ ꝓsequitur de scripturis priuatis, & publicis, & de priuilegiis. ¶ Io. de Deo Canil. lib. v. posuit rubricam de instrumẽtis & diuersis scripturis publicis, postq̃ posuit de scriptura priuata, & de priuileg. & in li. Iudicũ, parte vlti. posuit rubricam de fide instr. & ipsorũ iuribus, & qñ dicatur authenticũ. ¶ Aegid. de ipsorũ ꝓductione posuit rubricã lib. 7. & Alb. Gal. posuit rub. de fi. instr. ¶ Nepos de Mõteal. posuit secundã rubricã d̃ scripturas publicas & priuatas, & d̃ priuilegia: vide, qd̃ dicã in §. cõpendiose. in prin. ¶ Vides, q̃ hic nouẽ diuisiones facit auctor de quibus maiorẽ numerũ facere potuisset. Est sciendũ, q̃ Nicolaus Matarelli de hac materia summã ꝓlixã formauit, dicẽs, circa scripturã ꝓbatoriã, quæ dicit Instrumentũ stricto modo sumptũ, ut no. j. §. j. in fi. & ff. e. ti. l. j. distinguendũ: quæ distinctio quia differt a mẽbris auctoris, motus ẽt, qa in quadã quæstione, quã circa materiã ipse & ego consulere habebamus, Paduæ, satis illã reuoluimus, iõ hic illã ponã, q̃ breuius potero, prosequẽdã. Distinguit aũt sic: Aut dubitaẽ de illa ꝓficienda, & hic prolixus est tractatus aut de ipsa ꝓfecta, exhibẽda & tradẽda: aut de ea vacuata exhibenda & restituenda: & quia hæc duo breuius per ipsum expediunt, illa prætermittam. Dicit ergo circa hoc sm, iuxta diuersitatẽ factorũ & specierũ diuersis actionibus ad talia tradẽda agendũ esse, qñq; officio iudicis, quandoq; actione in factum quæ datur ex æquitate, qñq; rei vendicatione, quandoq; actione ex eo ꝓcto, quandoq; actione mandati: quod dixit apparere ex dictis super j. mẽbro. Circa tertium videndũ dixit quãdo scriptura dicatur vacuata, quod dicit esse posse diuersis causis. Primo, quando ꝓbatoria scriptura est ineffica: quia id, ad quod facta fuit, probari non expedit: quia de illo amodo iudicari non debet: uel quia causa est sublata. de qua speratur litigiũ, vel quia nõ est sequuta: & sic recte dicit vacua, vel vacuata. exempla ponit C. de cond. sine cau. dissolutæ. & l. fi. de sol. l. fi. & ad exhib. l. vlt. & hoc mõ dicitur etiã testamentũ vacuatũ, quando est inefficax, ut cũ de ap. cog. §. siue igitur. Procedit aũt inefficacia, cũ id, ꝓpter quod factũ fuit instrumentum, nec secutum est, nec sequi sperabatur, & tũc per partem, quæ illud dedit, petitur ut reddatur: vel iudicis officio. si in iudicio datum est: vel si extra iudicium, condictione sine causa, C. de ꝓb. fi. q. libellos. & de cond. sine cã, l. fi. Si vero charta probatoria non est producta, vel data, sed est penes illũ, qui scripsit, petitur vt aboleatur: & id per quãcunq; partẽ, vel per officiũ iudicis, si illud locũ habebat in illa facieda, vel actione mandati, si ad illã faciẽdã ꝓpeteret: facit. ff. de accu. l. libellorũ. §. fi. & de iud. l. post edictũ §. j. Est ẽt inefficax scriptura, cum solutũ fuit id, propter qd̃ facta erat: & tunc aut est penes scribentẽ, aut penes illũ, pro quo facta fuit, aut apud tertium: & secundo casu petit debitor illam sibi dari, per leges prius allegatas, cum cã facta sit nõ cã, & negotiũ inter eos gestũ, ff. de cond. sine causã. l. j. Si vero creditori data fuit per scribentẽ, per quã dationẽ creditor fuit ipsius dominus, & nũc inefficax est apud ipsum, nõ petit illã debitor per ꝓdictionẽ sine cã, cum inter eos nullũ negotium gestum fuerit, vñ nascat talis ꝓdictio, sed petet ꝓdictione ex l. dissolucę. ff. de ꝓd. ex lege vna. Si vero charta est penes scribentẽ, creditor ab eo illã petere poterit ac si esset efficax. & illa habita tenebitur illi, q̃ factũ est, ut dictũ est: & posset debitor p̃ creditorẽ agere, vt p̃ scriptorẽ agat ad hoc. ff. de act. emp. & ven. l. Iulianus. & l. qui impleto. §. messem. Posset tamẽ se ab onere liberare cedendo actionẽ id petenti, vt in dictis legib. no. per l. quod debetur. ff. de pecu. Vbi authentica scriptura esset penes debitorem, qui soluit, non est locus petitioni, cum sit, vbi esse debet, ut in d. l. dissolutæ. Vbi autẽ esset penes extraneum, ꝓstat q̃ per dñm scripturæ ꝓueniri potest possessor cõb. actionib. crei vendicatione, & ad exhibendũ: si dñs non apparet, conueniri potest per illum, pro quo facit, actione in factum, ff. ad exhi. l. 3. §. pequam habitam tenetur tradere illi contra quem facta est ut s.

¶ Circa primã speciem, professionis, subdistinguit sic: ¶ Primo aut fit talis scriptura de actibus iudicialibus, quæ forensia, vel fori dicuntur: aut de extraiudicialib. ¶ Secũdo, si illam facere quis debet ꝓpter tm̃, an ad id cogi possit? ¶ Tertio, sub qua forma fieri debeat? Quarto an talis scriptura cedat chartę, vel non: & per hoc cuius esse cẽseatur. ¶ Quinto, quis pretium chartæ & scripturæ soluere debeat. ¶ Sexto, si talis scriptura est in originali libro, vbi, & per quẽ custodiri debeat & saluari? ¶ Septimo, si petit exẽplum trãscripti, cui, & per quẽ, & sub qua forma scribi & dari debeat, & quo iure petatur? ¶ Octauo, an talis, scriptura transcripti cedat chartę, vel non: & per hoc cuius esse dicatur? ¶ Nono, qs soluere debeat chartæ pretiũ & scripturę? ¶ De primo mẽbro circa quod etiã prosequit alia mẽbra, dicit scripturas iudiciales fieri debere per officiales ad illam deputatos lege cõi, vel municipali, uel ꝓsuetudinaria, si quę sit in loco, & non per alios: all. C. de ap. præcipimus. §. in his. & §. huic. vbi de taliũ nominib. & in l. fi. e. ti. & de do. l. donatio. Nec mirũ, si talia, quæ prædixi, dant talia officia, cũ per illa dẽtur etiã iudices ordinarii, de iurisdom. iud. l. more. & l. & q. a. & quod ibi no. Ad idem extr. de iu. nouit. & de fo. compe. cũ ꝓtingat. vbi vere per alterum prædictorum modorum nulli sunt deputati ad tales scripturas: dicit seruandum, quod dicit decr. qñ. de prob. in prin. vt iudex assumat tabellionẽ, si haberi põt: alias duos viros idoneos, ut in decr. qñ de prob. & vide, quod ibi no. in 3. glo. & quod super ea scripsi. ¶ De secundo circa tales scripturas iudiciales, dicit, q̃ sicut executores coguntur per iudices suũ officiũ fideliter exercere, C. de ꝓpos. l. 2. sic & tales officiales officio iudicis, cui subsunt, cogũt talia scribere, & litigatoribus tradere, ut in præc. qñ. & C. de eden. l. is apud quẽ. & C. li. xij. de numerar. & actuar. l. exceptores. ¶ De tertio dicit, oia iudicis auctoritate scribenda fideliter, quæ ꝓiudicẽ, vel ipsius auctoritate i psentia ipsi⁹ officialis fiũt, apponẽdo quę in scripturis publicẽ apponũtur: de quibus satis j. §. 2. & patet in præ. dec. qñ. & de inscriptione testiũ. tenet, qd̃ ibi no. in 3. gl. ¶ Ad quartũ respondet, q̃ nullius priuati scriptura est, sed est publica illius rei publicæ, cuius auctoritate fit, ut in d. l. his apud quẽ. quæ vocat illa acta publica: & merito, cũ per seruos publicos facta sint. Vnde licet alias dicat, q̃ litera cedat chartæ, Inst. de rerũ diui. §. litęrę. tamẽ hoc casu propter publicæ auctoritatis excellentiã charta cedit scripturæ, & efficitur publica sicut fluuio publico cedit alueus, ff. de acquir. rerũ do. l. ergo. §. alluuio. Inst. de rerũ diuis. §. q̃ si naturali. ff. de reli. l. is qui certum. ¶ Ad quintũ respõdet, q̃ tales officiales de salariũ recipere debent pro labore & pro chartis, & illo debẽt esse contenti: in auth. vt iudices sine quoquo suf. §. hæc aũt omnino. & simile ff. de adm. tu. l. ita tamen. in fi. & solutis chartis refiduum est eis quasi pecuium castrense, de quo C. de inof. testa. l. fi. ver. de aliis. ibi, de memorialibus, &c. Si autem non habent salarium, recipient a litigantibus secundũ ꝓsuetudinem & ordinationẽ locorum, ar. C. de sacrof. ecc. auth. hoc ius. & de epis. & cleri. l. nulli. & C. de epis. aud. tã dementis. in fi. Cũ enim per leges, quibus ꝓcor. 12. q. 2. charitatẽ. certis personis detur in priuilegium, q̃ nil soluant. ergo eius ꝓrium est ius cõmune in aliis, ff. ad munic. l. 1. & tunc ipsi scriptores soluent chartas: & sic seruatur in illis, quæ remanent penes eos. sed si pars velit illa acta, tunc petunt chartas a parte. ¶ Ad sextum respondet, q̃ talia acta custodienda sunt in archiuis publicis, vel chartophylacio: de quo c. dist. & c. 2. & de prob. c. 1. Apud aliquos vocatur cãcellaria & solent esse officiales ad hoc deputati. C. eo. ti. auth. ad hæc. de app. eos. §. super his. Vbi vero ꝑsonæ, vel loca nõ sunt ad hæc deputata, licet ad certa alia essent ordinata, tunc putauit illa custodiri per sciptores, vel ipsorũ hẽdes, uel per illos quibus cõmitterent, ad instar argẽtariorũ, ff. de edẽ. l. prætor. §. vl. & l. fi quis ex argentariis. §. pen. ¶ De septimo credit, q̃ trã scriptum dari debeat cuiq; petenti, cũ sit publicum auctoritate, vtilitate & vsu suo mõ: alle. C. de eden. is apud quẽ. quæ indistincte loquitur, & Inst. de publi. iud. §. j. & ff. de rerum diui. l. nemo. in fi. & l. riparũ. & ne qd̃ in flu. pub. l. 2. §. 1. Excipit, cum petuntur p̃ fiscum. ff. de iu. fisc. in fraudẽ. §. quoties. & quod ibi not. & de eden. l. ne quisq;. sic est in fisco aliud speciale, q̃ p̃ se pro ipso tenetur quis edere instrumenta, ff. de eden. l. 3. & scripsi extr. de prob. c. 1. Ad aliam partẽ articuli respondet, q̃ si acta custodiuntur per officiales ad hoc deputatos, ipsi debent dare transcriptum cum sua inscriptione, vt in §. quoties. & in auth. ad hæc. C. eo. ti. Vbi vero non sunt aliq; deputati, tunc per confectores ipsorũ scriptorũ, vel alios, qui illa habeant, transcribentur cum subscriptione, si sint tabelliones, & si habent personã publicam: si nero sunt priuati, fiet transcriptum auctoritate iudicis, cum

fides eius ex auctorizatis auctoritate procedat per iura proxime allegata, ut ext.e.ti.c.pe.& vlt.puta, ꝙ anni Domini,& quicquid est in originali, sit transcribendum etiam cum nominibus testium insertis. Testes autem, qui interfunt transcriptioni nō putat necessario inscribendos, p leges ꝑdictas, auth.ad hæc & §.quoties. Tutū tñ est illos exprimere, dicens circa vltimū, ꝙ si ꝑdicti hoc ſpōte nō faciāt, officio iudicis præfidētis ad id cogēdi sunt, per prædictam auth.ad hæc.& per e. qm̃ ꝫ extr. de proba. ¶ Ad octauum respondet, quod tale transcriptum est officialis transcribentis, tanquam auctoritate publicum, sed vtilitate priuatum, sicut & tutela: Instit. de auct.tut.§.1.& cedit charta scripturę, propter excellentiam publicæ auctoritatis: non econuerſo ad instar tabulæ prædictę nō feruminatorū. Inſt. de re diui.§.ſi quis in aliena.& ff de rei ven.l.in rem.§. item quęcunque. & per consequēs fiet eius, cui per talem officialem tradetur, Inſt. de rer.diui. §.ꝓ traditionē. ¶ Ad ultimum huius partis dicit, ꝙ dominus chartæ dēt habere pretium chartæ à transcribente per iura proxime allegata: ipſe vero transcribens habebit pretium chartæ & literæ à petente, pro quo trāscripſit, nisi lege, vel consuetudine aliud esset inductum generaliter, uel circa certas personas, ut ꝫ. super v. articulo.

¶ Secundo sequit uidere de scriptura probatoria extraiudiciali, de qua regula talis dꝛtur, ꝙ nulla scriptura extraiudicialis probare pōt plene, vel semiplene, ꝫ alium, quam ꝫ scribentem, nisi de scribendo illi mandatum fit, uel ei commiſſum per quæcunque verba ab illis, inter quos fit, uel ab altero illorum. hoc probatur in auth.de tabel.in prin.& §.1.& quod ibi no. & ff.de eden.l.ſi quis.§.pertinere.& l.quædam.in fi. Sic & iudices chartularii non habēt iurisdictionē, nisi inter volentes, ut no.ff.de iud.l.j.in gl.pe. Scriptura ergo iudicialis naturam iudicii ſequit, quod redditur in inuitū, ff.de ver.obli.inter ſtipulantē.§.1. Sic & ſtipulatio naturā eius ſequitur, ſuper quo interponit, ff.ſi quis cau.ſi eum §. qui iniuriarum. & de uſur. ſi ſtipulatus.ut leg.no.ca.l.j.§.ſi ſub conditione. Hac regula præmiſſa diſtinguit: aut agitur de ſcriptura fienda per tabellionem, qui habet ad hoc publicum officium: aut de ſcribenda per eum, qui non habet publicū officiū, ſed publica auctoritate cōmiſſum, ut ſunt argentarii, vt ff.de eden.l.prętor. §.ſed ſi ſeruus.& l.argentarius.§.j. aut de ſcribēda per alium priuatum, ut ſunt nummularii, hodie mercatores, & ſimiles. Primo caſu ſex ueniunt conſideranda. ¶ Primum, an tabellio, cui mandatur aliquid ſcribendū, ad id cogi poſsit inuitus. ¶ Secundo, cuius mandatū interuenire debet. ¶ Tertio cuius intelligatur ſcheda ſcripta per tabellionem, & cuius intelligatur ſcriptum mundum ex illa. ¶ Quarto cui dari debeat ipſum mundū. ¶ Quinto, quæ ſunt illa, de quibus tabellio pōt ſcripturam probatoriam facere. ¶ Sexto, quid debet interuenire ad hoc, ut id poſsit de iure. ſi vult, & ſi nō vult, ꝙ cogi poſsit. ¶ Ad primum reſpōdet, ꝙ inuitus cogi poteſt præciſè opportunis remediis, cū ſit publicū officium, & publica auctoritate cōmiſſum, ad ſimilitudinē iudicis, ff.de iud. de qua re. & C. de aduoc. diuer.iu. ſcimus. & teſtis. C. de teſtib.ſi qñ. & tutoris. Inſti.de ſatiſ.in §. pe. Et ſi non faciat, poteſt mandator pdemnari ad intereſſe, ſicut argentarius, ff.de eden. l ſi quis.§.ex hoc. Dixit tamen hoc intelligendum, cum omnia occurrunt, quæ ad hoc requiruntur: de quibus in ſexto membro dicetur. ¶ In ſecundo diſtinguūtur tria membra: de quibus tractabitur ꝫ.§. poſtquam. in ver. nunquid eſt neceſſarius. ut ibi dicam, in fi. ¶ De tertio, cuius intelligatur ſcheda, & mundum inde ſumptum, de quibus dicitur C. eo. l. contractus. in princ reſpondet, ꝙ ſunt ipſius tabellionis, non eius, cuius fuerunt chartæ, propter publicam auctoritatem, ut ſ. verſ. ad viii. Mundum autem de ſcheda fieri eius, cui tabellio tradet, ut ibi dictum eſt. ¶ De quarto reſpondet ꝙ ſi perpheantes fuit expreſſum, cui dari debeat, illi daretur. ff. de iud. l. ſi conueneritalias dabit illi, pro cuius probatione & utilitate factū eſt. ff. de eden. l. prætor. in princ. & l. ſi quis.§. pertinere. & l. quædam. §. fi. Non datur ergo debitori, pro quo cōmittendo factum eſt inſtrumentum mutui, li cet ipſe commiſerit cum creditori mandauerit. In contractu vero locationis, in quo pro utriuſq; vtilitate mandatur fieri ſcriptura, dabitur utri que: quaſi hoc tacite actum haberi debeat pro expreſſo. ff. ſi cert. pet. cum quid. Sed quæritur, quomodo conſtabit de mandato, ꝙ ſit factum, & à quo? Reſpondet, ſi quæſtio eſt inter mandantem fieri, & tabellionē, ſuper hoc ſi appareat tabellionem feciſſe ſchedam, cogetur mundum dare petēti, quaſi præſumatur ab ipſo fuiſſe mandatum, & tali a principio, ar. ff. cōmod. in commodato. §. ſicut. alias probet mandatum, qui id dicit, ff. de probat. ei qui dicit: ¶ De quinto ſe expedit, ꝙ ad eum pertinet ſcribere actus licitos, non illicitos: item actus qui non ſunt extra officium ſuum: ut quia pertinet ad cognitionem iudicis, & iudex non mandat: & de hoc ꝫ. in fi. ſecundi proximi membri. ¶ Subdiuidendo ad ſeptimum reſpondet, ꝙ ad hoc ut tabellio poſsit aliquid authenticum ſcribere, & ſi nollit, poſsit cogi, requiruntur facti commiſsio rei cognitio, iuris permiſsio, teſtium robur. horum præſentia. ¶ De primo dicit requiri mandatum, per quæcunq; fiat verba, ſ. mitto, delego, iniūgo, mādo. de hoc remittit in auth. de tabel. §. j. arg. ff. man, & de hoc ēt dictū eſt ꝫ. ¶ De ſecundo, quod eſt rei cognitio. ſciendum eſt, ꝙ tabellio id, quod in publicam ſcripturam deducit, non ex narratione teſtium, uel viſione inſtrumentorum, quia eſt iudicis: ſed ſcire debet per ſe, ſicut teſtis, in auth. de tabel. §. nos autem. ibi, vt habeant, vnde ſciant negotium, & interrogati reſpondere ſciant. C. de teſtibus, l. teſtium. ff. de fid. inſtru. l. ij. in auth. de hære. & Fal. §. ſi uero abſunt. ibi, & vidiſſe, quę tunc agebantur, &c. vnde ipſe propriis auribus audire debet illa, vt per hos duos ſenſus percipiat. & per hoc dicitur ꝫ. §. reſtat. circa fi. ſuper verſ. ſed quæro, ſub qua. Sed nunquid perſonas, de quibus inſtrumenta facit, cognoſcere debet? Videtur, ꝙ ſic: ſicut & teſtis cognoſcere debet eos de quibus teſtificatur, vt no. ff de teſti. l. 3. §. ideoq; diuus. in gl. debet ergo, ad hoc C. de iur. delib. l. fi. §. fin autem dubius. in fi. ibi, qui hæredem cognoſcant, & ibi no. de hoc in glo. nota arg. & auth. hoc eo. ti. §. oportet. ibi, & ſciant eum, &c. In contrarium facit: quia hoc erit quaſi ad nihilum deducere inſtrumenta, ſi fieri non poſſent, niſi de perſonis prius notis: & ſic non facile fiet de mulieribus, de ruſticis & extraneis: quod eſt contra iura volentia probationes ampliari, non reſtringi, in auth. eo. ti. §. & his qui. in fin. Item dato, quod Titius promittens centum Mæuio, qui promittit dicat ſe ſic nominari, non propter id dicitur notarius ſcire nomina, quæ ſic poſſent falſo confingi. Soluit: neceſſe non eſſe, quod notarius illos prius notos habuerit: ſed ſatis eſt quod ipſo tempore illos notos habeat, audiens ipſorum verba, nomina & cognomina: & leges adaptantur ad illa, quæ communius accidunt, non ad illa, quæ raro, ff. de legib. nam ad ea. Nec obſtat, notarium, per ſe ſcire debere, quę ſcribit: quia illud verum de his, quæ ſcriptura probat, ut dictum eſt: ſecus in his, quæ ſcriptura non probat: ſicut hic, quod alter vocetur Titius Mæuius, ſed probat, quod quidam dicens ſe vocari Titium, promiſit alteri, qui dicebatur Mæuius, ſicut cum ſcribit, quod A. dicens ſe procuratorem B. tale quid fecit, conſtat per id non probari procuratorium, ſed ſolum actum: facit C. de contrahen. & com. ſtip. l. optimam. & de iure delib. cum quis. & Inſt. de legat. §. ſi quis in nomine. Teneretur autem pœna falſi ille, qui ſic doloſe nomen mutat, ff. de falſ. l. falſi in prin. & l. qui falſum. & l. Paulus. §. j. nec prævidicaretur notario, niſi probaretur fuiſſe ſciius quod in dubio non præſumitur C. de fal. maiorem. ff. de proba. veritis & cum certis caſibus requiratur certa qualitas teſtium, ꝙ ſint locupletes, bonæ famæ & opinionis, & cognoſcentes perſonas de quib. agitur, ut ꝫ. dictum eſt, ſi notarius aſſereret illos tales, bene debet illos cognoſcere fore tales. Sed ſi hoc in inſtrumento aſſerat, non eſt neceſſe, quod cognoſcat: ſatisfit enim illis legibus, quę requirunt, quod ſint tales, quod non ſciantur eſſe tales, quantūad ſubſtantiam inſtrumenti; de quo quęritur: vnde ſi non erit quęſtio ſuper hoc, non erit neceſſe probari, quod ſciebantur eſſe tales, ſed quod tales erant: & ſufficiet hęc coram iudice fore probata. Bonum eſt in hoc ſtatutum ciuitatis Bonon. quod vult nullum confici inſtrumentum, & damnat confectum, niſi ſaltem vnus ex teſtibus inſcriptis ſe aſſeruit cognoſcere contrahentes, quod in inſtrumento ſcribendum eſt neceſſario. Prædicta in cognitione rerum non ſimpliciter procedunt. nam ſi dicit, depoſuit aurum in maſſa tanti ponderis, vel vas auri, uel librum talem, cum tali apparatu, notarius habet dicere maſſam auri, vt dixerunt, eſſe talis ponderis: & ſic de reliquis. Si uero ſimpliciter dicat maſſam auri, & non ſit aurum, & iuſtus eſt error, puta quia maſſa erat aureata, excuſaretur: quia non erat ipſe ad id iudicandum, nec habebat, nec habere debebat miniſteria ad id parata. ff. de exercit. l. fi. C. de fal. l. maiorem. & l. nec exemplum. & ff. de fal. l. quid ſi falſum. in fin. alias vbi falſum in his ſcriptum eſſet, præſumeretur contra eum. ar. ff. de act. emp. l. Iulianus. §. item qui furem. ver. quid negauit. ¶ Hic ſubdit, an tabellio requiſitus poſsit facere inſtrumentum de eo, quod diſcernit alio ſenſu, quam viſus, vel auditus? de hoc ꝫ. remiſi poſt princ. huius membri ad §. j. e. reſtat ſuper ver. ſed quæro. ſub qua. & ſubdit hanc quæſtionem quam ſcripſi ſuper regula, ſemel malus. lib. 6. & per eam ingreditur tertium membrum huius partis, quod eſt iuris permiſsio: dicens officium tabellionis fore circa illa, quæ ſcribuntur extra iudicium, & circa illa, quæ non ſunt a iure prohibita fieri: alleg. C. de ſac. ſan. eccl. iubemus. §. his tabellionibus. & de teſt. l. iubemus. in fin. de eunuchis, l. 2. & de prohibit. ali. feu. per Fed. imperialem. §. ſcriba & de feu. ali. per Lothar. l. j. §. ſi quis vero. Sicut igitur ad mandatum delinquentis de ipſo actu delicti non debet facere inſtrumentum, quia eſſet delicto fauere. & facinus illius approbare: quod facere non debet, ſed potius reſiſtere, C. de appe. l. quoniam iudices. & de decurion. l. omnes iudices. ſic nec ad mandatum paſſi offenſam quia id eſſet cognoſcere de delicto, quod non ad tabellionem, ſed ad iudicem ſpectat: item nec ad omnem iudicem, ſed ad eum qui habet poteſtatem puniendi, ff. de accu. l. nulli. de cuſto. reo. l. diuus. de teſti. l. 3. §. idemq; diuus. C. de fid. inſtr. auth. apud. Dabat ergo duas regulas, affirmatiuam ſ. & negatiuam. ¶ Prima, quod ea quæ a iuris ordinatione ſubſtantiam capiunt, ad officium tabellionis pertinere poſſunt: facit C. de aduo. diuerſi. iu. l. 2. de pactis, l. ſeruus tuus. ¶ Secunda, econtra, quod improbata a iure ad ipſius officium ſcribere non pertinent. cum enim ipſe ſit ſeruus publicus. ff. de adopt. l. non aliter. ſic uidetur, ꝙ ſeruus eorum, quæ de iure fiūt, in prohibitis a iure ſe exercere non debet. Si uero de talibus ſit facta ſcriptura per tabellionem, ipſe tenet, ꝙ fidem non faciat: ſicut nec dicta per teſtem extra intentionem. ut no. extr. de teſtib. in 1. gloſſ. ff. de peti. hæred. ſi quibertatem. in fin. & facit. ff. de offic. prę ſid. l 3. & C. de teſtam. l. conſulta. & ſi a non com. iu. l. fin. ¶ Demum agreditur quartum incidens ſub ſexto membro huius partis, de teſtium præſentia, dicens, illam neceſſariam ad effectum inſtrumenti extra iudicium facti, ut fidem faciat, in auth. de tabel. in princip. & de fide inſtru. ſ ſed & ſi inſtrumenta vtrobique fit expreſſa mentio de præſentia teſtium. ¶ Dixit autem circa teſtes attendenda duo, ſcilicet quantitatem & qualitatem teſtium: & circa præſentiam alia duo, ſ qualis præſentia & qualis ſubnotatio. ¶ De primo ſe expedit, ꝙ requiruntur duo. non computato tabellione: plures nō, niſi ubi ius id ſtatuit ff. de teſti. vbi numerus. ſubdens, quod vbi certus numerus teſtium requiritur, qui teſtificari debent in iudicio, tabellio computatur in numero, ff. de teſt. l. Domitius. Si vero ſolū ſubnotantur in inſtrumento, ei tabellio ſcribens gerat vicem iudicis, nō computatur in numero, ff. qui teſta. fac. poſſ. hac conſultiſsima. & in auth. de fide inſtr. §. oportet. De qualitate vero teſtium dicit, ſatis eſſe ꝙ non ſunt prohibiti, ff. de teſtib. l. j. §. j. Subdit autem ſe non inuenire prohibitionē teſtiū circa ꝫctus: licet in iudiciariis & teſtamentariis illam inueniat in reſcriptis vtriuſque iuris de teſtibus, & de teſtamentis: & tamen etiam in his diuerſimode, ff. de teſta. l. qui teſtamēto. §. mulier. & §. per contrarium. C. de teſti. l. parentes. & vide ſ. de teſte. §. j. char. pen. ver. item ꝙ eſt mulier. & uer. ſeq. & quod ibi dixi. Dicit autem, quod in iudiciali ſcriptura quando non ſunt neceſſarii teſtes, non eſt curandum quales exhibeantur, C. de dona. l. in donationib. ar. C. comm. de manu. l. ij. & de lib. cauſa. l. ſubſcripto. Iudiciarij, æquè pro veritate habenda recipiuntur a iudice, & coguntur, C. de teſti. ſi quando. extr. de teſti. cog. per totum. & interrogati reſpondere debent de cauſa ſcientiæ, & ſecreto deponunt: & ſi iudicis aures offendunt, puniuntur, & torquentur. C. de teſti. l. iurifiurandi. & l. nullum. & l. ſolam. & de aboli. l. fi. Hęc in teſtibus inſtrumentariis ceſſant, inquantum inſtrumētarij. Fiunt autem iudiciarij, ſi propter aliquas dubitationes per iudicem teſtificari cogantur: & idem tabellione, in auth. de fid. inſtr. §. ſed & his, qui. & §. ſi uero morian- ſtamentarii vero ſunt, qui manu publica ſunt in inſtrum- cod. titu. l. fina. & in iſtis non plus eſt, quam

numerus testium. Vbi vero testamentum non est scriptum manu publica, sed scriptum & sigillatum secundum l. hac consultissima. & l. hæredes. §. fi. & §. seq. ff. de testa. quia talis scriptura non est publica, sed publicanda, ff. de test. l. seruus. In publicatione autem ipsi testes sunt loco iudiciorum nõ tñ in totũ, ff. quemad. test. aper. l. cum ab initio. cum legibus seq. p quæ dicit patere, testamentarios maiorem similitudinem & affinitatem habere cum instrumentariis, quã cum iudicialibus: & sic ipsorũ prohibitio & permissio plus est regulanda secundũ testamentarios, quã secundum iudiciales. facit. ff. de sta. ho. l. cũ q̃ritur. & de acqui. rer. do. l. quicquid. §. cũ partes. ad hoc facit. C. de hæret. l. qm̃. in fi. ibi innuitur, aliquos esse posse testes instrumentarios, & testamẽtarios, qui nõ possunt esse iudiciari. Per quæ cõcludit, omnia scripta de testamentariis in iure procedere in instrumentariis: saluo quod de muliere dicitur, quæ nõ põt esse testis in testamẽto: quæ tñ potest esse in codicillis. de quo remisi §. uer. de qualitate. Sic ergo, secundum eum, poterit esse in contractibus. ¶ Circa qualitatem præsentia. dicit tria requiri, s. q̃ tabellio & testes simul audiant, quæ dicuntur per ꝺnes circa contractum, ut stipulationes, & pacta. ¶ Secundo, q̃ videant quę agantur. s. numerationes & facta. ¶ Tertio q̃ prædicta non diuisim, sed simul à tabellione & testibus percipiantur probantur prædicta ff. de verb. obl. l. j. in prin. De sententia. ff. de re iudic. l. de vnoquoq;. de arb. l. diem. §. perinde. & §. coram. In testamento C. qui testa. pos. l. hac consultissima. §. j. facit ext. de elect. in Genesi. & c. sicut eum. lib. 6. Talis autem subnotatio testiũ. s. q̃ scribant ipsorũ nomina, requirit in quolibet instrumẽto. de hoc j. §. 2. ver. post locũ. Per id aũt, quod dictum est de cõmunione testiũ, de ipsorum collectiua præsentia. satis colligi videtur. illos esse rogatos: & sic cũ tabellio scribere p̃ possit eos debita præsentia affuisse, merito præsumimus illos rogatos, uel admonitos: quod est idem. Vbi uero ius expresse præcipit, testes fore rogatos. & casus uide no. 5. de teste. §. j. pen. col. uer. item q̃ non fuit rogatus. & quod ibi scripsi, tunc necesse est id exprimi, si sit diuersitatis ratio: quia in illis casibus rogatio testiũ est de solẽnitate, quã lex in illis spãliter vult seruari, ff. si quis. cau. sed & si quis. §. quæsitum. & si quis in ius voc. l. j. ad hoc de elect. is q̃ lib. 6. In cæteris casibus sufficit præsumptio scientiæ ipsorum: & sic procedit, quod p̃missi. Sed de eo, quod dixi, q̃ videre debent notarius & testes numerationes, est dubium, an debeat notarius audisse integram numerationẽ pecuniæ depositæ, mutuatæ, solutæ, uel restitutæ: an sufficiat vidisse principium numerationis, uel partem, est dicendum, q̃ si notarius per se, uel suum ministrum, uidit integram numerationem, tunc illam secure scribere poterit assertiue. tantam pecuniam numeratam. Ad id, quod de instrumento dixi, facit quod no. ff. de iur. om. iud. l. j. & regula, qui per alium. lib. 6. Et tales ministri dicuntur annumeratores, in auth. de fid. instr. §. in his vero. §. si uero neq;. Notarius autem non debet dicere simpliciter, pecuniam numeratam, & tantam esse: sed scribat partem, uel partes asserere pecuniam numeratã, & tantam esse. Sic Iudęi dicebãt Pilato, Io. 19. Noli scribere Rex Iudęorũ: sed quia dicebat se Regem Iudęorum. Hæc sufficiant pro nunc de primo membro principali, s. confessionis: tangentur residua in processu.

¶ ADDE, dum in hac additione dicitur, q̃ mulier non potest esse testis in testamento, q̃ tamen põt esse in testamẽto ad pias causas, ut tenet Paul. de Cast. cons. 264. Potest etiam notarius conficere instrumentum numerationis, licet pecunia sit in sacculo, dummodo partes ita p̃siteantur: ita tenet Bal. eius cons. 217. inc. præmisso statuto. iii. lib. & hoc per l. sed & si quis stipuletur. alias incipit; adhuc interest. uer. si uero simul in sacculo. ff. de usufru. Dicit tamen: q̃ notarius cautius faceret, si uideret actũ numerationis.

DICTO de probatione unæ vocis, quæ fit per testes, dicendũ est de ꝓbative mortuæ vocis, q̃ fit p instrã, dicentes, Quid sit instrm, & vñ dicat: Qualr publicetur, & fiat: qualiter propria scriptura exempletur, publicetur, seu reficiatur: Et qualiter aliena, & quid iuris sit de publicatione, seu exemplatione instrumentorum: Quando sint exhibenda instrumenta, & qualiter: Quot sunt eorũ species: Quibus instrumentis fides adhibeatur, & quanta: Quibus modis diuerse scripturæ in iudicio ꝓducte valeãt impugnari, vel p̃ eas excipi.

¶ Instrumentum quid sit, & vnde dicatur.

a 1. §. Instrumentũ est scriptura ad assertiõem, seu probationẽ alicuius rei facta[a]. Vel sic: Publicum instrumentum est solennis & rite ordinata scriptura per authenticæ personę manum, publice causa memoriæ facta: vt j. §. nunc dicendum. in prin. Dictum est autem instrumẽtum quia instruit: ext. de do. & cont. c. fi. seu documentum, qa docet, 32. xii. q. 2. si quis de clericis. & C. de edẽ. aut. si quis in aliquo. ext. de rebus eccl. non alie. c. si quis præsbyterorum. seu munimẽtum, quia munit producẽtem p̃ aduersariũ. ut ext. de ap. cordi §.
b post hoc[b]. ext de his quæ fiunt a præl. sine cons. c. quanto. §. fi. &
c de test. ad hæc. alias incipit; præsentiũ. §. fi.[c] Et licet appellatione instrumẽtorũ testes cõtineantur, & omne id, quod instruit iudicẽ, vt ext. de test. cog. peruenit. i. & ff. de fide inst. l. j. tamen Instrumẽtum hic proprie dicitur scriptura ad memoriam alicuius rei con-
d fecta[d].

ADDITIONES.

a Facta. ¶ Hic stricte sumitur instrumentum: large comprehendit testes, & quicquid instruit causam, & iudicem, ut sequitur: largissime cõprehendit utensilia, per quæ domus, uel fundus instruitur, ff. de fundo instru. & instru. leg. l. instrumenta. & l. quæsitum. & per totum. & extr. de homi. significasti. 2. in fin.

Nota hoc. ¶ lib. 6.

in parte decisa: de qua ibi no. in ult. gl. in qua mandabatur, q̃ comparerent partes certo termino coram papa, cum rationibus uel priuilegiis & munimentis.

h Causa. ¶ Ipse Host.hoc not.in summa huius tit.§. ult.in prin. In apparatu in neutra illarum decr.expressit per ordinarium non habentem administrationem id fieri posse:sed bene expressit.delegarii id non posse per talem ordinarium,ut in eis scripsi: in insinuatione,quæ voluntarie fieret,potest hoc procedere.ut cum creditor petit,& debitor consentit instrumentum insinuari:sicut & diceremus de insinuatione donationis , quæ summam excederet:alias cum,secundum quod statim sequitur,si certa persona tangitur,illam citari oporteat,alias edictum publice poni non uideo.quomodo per talem iudicem hæc insinuatio,uel publicatio fieri possit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

25 lectus. & de prob. quoniam ¶†In quibus casibus locum habeat facile est videre. habet enim locum in dictis testium publicādis, & in publicam formam redigendis: & hoc ex parte rei indistincte. ex parte vero actoris, quando timetur de ipsorum absentia diuturna, vel morte, ꝑpinqua qđ dic, vt ext. vt lit. nō ꝓtest. quoniam. & ĵ. ver. qualiter. Item in testamentis, vt in prǽd. l. publicati. & eo. tit. ꝓsulta. Item, qñ tabellio morte ꝑuentus est, vt s. vers. illud quoque. Item in priuilegijs, & instrumentis, quando propter vetustatem, vel aliam iustam causam timetur de consumptione ipsoꝝ: puta quia litera incipit deleri propter chartæ vitium, vel incaustì, ext. eo. inter. vel à muribus corrodi, ff. de bon. pos. secundum tab. l. j. §. si rósæ. ext. eo. c. fi. quod enim paulatim labitur conuenit renouari, in auth. colla. 6. de quæstio. circa prin. Vnde vetustatem renouamus, in auth. colla. 7. de admin. circa prin. Vel in aliam iustam causam, vbicunque monerit iudicē, vt in sententiis, & aliis actis publicādis, & similibus. extra. de testib. Albericus. & de sententia & re iud. sicut. uel si perditum sit, ut ĵ.

26 ver. sed nunquid. †Qualiter autem fiat publicatio, satis superius declarauimus, & adhuc aliqua supponamus. Fiat ergo à iudice pro tribunali sedente citatis & vocatis his, quos res, tāgit, extra. de off. arch. ad hæc. C. de auct. tuto. l. fi. ff. de aqua plu. ar. in concedendo in auth. de instrumen cau. §. de quibus. ff. de adop. nam ita. & l. adoptio. Et nisi vocentur. non facit instrumentum fidem licet sit ordinarij iudicis auctoritate publicatum: & sic obtinuit

a corā me. [a] C. de fide instr. l. fi. & in prǽd concor. & seq. extra de testib. significauit. Cauendū est igit, vt de citatione fiat publicū instrumentū, per quod possit probari citatio, si negetur, vt in c. significauit. vel si inueniri non possit, mittatur citatio ad domū ext. de cle. non resi. ex tuæ. ĵ. eo. §. vt autem. versicu. sine scriptis.

27 ¶†Sed quid si post publicationem diu factam objicitur, ꝙ non

b fuerunt vocati, hj, quorum intererat? [b] Respondeo; dicunt quidam ꝓsumi omnia fuisse solenniter acta. Alij dicūt tunc demū ꝓsumi, si in publicatione contineatur eos fuisse vocatos, vt in præ. l. alioquin contra, secundum ea, quæ nō. ĵ. de sententia, §. vt

28 autem. ver. & nota. ¶†Quid si citatio eum apprehendit, nec venit? Videret sufficere, vt fiat publicatio: & sibi debet imputare, extra de ꝓbat. vti. cum dilecta. & de priuil. ex parte. C. de fide. inst. l. fi. in auth. vt sponsa. larg. §. ad hæc. C. de remis. pig. si eo. extra de re iud. quamuis. Idem est, si hoc scit, quamuis citatio eum nō apprehenderit, secundum do. meum, arg. extra de elect. cum inter vniuersas. ff. de act. emp. & ven. l. 1. in fi. & in præ. c quamuis. Ve-

c tū tñ quia difficiliter scientia probaretur, tutius est ꝙ citetur. [c] Et hoc intellige, cum duplicatio instrumentorum, uel priuilegiorum uel testium ex parte rei producentium imminet faciēda: quæ debent habere perpetuam firmitatem: secus si ex parte actoris testes publicentur. [d] tunc enim sufficit, ꝙ actor intra annum certificet reum sū per hoc: & illud habet necesse facere: aliàs anno elapso nō ualent dicta, ut in præ. dec. quoniam. in prin. Et sic non obstant. quę alias contrária videntur, est enim spe. iale, ut dixi. Sed nec illud dicitur proprie publicario, sed exemplatio, uel

29 transcriptio. ¶†Publicare enim proprie est, in publicam formā redigere: quod alias non fuit. Exemplare vero est trāscribere: qđ alias est publicum, secundum Papam: large tamen aliter dicitur,

30 & patet s. ver. in quibus. ibi, item priuil. & s. ver. cæterū. ¶†Porro si absentes citari & expectari non possunt sine periculo perditionis instrumentorum, puta propter vetustatem: vel aliam causam consimilem, publicatio fieri potest etiam eis absentibus, secundū Papam ut in præ. c. cum dilecta §. 1. & in præ. c. quoniam. in prin. Item si sit instrumentum, quod alium non tāgit, puta priuilegium, uel indulgentia, tunc debet saltem edictum solenne emitti: & aliter non ualebit priuilegij publicatio, nisi fiat per illū, qui priuilegium illud concessit: tunc sic, quia ipse de nouo illud concedere posset. Nec obstat extra, de confir. utili uel inutili. cū dilecta. ubi nullū edictum fuit emissum, quia ibi aduersarius cō-

e paruit, & fuit auditus secundum Papam. [e] ¶†Et (vt hoc plenius

31 intelligas) nota, ꝙ quandoque petuntur attestationes, vel alia publicari: puta, quia scriptæ sunt per folium tabellionem sine testium subscriptione: nec inueniuntur apud iudicem authenticatæ per tabellionem: uel forte negantur esse acta. tūc enim est publicatio necessaria, & non aliter, vt patet ĵ. §. restat. vers. sed cū literis. Et tunc sic fiet, iudice uidelicet pro tribunali sedente, & uocatis his, quorum interest, ut s. uocato etiam notario, q eas scripsit. Eodem etiam modo fiet publicatio litis contestationis: & proderit ad interrumpendam præscriptionem, ut. C. de præscript. xxx. ann. cum notissimi. non tamen, ut possit post trien-

f nium in causa procedi, secundum Papam. [f] Sic etiam fit publicatio instrumentorum, quæ tabellio defunctus notauit, uel sunt uetustate consumpta. ut supra vers. illud. & versic. cæterum. Et hæc vera sunt, ubi attestationes & aliæ scripturæ minus solēnes

32 publicantur. & authenticantur. ¶† Vbi autem scriptura facta non est de eo, quod petitur publicari, ut quia sententia lata est, uel processus uel contractus factus, uel aliquid factum est sine scriptis. & ideo petuntur attestationes, & huiusmodi, ad certam rei memoriam publicari, ut extr. de testib. Albericus. & capitulo significauit. tunc iudex uocabit testes, qui sententiæ prolationi, uel tempore contractus, uel processus præfati interfuerunt, & per publicam formam redigi iubebit in publicam & authenticam formam, quod prius erat in mente testium tantum uel ēt in chartam publicam, & non authēticam. ad hoc sufficit iudicis auctoritas. Vel saltem ad maiorem cautelam poterit ibi contineri, quod iudex decreuit fidem adhibendam fore illi scripturæ: argu. ff. de iud. de qua re C. de re iudic. gesta. ff. ad l. Aquil. in lege Aquilia. & in præ. capitu. significauit. Attestationes enim sine testibus per tabellionem scriptæ non sunt publica scriptura, secundum Papam, ut supra ver. & scias. Idem etiam fit in testamento sine scriptis edito: quod dic, ut ĵ. § ut autem. vers. ad huius. ibi si-

g ne scriptura, & c. & infra, versicu. proxim. [g] Similique modo fit, quando is, qui constitutus est in eodem instrumento procurator contra plures, agit contra omnes. potest enim instrumentū huiusmodi exemplari, & in publicam formam redigi, & decerni partibus præsentibus, & non contradicentibus eandem fidem illi transumpto adhibendam quæ authentico, siue originali adhiberetur: & quod possit fieri probatio per illud. nam constituere procuratorem quoddam gestum fuit: ergo potest hoc in publicam formam redigi, cum unum nō sufficiat omnibus, ut in præ. l. gesta. & in authen. ut fratrum filii, §. illud. & infra. §. nunc dicamus. versicu. & scias. Sed opponatur: nam licet publicatio fieri possit in actis, vnde non est instrumentum confectum ut s. tamē secus est hic, ubi fuit instrumentum de procuratione confectū. Respondeo: nihil prohibet fieri publicationem alicuius gesti. licet sit inde instrumentum confectum, si instrumentum illud nō sufficit omnibus, ut ff. de eden. si quis ex. in princ. & licet hoc casu. scilicet quando transsumpto fides decernitur adhibenda, aliqui his verbis utentur, scilicet, quod publicatur gestum: melius tamen videtur dici publicari, vel edi instrumentum. ¶ Item quo modo fiet publicatio huius procurationis absente domino nec vocato, contra ea quæ supra dixi? Respondeo: ex quo procuratori concessum est agere contra plures, per consequens concessum, videtur, quod procurationem faciat publicari, sine quo mādatum non posset commode adimpleri, ff. de iurisd. om. iud. l. 2. ex

h tra, de off. deleg. præterea Odof. etiam dixit, [h] quod in exēplatura instrumenti, quæ fit per notarium iudicis auctoritate, est pars citanda: alias non poterit per exemplum probatio fieri, ut in ꝓdictis in ribus. Sed alij [i] hoc negant. cum non inueniatur iure cautum, ꝙ pars sit requirenda ad hoc, dicunt tamen esse tutius, ꝙ

33 citetur. ¶†Hoc etiam not. quod si partes exemplationi consen-

k tiant sine iudice, non ualet, argum. extra eod. si instrumentum. [k] quamuis consensus partis sine iudice, sufficeret ad faciendum instrumentum de contractu, uel super confessione cōtractus iam

34 facti, secundum Papam. ¶†Et no. quod testamenta sic publican-

l da sunt: [l] in primis enim mortuo testatore, & petita eius publicatione, faciat iudex iurare eum, qui petit publicationē, ꝙ eam causa calumniæ non petit, vt C. quemad. test. aper. l. eius. ar. ff. ad exhib.

ADDITIONES.

a Coram me. ¶ Concordat Odoff. ut ĵ. vers. & ut hoc. in fin.

b Intereat. ¶ Hoc membrum plenius scripsi post In. & Host. de testib. Alb. in gl. quid si contra. in prin.

c Citetur. ¶ Fuit uerbum Host. ubi s. sub versi. & qualiter.

d Publicentur. ¶ Melius diceret, producantur: quia tunc non publicantur. & uide, quod dixi in decret. quoniam. post prin. super versi. aliud. Quando vero recipiuntur ad rei memoriam, tunc publicantur, ut ibi not. in §. sunt & alii. quod procedit etiam ex parte actoris, qui adhuc agere non potest, ut dixi in d. §. in prin. & in decr. significauit. de testib.

e Secundum Papam. ¶ vt scripsi post eum de testi. Alber. in glo. quid si contra. ante fi. ubi uide plenius.

f Secundum Papam. ¶ Vbi s. & ibi dixi. Hostien. resistit huic dicto in foro canonico, per decret pen. de iud.

g Vers. prox. ¶ Quod sequitur, plenius scripsi post Inno. in prǽd. glo. quid si contra. uers. qui etiam scripsi hic.

h Dixit. ¶ In authen. si quis in aliquo. C. de edend. & idem ibi Sim. Vin. alle. iura, quæ dicunt illos uocandos, quorum interest, ff. de adop. nam ita. & his similia, quæ uide s. vers. qualiter.

i Sed alij. ¶ Vincen. eo. tit. c. fin. & Gui. de Suz. in auth. prædicta, si quis in aliquo. q. induci non potuit ad faciendum partem de necessitate uocandi. formabat autem quæstionem, ubi s. Gui. Quid si tale instrumentum postea producatur, contra quod aduersarius allegat se nō fuisse citatum. Item petit originale exhiberi, quod vult probare falsum: producens primum negat: ad secundum respondet se illud perdidisse. dicit ipse, ꝙ non auder corrumpere publicationē nō ualere: sed ꝓficiabit iudex, personarū & cāx qualitate pensata, instrm publicatū esse suspectū: & sic producens carebit illius cōmodo. nisi illud iustificet, C. de prob. iubemus. de fide instr. l. fi. in prin & C. de fal. l. fi. Consuluit tū uocari eum: qui ex publicatione lædi posset, ut s.

k Instrumentum. ¶ Vbi post eum plenius scripsi ad fi. 2. col. vers. sed quid si tam. ¶ Adde Panor. ibi.

l Publicanda sunt. ¶ De hac parte satis scripsi post Innoc. & Hostien. eod. tit. c. fin. in 1. & 2. col.

exhib. thesaurus vt ſ. proxi. §. ver. vbi autē. ¶ Item vocabit pro his omnibus omnes, quos res tangit, vt ſ. eod. ver. qualiter. Item vocabit teſtes inſcriptos in teſtamento: & ſi qui, vel etiam omnes, ſunt abſentes, mittetur ad eos teſtamentum, vt recognoſcat ſigilla ſua: & vtrum teſtamento interfuerunt: & ſi omnes conſenſerint publicabit illud, ff. quemadm. teſt. aper. l. j. in fin. & l. cū ab initio. & l. ſeq. Nec eſt in hoc tabellio requirendus nam in predictis legibus nulla de eo fit mentio. loquuntur enim de teſtamento, quod non eſt per tabellionem ſcriptum. C. de teſta. cum antiquitas. §. fi. Eodem etiam modo facienda eſt publicatio, ſi nō apparent teſtamentum. ff. quemadmo. teſtam. aper. ſi in duobus. §. fin. & hæc publicatio quæ apud certos judices facienda eſt, vt ſupra, in multis legibus apertio teſtamenti vocatur: & ea facta, authentica ſunt inſtrumenta: Teſtamentum enim nō eſt authētica, nec publica ſcriptura, niſi ſcriptum ſit per tabellionem: fūc cum ſit authentica ſcriptura, non oportet ſcripturam illam exē
35 plari, niſi aliqua cauſa ſubſit, vt hic. ¶†Quod autem teſtamentum à teſtatore, vel alia priuata perſona ſcriptum, quod fieri poteſt, vt C. de teſta. cum antiquitas §. fin. & in authen. ibi poſita: & quod non ſit authentica ſcriptura, patet ex eo, quod non fit per publicam manum, nec habet ſigillum authenticum, vt extra de fide inſtrum. capitu. 2. & infra § nunc dicendum. verſicu. tertio. Hæc autem publicatio auctoritatem authenticationis habet: quia per eius oſtenſionem fit miſſio in poſſeſſionem hæreditatis. per edictum diui Adriani, C. de edict. diui Adrian. toll. l. fina. Aliter autem licet ſigilla, numerus teſtium, & aliæ ſolennitates proſint ad hoc, quod uoluntas teſtatoris ualeat, nihil tamen probant, niſi ſcripta ſint per publicam manum. Sed in exemplatione publicorum inſtrumentorum hæc non ſunt neceſſaria, cum illa authenticationem ſuam retineant ex ſigillo, uel ſigno prælati, uel tabellionis. Quod ex eo patet, quia poſt mortem prælati, uel tabellionis fidem faciunt, ſecundum Papam. Dominus autē
a meus not. in Summa eodem titu. [a] quod cum teſtamentum publicandum eſt, debent teſtes ſimul uocari, & totus tenor teſtamenti legetur coram eis: & ſi iurauerint ſic eſſe, vt ſcriptura teſtatur præcipiet iudex redigi in publicam formam, ut C de teſt. hac conſultiſſi m. §. fin & pen & qui teſtam. facere poſſ nae conſultiſſi ma. §. at cum humana Sed contra, quia ſunt teſtes ſigillatim examinandi, extra de teſtib. c. 2. [b]¶†Sed nunquid fiet idem
b 36 in aliorum inſtrumentorum publicatione, ut totus tenor corā teſtib. legatur ſimul? Reſpondeo: Hugolinus dixit, q; ſic, quia tāgit teſtes: quare ab eis eſt probandum, ſupra uerſi. qualiter. Arg. contra: quia diligenter examinandi ſunt, in præd. capit. ſignificauit. & cap. Albericus. & facit pro & contra extra, de priuil. cum olim. i. Tamen ſecundum dominum meum, in utroque caſu tutius uidetur. & uerius, quod ſigillatim examinentur, niſi forte ex cauſa aliud iudici uideatur. Quid enim, ſi tenor inſtrumenti nimis prolixus ſit: uel ſi quis intēdit probare prolixum proceſſum coram aliquo habitum, de quo teſtis nullo modo, uel non de facili recordari poteſt? ex tali quidem cauſa, uel ſimili poteſt iudex, ſi uult, legere tenorem coram teſtib. idoneis & fide dignis, etiam ſimul uocatis: & ſic nō ſigillatim examinabit. Si uero ſint ſuſpecti, eos examinabit ſigillatim. Et ex his videtur dominus meus intelligere, q; etiam ſcriptura authētica publicetur: quod uerū eſt ex cauſa, ut ex ſuperioribus liquet. Item videtur ex præd. decre cum olim quod priuilegium, vel inſtrumētum perditum publicari poteſt, ſi tenor per teſtes probetur. & argum. in præd.
37 l. ſi in duobus §. fi. ¶†Et nota, quod in publicatione teſtamenti notarius ſe hoc modo ſubſcribet. exemplabit enim totum illud teſtamentum, & poſtea dicet: Anno, menſe, die, & indictione, & loco talibus, hoc teſtamentum fuit exhibitum coram tali iudice, uel epiſcopo, præſentibus talibus teſtibus ſigilla ſua recognoſcentibus, uel præſentibus talibus teſtibus idoneis & honeſtis, in uenientib. in eo talia ſigna dependentia: & ego talis, tali auctoritate notarius, de mandato talis iudicis, uel epiſcopi, exemplaui, quam ueracius potui. nil addens, uel minuēs, & in publicam formā redegi, originali ipſo, quod ſigillatum fuerat, in tali archiuo remanente: & illud originale iterum ſigilletur ab ipſis teſtibus, qui interfuerunt publicationi: & ſic originale in archiuo ad perpetuam memoriam remaneat ſigillatum. Et debent ibi teſtes eſſe ſeptem. qui interſint publicationi, & apertioni, & ultimæ ſigillationi. & hoc exemplatū ſuperioris auctoritate fidem facit ori-
38 ginali perdito, C. de teſta. publicari. ¶†Quare ergo ſigillat illud, & reponitur? Reſpondeo, quaſi protocollum ſemper ad memoriam remaneat: aut ſi forte exemplum periret, uel ſuſpectum diceretur uel falſum, poſſit ſemper recurſus ad illud haberi. Poterit autem illud quoties opus fuerit, aperiri: & iterum ſigillari coram iudice, & de nouo exemplari, & publicari: & ſemper valebit. Originale ergo ſemper in uno loco ſit. Illud uero, uel illa, q̄ exemplata, & publicata ſunt, portētur ad iudicium, & ubi opus erit: res autem qui ſcit, in quantum eſt hæres: etiam ante publicationem poteſt hereditatem adire, & ad ſuos hæredes tranſmittere, C. de caduc. toll. l. 1. §. 1. 2. & 3. & § cum enim. & §. in nouiſſimo. & C. de iure delib. l. 3. De publicatione autem teſtamenti ſine ſcriptis, vide ſ. §. vt autem. ver. ad huius. Quis autem ſit publicationis effectus vide ſ. ver ſecunda quoque. [c]

ADDITIONES.

a Eodem tit. ¶ §. fi. ultra med. ver. & ſi teſtamentum.
b C. ij. ¶ j. ſoluitur. & ſunt quæ ſequuntur etiam verba Hoſtien. & Ioan.
c Quoque. ¶ Fuerat hic quintum membrum, ver. & quoniam. ff. eo.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenta poſſunt, uſque quo ſit in cauſa concluſum, produci.*
Lite conteſtata, & iuramento de calumnia præſtito, poteſt iudex ſtatuere terminum peremptorium ad producendum inſtrumēta, quib. ſunt partes vſuræ.
2 *Exceptio quandoque impedit litis conteſtationem.*
3 *Inſtificare perſonam aliud eſt, & aliud inſtificare cauſam.*
4 *Probationes ſuper principali non ſunt ante litem conteſtatam admittēdæ.*
5 *Mentionem faciens in libello vel poſitione de aliquo inſtrumento ſuo, non alterius, debet illud etiam ante litis conteſtationem exhibere.*
6 *Iudex, apud quem res agitur, acta publica, tam criminalia, quam ciuilia, iubebit exhiberi ad inueſtigandam ueritatem.*
7 *Arbiter qualiter, & quando poſſit facere fieri editionem.*
8 *Actor interrogatus à reo, an uelit uti inſtrumentis, an poſſit eo ſpondere huic petitioni.*
9 *Oblatio inſtrumenti procurationis in iudicio dicitur de actis, non tamen tenor inſtrumenti.*
Factum ſuum nemo dicitur ignorare.
10 *Medium dicitur colligi per extrema.*
11 *Reſcriptum commiſſionis & procurationis, eſt in actis inſerendum.*
Delegationes & ſubdelegationes per ſola iudicum ſigilla probantur.
12 *Originalia ſemper debent penes iudicem remanere.*

¶ Inſtrumenta quando ſint exhibenda.

5. §. Nunc dicamus, quando ſunt exhibenda inſtrumēta. Et certè vtraque pars exhibere poteſt ea ante publicationem teſtium, & poſt, quādocunque voluerit, vt quousque ſit in cauſa cōcluſum, extra de fide inſt. cum dilectus. & de teſti. cum cauſam. Poſtquam autem eſt cōcluſum, id eſt renūciatum productioni inſtrumētorū, & alijs probationibus, induci non poſſunt nec aliquid valet in cauſa mutari: arg. extra, de cau. poſ. paſtoralis in fi. extra. de teſta. cum veniſſēt. de proc. auditis. C. de reb. cred ſi quis iuriſiurādi niſi noua orirentur capitula ex veteribus pendentia, in quibus poſſunt de nouo inſtrumenta exhiberi, etiam in cauſa appellationis, ſicut & teſtes noui recipi, ext. de teſt. fraternitatis. C. de temp. app. per hanc. vel niſi eēt talis perſona, cui beneficium reſtitutionis in integrum indulgetur
a puta minor, uel eccleſia: vt dicemus ſ. de in int. reſt. [a] Quidam autem dicunt, etiam poſt concluſionem poſſe produci. nam cum in cauſa appellationis produci poſſunt, melius eſt ante tempus occurrere, &c. ut C. in quib. cauſ. in integ. reſt. nō eſt nec. l. fi. Alii dicunt aliter: quod dic, ut not. Papa, extr. de fi. inſtrum. cum dile
b ctus. [b] ſed tu tene, quod prædixi. ¶†Licet autem poſſint, vſque
1 quo ſit in cauſa concluſum, produci, iudex tamen ſtatim poſt litem conteſtatam & poſt iuramentum de calumnia præſtitum poteſt prefigere terminum peremptorium ad exhibēdum omnia inſtrumenta, quib. ſunt partes vſuræ in cauſa. vt ff. de eden. l.
c 1. §. edenda. ubi de hoc: [c] & ſic ſæpe obtinui. Quidam tamen hoc reputant durum, cum id uſque ad concluſionem liceat, ut prædixi & ſecundum eos, licet hoc iudex poſſit, non tamen facere debet, ff. de iud non quicquid. ff. de regu. iur non omne. 11. q. 1. aliud. de hoc ſ. de dilat. §. videndum. ver. quid ſi data, & ver. quid
d ſi datus. [d] ¶ Sed pone, appellās à ſnīa in cā appellationis offert li-
2 bellū, & appellato negāte appellatū fore, fit fides iudici de appellatione

ADDITIONES.

a Reſti. Hucuſque T..n. in uer. quando ſint.
b Cum dilectus. ¶ Vbi ſcripſi ſuper gl. 2.
c Vbi de hoc. ¶ Et ibi hoc tenet Gui. de Suz. ultra iura in remiſſionibus alleg. inducens l. ff. de hære. inſti. ſi quis inſtituatur. §. item ſi conditioni. ibi, nisi intra certum tempus, &c. & ſimilis tex. habetur ff. de bon. auct. iu. poſſ. 4. allegat etiam ff. de cur. bon. dan. l. 1. & C. de inof. teſt. l. ſcimus. §. fi. & ide ſcripſi in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. facit ſecūdum prædicta de reſt. ſpol. frequens. §. ſolet. lib. 6. facit etiam ad prædicta l. ſi ea. C. qui accuſ. non poſ. & quod ibi no. ¶ ADDE videndum Innoc. in cle. ſæpe. de verb. vide Rotam deciſ. 147. in antiquis.
d Si datus. ¶ Ibi de remiſ. ad cle. ſæpe. & ibi no.

latiõe ꝙ publicũ instrm, de quo petit appellatus copiã sibi fieri ꝙ respondeat libello: appellãs uero dicit, nõ debere copiã fieri ante litis ꝓtestationẽ: ga illud ꝓducit tm, ut liqueat iudici appellatũ esse, ext. de ap. Romana § si uero uocatis [a] & appellantẽ non calumniose agere cãm appellationis: ꝙrit, quid iuris? Et primo vt, ꝙ debet copia fieri, nec respondebit prius. nã talis exceptio impedit litis ꝓtestationẽ, ut dixi s. de excep. §. nunc uidẽdũ. uersꝰ sed pone, ꝙ in causa. Itẽ quio cognoscet de meritis appellationis nisi prius appellatio ostẽdat, ut in præ. dec. Romana. & arg. ff. de iure codicil. quidam. ext. de eccle. ædifi. c. pe. in fi. & de re iud. abbate sane. [b] hoc ẽt probat C. de edẽ. is apud quẽ. quæ ẽt facit in ꝓrium. Dic ꝙ: nam cũ testes & instrumẽta parificent, utique nõ sunt producenda instra super principali causa. ante litis contestationem, sicut nec testes, C. de fide instru. in exercendis. extra. ut lite nõ cõt. per totum, & in præ. §. edẽda. & C. e. l. fi. & sic obtinuit nã articulus appellatiõis huiusmodi est negotiũ principale. Negando tamẽ esse appellatum, his est contestata. Idem quoque puto, si dicatur, nõ esse iuste appellatum, vt s. de lit. cõtest. §. 2 uer. sed nunquid per. Nam in processu de hoc cognoscetur: & tunc demum lite cõtestata copia fiet: sed ante litem cõtestatam sufficit iudici fieri fidem, aut ei, qui causam appellationis cõmittit. Idẽ quoque dicendum est, si à grauamine, uel interlocutoria ante sententiam, uel etiam extra iudiciũ fuerit appellatum. Et hæc obtinent de iuris rigore, æquitas tamen in contrariũ suadere uidetur. [c] ¶ † Sed pone: peto coram iudice appellationis sententiã contra me latã cessari, uel cassam pronunciari? Respõdet aduersarius, exhibe sententiam: ego dico, nõ habeo ipsam scriptam, ga iudex noluit mihi facere copiam, uel quia amisi: quæritur, an appellatus eam exhibere cogat? Respondeo, dicit papa, ꝙ sic, ut extra, de fide instru. G. per etuus. ubi de hoc: [d] & arg. C. de eden. is, apud. ¶ † Sed quid: ecce T. cedit mihi ius, & actiones, quas habet contra P. conuenio ipsum P. ipse uero ante litis cõtestationem petit copiam instrumenti cessionis: & uidetur, ꝙ sit faciẽda: quia personã alterius in iudicio repræsento: ex quo ego ex iure cesso ut patet ex his, quæ no s. de procu. § sequitur videre. Item quãuis resultet, ꝙ actu habeam ius in re, nihilominus tamen agendo ex iure cesso vice procuratoris fungor, ut probat & no. ff. de ꝓcur. seruum. in fi. & l. seq. Ergo ante litem contestatam est copia facienda, extra. de procu. in nostra. in fin. 3. q. 6. si quis episcoporum. §. exceptio. & not. C. de procu. ita demum. quia sine mandato nõ debet audiri ff. de procur. l. 1. Contrarium tamen puto, ga ante litis contestationem nõ sum admittendæ probationes sup principali, etiam si ego velim: extra ut lite non cõtest. per totũ. extra de iudic. exhibita. Item si fieret copia ante litem cõtestatã, sequeretur absurditas: quia pari ratiõe hæres, legatarius, emptor, permutator, & quilibet habens causam, uel titulum ab alio, teneret ante litẽ ꝓtestatam exhibere instra, quibus huiusmodi causa uel titulus cõtinet, ꝙ ridiculum esset dicere: qa sic cognosceret de principali: & ideo tales exceptiones nõ impediũt litis ꝓtestationẽ: & uide s. de actore, §. primo. uer. itẽ qui se dicit. Vel dic, ꝙ si ago meo noĩe, scilicet utili actiõe, tũc non cogor exhibere ante litis ꝓtestationẽ: secus si ago directa, scilicet noĩe cedẽtis: quia tunc idẽ iuris est, ꝙ in procuratore, tutore, & similibus: & sic obtinuit, ar. ff. de procu. licet. & sic domi. Clemens papa III truisus est sentire. de hoc dixi s. de actore, uer. itẽ ꝑ platum. & seq. uersus fi. [e] ¶ † Quid si quis in libello, uel positione facit mentionẽ de aliquo instro suo, non alterius? [f] dic, ꝙ iudex ex officio suo faciet illud exhiberi, ẽt ante litis ꝓtestationẽ, uel ante aduersarii responsionẽ: ar. ff. de edẽ. l. fi. Nã sine illius inspectione nõ põt plene deliberare respondens ar. ff. de eden. l. 1 in prin. ꝙ uerũ est si habet illud in promptu: alioquin facta fide de hoc prium, procedet in causa. licet nõ exhibeat, & coget respondere libello, uel positioni simpliciter: nec tunc in curia Romana admittitur talis respõsio: credo. ꝙ ponit, si appareat instrm, uel scriptura, de quo, uel de cuius tenore ponit: oportet enim ꝓfiteri simpliciter uel negare. alioquin ꝓtalẽ responsionẽ in nullo ponens releuaret: quia si instrm in iudicio exhiberet, fidẽ faceret, nec de hoc positionẽ fieri oporteret. Idẽ puto si ponat de communi scriptura, ꝙ de ꝓpria: secus si de aliena nã ponens illam non cogit exhibere, & is, ꝑ quẽ ponit, simpliciter cogit respõdere ut ꝑ §. prox. uersi ex præmissis & vide s. de teste, § qualiter afit. versi. qd ergo. ¶ † In summa nota, ꝙ iudex, apud quẽ res agit, acta publica, tam criminalia, ꝙ ciuilia, iubebit exhiberi ad inuestigandam ueritatẽ, ut C. de edẽdo, is apud quẽ. g & exponit ibi, Res. id est, causa appellationis, vt C. de app. nec causas & l. eos. in fi. vel Res, id est, causa principalis: sed tunc exhibent acta, quia actor diu absuerat, ut C. de iud. ꝓperandũ. §. 1. & §. & si quidẽ vel Res, id est, causa principalis, quæ apud successorẽ primi iudicis agit. ff. de iudic. l. mortuo. uel loquit in administratore, qui dẽt ter acta uidere, ut C. de iud. auth. ad hæc. [h] ¶ † Sed nunquid arbiter faciet fieri editionẽ, ſm formã præd. l is apud quem? Respondeo, non vt: ar. ff. de arbitris nõ distinguemus. §. de officio. Ar. ꝑ. ff. c. nõ ex omnibus i §. sed & contumacia. [j] ¶ † Quid si actor interroget à reo, an uelit vti instrumentis: & si uelit, dicit, quod ea debeat exhibere nũquid actor est cogẽdus huic petitioni respondere? Videtur, quod sic: nã si uoluerit vti, & exhibere, sciet reus, an uelit vti suis: & æqtas dẽt ad hoc iudicẽ mouere, ff. de ĩterr. actio. victinque. & arg. ext. de dolo & ꝓtu. ꝓput. Eꝑ vt, vt s. de posit. §. 6. ver. hoc aũt. & quia nondũ deliberauit actor an uelit vti eis: ideoque dẽt habere tẽpus ad deliberandũ, ff. e ꝙ interrogat. forte enim ignorat, an sibi ꝓfit, C. de ꝓb. ad ꝓbationẽ dominii. Sed dãt quidam referre, an ex facto suo ꝓueniat, ut tũc respõdere, cogat, cũ non debeat facti sui ignorare, ut C. de rei ven. quisquis. & potuit deliberasse cum petitis, ut 3. q. 3 c. inducię. §. spatium. uer. ei aũt. & C. de iudi. ma si aulã. an ex alieno: & tunc non, ff. ꝙ socio, l. fi. vel saltem habebit tẽpus ad deliberandũ. vt s. ſm Papam. P. uero dicit, non debere respondere. nam & post sniam poterit falsum dicere, si uoluerit. C. de fide instr. l. fi C. ad l. Cor. de falsis, querela. ¶ † Illud aũt scias, ꝙ qñ instrumentum ꝓcuratiõis, uel huiusmodi, offert in iudicio, licet oblatio ipsa de actis sit, nõ tamẽ tenor instrũmẽti. Vnde nisi alias solenniter publicet, oportet semper originale ostendi, ſm Inn. ext. de fide instr. l. fi c. 1. Alii uero aliter dãt, & maximè post litem contestatam, arg. ff. de ꝓcu. Pomponius. §. rati. Ex quo aũt instrumẽta coram iudice, uel alio de ipsius mandato & parte ꝑsente sunt ꝓducta, & exemplata. ex tunc non cogit ad editionem originalium, ad quam raro agi potest: sed solum actorum, ad quam semꝑ agi potest, ut ꝑ. dicet. † Prima enim sic originalia instra translata sunt in acta, s § ostenso. uersi. uidimus. & seq. Idẽ ẽt est, si nõ sunt exẽplata, sed in actis ꝓtinet, talis ꝓduxit instrm quoddã, ꝙ sic incipit, & sic finit. ex tũc eũ instrm illud, seu ipsius tenor inter instrumenta censet. nam ꝑ extrema colligit mediũ, vt 28. dist. ga. ff. de hære. iust. l. sed & si §. solemus. Vel dic, vt ꝑ §. ꝓx. ver. 1. ꝓmissa probant extra de proba. quoniam. ꝑ ibi instrumentorum productiones. † Per vnam dec. dicunt quidam, quod rescriptum commissionis & procurationis, & huiusmodi, in ferenda sunt in actis: quod licet tutum sit, si tamen nõ fiat post litem contestatã, non habet necesse, ꝑbare mandatũ procurator, ex quo usque ad litis contestationem admissus est, vt in præ. §. rati. Nec iudex commissionem sibi factam, ut no. fecit. dist. Papam, extra de elec. statuimus. [k] & de off. iud. deleg. cum in iure. Vel dic, & melius, quod bene oportet probari rescriptũ cõmissionis, & procurationẽ in iudicio exhibitam, & in actis redactam, scriptã & publicatam fuisse: non tamen oportet originalia, monstrari, nec tenorem eorum probari: secus si non sunt in actis scripta, vt in præ. c. quoniam contra. Sufficit enim in actis contineri, quod talis exhibuit coram tali iudice parte præsente, quoddã rescriptũ apostolicũ ꝙ procurationẽ sũ. nunc est necesse inseri tenorẽ. Eorum delegationes autem, & subdelegationes debent scribi, ut in præd ca. quoniã contra. & s. de rese. ꝑsentatione, §. primo. ver. sed obiicit. & seq. & sufficit ibi dici, hæc subdelegatio scripta fuit per tales, Alii dicunt, & hoc obtinuit, [l] qđ delegationes & subdelegationes probantur per sola sigilla iudicum: ut ext. de offi. deleg. prudentiam. in princ. non enim cẽsentur acta, cũ fiant sine causæ cognitione, & partibus præsentibus vt s. de probat. § nidẽdum. uer. sed nũquid. Nec obstãt his, quæ [m] dicta sunt in ꝓdicto §. rati. [m] ¶ † Et scias, quod si pars aliqua repetit instrumẽtum procurationis, uel aliud à se in iudicio exhibitũ, aut illud est speciale ad causam illã, in qua exhibuit; & tũc sibi non restituet, cum originalia debeant penes iudicem remanere, vt s. de testi. §. publicatis. in prin. & repetere nõ põt. aut est generale etiã ad alias causas: & tunc æquũ est sibi originale restitui, copia illius penes iudicem remanente, ut eo in aliis casib. uti possit,

ADDITIONES.

a Vocatis. ¶ Lib. 6.
b Abbate sane. ¶ Lib. 6.
c Videtur. ¶ Hoc dictum scripsi in præ. §. si vero. in glo. quando appellatus vide quod scripsi de probat. c. 1. in gl. si quæritur. uer. dixi, quod aliud est iustificare personam, aliud est iustificare causam. ¶ ADDE, ꝙ Specul. commendat etiam Bal. in l. 1. §. 1. ff. de edẽ. & uer. seq. adde vltra nc. in d. l. is apud quem. Fede. conf. ccii. incip. audiui.
d Vbi de hoc. ¶ Et ibi scripsi super verbo, communium. ¶ ADDE uersꝰ. suq. Lap. alleg. & Pau. de Cast. An. Bar. Ale. in d. l. is. apud quem.
e Finem. ¶ Et per ibi scripta uides, quod legitimare causam suam quis non cogitur ante litis cõtestationem, sed personam sic, ut etiam scripsi de ꝓb. c. 1. in vltima gl.
f Alterius. ¶ De hoc scripsi post Inn. de prob. c. 1.
g Quem. ¶ Et ibi totus iste ver. in 1. gl.
h Ad hæc. ¶ Vt extra de offi. dele. super quæstionum. §. intentionis. uersꝰ. non obstante.
j Contumacia. ¶ Vide, quod ibi no. in gl. quomodo
k Statuimus. ¶ liber. 6. ut ibi in gl. no. ibi, ubi enim.
l Obtinuit. ¶ Vt scripsi in præd. decr. quoniam. in gloss. no. ex quo uer. alii dicunt.
m Rati. ¶ Constat enim, ꝙ litis ꝓtestatio est de actis. Item, ꝙ ꝑ eam procurator factus est dominus litis: & de hoc latius uide in gl. præd. uer. obstat.

possit,ut ꝓbatur in his, quæ no ſ. verſi.illud autem melius.ſ.§.
a oſtenſo.uer.& hoc plenius.ibi,ſimilique modo[a].

ADDITIO.

a Modo. ¶ Vtrum autem debet eligere producens teſtamentum ante litis
b conteſtationem,an vero illo vti,tanquam teſtamento,dic,vt j.§.compen-
diose.ver.& no.& ſeq.

SVMMARIVM.

1 In inſtrumentorum exhibitione iudici facienda qualiter ſit procedendum,& qua forma tabellio vti debeat.
2 Scriptura notarij de quibus dicatur ſpecificare.
3 Inſtrumento volens ſine pœna vti,quibus verbis vtetur.
4 Tabellio an,& quando ſit cogendus rogationem exhibere.
5 Inſtrumenta producere volens quid agere debeat.
Diuerſas ſcripturas producens ſibiipſi dicitur præiudicare.
6 Scripturæ, vel probationes non ſunt in tranſcurſu faciendę: nam celeritas in iudicio improbatur.
7 Appellatio legitima dubiam reddit quæſtionem.
8 Papa iudicibus mandante in cauſa eis cõmiſſa vt procedant iuxta priorum continentiam literarum, an primis literis non apparentibus, ſit procedendum.
9 Exhibitio parti in iudicio qualiter ſit facienda.
10 Inſtrumentorum omnium, quibus vtitur quis in iudicio proſe, debet etiã fieri copia aduerſario contra ſe.
11 Actor an ad ſuam intentionem fundandam petere poſſit à reo inſtrumẽta ſua propria,quibus non eſt vſurus.
12 Producente aliquo inſtrumentum, quod contra ſe eſt,ſi aduerſarius voluerit ſe eo iuuare producens autem dicit ſe per errorem produxiſſe, an producenti nocere debeat.
13 Inſtrumentorum editio qualiter parti ſit facienda.
14 Iudice præſumente falſitatem malitioſe opponi,an opponens cogi poſſit ad pœnam extraordinariam ſeipſum obligare.
15 Aduerſarius videns quod dies non edatur, ſi ponat, quod inſtrumentum die certa ſit confectum,an producens teneatur de hoc reſpondere.
16 Editio inſtrumenti tribus modis petitur.
17 Inſtrumentorum genera ſunt multa.
Inſtrumeta hæreditaria, cum ſint communia, debent inter cohæredes exhiberi.
18 Ponente aliquo inſtrumenta patris ſui eſſe in arca alterius, an iudex ad talem petionem ex officio ſuo iubere poſſit arcam talem aperiri.
Pro ſeruo fugitiuo rimari poſſunt etiam cubicula ſenatorum.
19 Prodecens inſtrumentum diuerſa pacta continens,an poſſit per aduerſarium cogi totum,vel in parte edi.
20 Inſtrumento continente,quod ſolutio fieri debeat vſque ad ſex menſes,quo modo per huiuſmodi editionem poſſit ſciri,an aliquid debeatur,vel non.
21 Inſtrumenta ſi petantur exhiberi lite pendente,tunc iudex in omnibus caſibus iubebit ea exhibere.
22 Editio inſtrumentorum diuerſimode fieri poteſt.
23 Editio inſtrumentorum fieri debet præſente iudice, vel alio ab eo deputato,& in loco tuto.

¶Inſtrumenta qualiter exhibeantur.

6.§. Videndum reſtat, qualiter inſtrumenta exhibeant. Et quidẽ ſciendũ eſt,ꝙ aut
1 loqueris de exhibitione facienda iudici,aut de facienda parti.†Si quidẽ de faciẽda iudici,ſic ꝓcedas:veniens en im ad iudicis ꝑſentiam cũ tuis inſtrumentis in termino tibi ad hoc aſſignato,dices ei:Domine,ad ꝓbandũ de iure meo ꝓduco vobis hæc inſtrumẽta mea pro veris, & publicis in cauſa tali,quam habeo cum tali coram vobis.Et tunc iudex ea recipiat, ſeu per notarium ſuum recipi faciat:tabellio vero ſcribet hoc modo:
¶FORMA. Die tali talis exhibuit in iudicio tale inſtrumentum,manu talis notarij ſcriptum in cauſa tali, puta procuratorium,vel inſtrumentum tutelæ, ſeu curæ, uel emptionis,& huiuſmodi. Et ſi ſcribatur hora exhibitionis, id approbo propter multas calũnias vitandas,quas plerunque occurrere vidi.Quod ſi forte iudex,uel tabellio ſit tibi ſuſpectus,ꝺ ſulo,ut tibi rẽtineas exempla ipſorum inſtrumentorum, ne quid machinari valeat falſitatis,uel,quod melius eſt,notarius ea tranſcribat,uel ſaltem principium,& finem cuiuſlibet inſtrumenti: & reporta,ſi potes, originalia tecum.poſſet enim,ſicuti iam contingit,ea malitioſe occultare, & negare te produxiſſe : nec poſſes probare tenores ipſorum,niſi ipſorum tranſcripta, uel principium & finem retinueris.Cautela enim prodeſt.l.diſt.presbyteros.63. diſt.quanto.extra de elec.licet.& cap.bone.Quidam autem nouitij aduocati faciunt ſimpliciter ſcribi, quod ipſi quatuor, aut quinque inſtrumenta producunt ad ſuam intentionem probandam: &
2 poſt ſecum illa reportant. ¶†Quid ergo erit, ſi eo aſſerente per inſtrumenta producta ſuam intentionem plene fore fundatam:altera vero pars negat illa fuiſſe producta,quia ſcriptura notarij non magis ſpecificat de illis,quam de aliis inſtrumentis,ſed
a dicit ſimpliciter,quatuor, aut quinque ? Certe obtinuit[a] ſcripturam huiuſmodi non probari illa fuiſſe producta : & vide j.uer.
3 item nota.¶†Quod ſi uelis ſine pœna vti inſtrumento, quod falſum dicitur dices ſic[b]: Ego talis dico,& ꝓteſtor inſtrumentum
b tale,quo vtor,factũ manu talis notarij,uerũ & verax eẽ,ſed ſi apparuerit eſſe falſum,tũc nolo eo eẽ vſus,& perinde eſſe uolo,ac ſi vſus non fuerim,arg.ext.de cri.fal.ad falſariorũ. Et ſi aduerſarius,dicit,Certifica me,an uelis eo vti,uel non, non tenet:ſed ꝓteſtari:arg.C. de exce.ſi quidẽ ff.de no.ope.nũ.de pupillo §. ſi quis ipſi ꝓtori. Nã ex ui talis ꝓteſtationis ſi appareat poſtmodũ uerũ eſſe,poterit eo uti & habebit effectũ ex uirtute huius dictionis, Tunc q̃ extremũ tẽpus ſignificat.ff.de cõdit.& demonſt. l.quarta,§ fi.& de vulg ſubſti.in ſubſtitutione.ſecus ſi ſic ſimpliciter diceret,nolo eo vti:ꝙ tũc nõ poſſet eo vti aliqua rõe, C de
4 fi.inſt.ſi aduerſarius.& ad leg.Cor.de fal.ſi falſos codicillos.¶†Et no.ꝙ tabellio cogẽdus ẽ rogationẽ exhibere, cũ neceſſe fuerit, recepto tñ cõpetẽti pretio ꝓ labore:arg.ff de eden.argẽtarius.
c in prin.[c] ¶†Itẽ nota, ꝙ cũ volueris inſtra producere,lege ea,&
5 per lege diligenter, & uide, an faciant contra te.nã ſi producis diuerſas ſcripturas,tibi imputatur,& dicere poteris,

Heu patior telis vulnera facta meis.

C.de fi.inſt.ſcripturæ.eẽ imputari.Si aũt ꝓ tẽ uideris facere,oſtende ea iudici cui fides eſt faciẽda, nõ hoſti.C de ꝓdict.obtur. cauſam,l j.ext de reſcri. inter ceteras.ff.de prob.quinquaginta.
9 ¶†Itẽ non exhibeas ea, uel aliquã probationẽ in tranſcurſu:ſicut quidã faciunt miſeri aduocati: quod ſi fiat,non uidebit fuiſſe factũ,C.de ꝺhen.ſtip.l optimã Celeritas.n improbat:qđ dic, ut §.de aduo §. hic dicendũ.uer.cũ aũt Alij ẽt in termino dato ad ꝓbandũ,& ad inſtra ꝓſentanda & oſtendenda,portant plenũ ſaccũ de chartis,ea non diſtinguendo:& ſic non põt ſciri,de qui
d bus ſit parti copia faciẽda: vnde nõ vt ualere talis ꝓſentio,[d] arg. ff.de iniur.itẽ apud § hoc edictũ ff. de bonis auctor.iud poſſ.li. ff.ſi quis cau.l.2 § quæſitũ. Ar.tñ contra, quod ualeat,C.de anna.excep.l fi.ibi,huiuſmodi narratione, &c C.de præſcri.30.uel 40.an omnes.ſ.de quadri præſcri.l.2 ff.cõmunia præ.in tradendis.ſ.uer. primo[e]. ¶†Sed pone: ecce appellatũ eſt à iudice dele-
e 7 gato:huius appellationis cauſa tibi cõmiſſa eſt, ita vt ſi inuene-
f ris ritè appellatum[f], ꝓcedas in cauſa ſecundũ formã prioris reſcripti:

ADDITIONES.

a Obtinuit. ¶ Per Aeg.vt ipſe refert,vbi ſ.& totum, quod præcedit, eſt de ipſius mente: vel verbis.& ſcripſi de prob. c.1.in gl. no.qđ ex quo.in prin. poſt Inno.& Hoſt.

b Dices ſic. ¶ Secũdum.Gui.de Suz.ſuper.auth.ſi quis in aliquo.C.de eden. & vide j.§. inſtrumentum. ver.item opponitur,quod aduerſarij. quod & ibi ſcripſi.

c In prin. ¶ Vbi hoc no. Acc.Et per hęc verba Acc. & auctor videnẽ velle, ꝙ rogatio,vel protocollũ probet.ꝙ quo dicto facit : qa omnia illa habet, q̃ habere dẽt inſtrim:& plus:qa ipſa rogatio eſt origo & fons.vnde ſumitur inſtrim:& ſic plus illi credendũ,9.diſt.vt veterũ.& quod ibi nota.& 76.diſt. ieiunium.C.de eden.l.pen. & auth.ſi quis. Sed Nic. ꝺicens protocollum eſſe principium inſtrumenti nondum completi,vnde niſi compleat, ꝙ nihilo eſt:arg.C.ad Sila.l.pen.in fi.dat ſimile de teſtamento,& de ſententia,q̃ nondum completa,licet ſcripta, nihil probat. Patet primum.ff.de teſta.ſi is qui,& l.ex ea.Secundum C.de ſent.ex breuic.recit.l.1.& uidetur,ẽm eos, caſus C.de fide inſtrum.contractus.in princi.ibi, non aliter vires habere, quam ſi in mundum.& c.& ſequit,vt nulli liceat priusq̃.& c.Et licet ibi loquatur de contractu in ſcriptis,quo ad ſubſtãtiã obligationis idẽ tñ dicẽdũ de alio : quo ad ſubſtantiam probationis, ex identitate rationis, C.de cõſtit.pec.l.fi.de confir.vti.vel.inu ti.cum dilecta.& facit, quod no. C.de teſta.l.1.& 2.bene facit ad principale dictum,de elec.eccleſia veſtra.
¶ ADDE ad hoc videndum Pau.de Caſt.conſ.104.& omnino vide,quia pulchre caſus incipit,ad primum.

d Præſentatio. ¶ Nota, quia loquitur auctor de illo, qui præſentauerat,& produxerat ſaccum.hoc dico.quia Gu.de Suz.ſuper auth.ſi quis in aliquo C.de eden.in fi.format quæſtionem, quæ de facto fuerat de illo,qui portauerat ſaccum,& aperuit coram iudice:aduerſarius eius dicit iudici,ꝙ reciperet ſaccum.& inueniret ibi tale inſtrumentum falſum: quod iudex fecit,& ſic inuenit:& puniuit illum : ipſe dicit iudicem male feciſſe, ex quo non produxerat : cum alienorũ inſtrumentorum inſpiciendorum poteſtas dari non debeat, vt dicit l. qui accuſare.eod. titul.de eden. inducit etiam.l.1.ff.eod.titul.§.edenda.ad hoc facit,quod not.infra,verſicul.pone, inſtrumenta.

e Verſi. 1. ¶ De facto ſeruatur, quod recipitur talis productio: ſi fiat ſimpliciter:ſi vero dicat ſe ex illis illa producere,quod faciant ad cauſam,non recipitur,niſi iuſta cauſa ſubſit, vt iam dixi: puta quia ponderata breuitate termini & diſtantia loci,de qua portata ſunt inſtrumenta; forte hæreditaria:non potuerunt diſcerni pertinentia: bene tamen faceret iudex,ſi minũ ꝓgaret,vt diſcerni poſſent:&,ꝙ duci ad rem ſpectantia:&

f Appellatum. ¶ Procedit ergo quæſtio, aut ſit dubia poſt pellationem.

scripti: quærit, an ille delegatus debeat tibi mittere bullam, vel sufficiat trãscriptum p manum publicam? Respondeo: no. Ioã. de Deo in quæst. suis [a], quod primus iudex non tenet mittere bullam, cum su p hoc lis pendeat, & appellatum sit: si tamen dubites, debet ille tibi p suas literas fidẽ facere, uel p publicum instru-
8 mentum, ex de prob. c. fi. ¶† Sed quid: ecce papa sic mãdat iudicibus in causa eis commissa, ꝓcedere nolentibus. Procedatis iuxta priorum continentiam literarum, vt ex de iudic. quia V. prime autem literæ non apparent, quamuis constet eos ipsas habuisse, sed postea forte periisse: quærit, an poterunt ꝓcedere? Respondeo; dic, quod non, nisi forte prima prius appareat, ar. ex de fid.
b inst. c. 1 ubi de hoc [e]: 25. q. 2 c. scimus. C. de eden. auth. si quis in
9 aliquo uel nisi ꝓbet tenor prioris. ¶† Porro [c] si queras de exhibi-
c tione partifacienda, illa hoc modo fiet: recitent enim instrumenta à iudice, uel ab eo, cui ipse deputauerit, parte ꝟria audiente, quæ sibi copiam postulet: instrumentum non tradat eidem ad transcribendũ, sed p notariũ, uel p duos uiros idoneos ad hoc deputatos trãscribat, & exinde parti aduersæ copia fiat. Qđ si super uno tm̃ capitulo de priuilegiis, seu instrumentis quæstio fuerit, illud solum recitet, & transcribat, & parti aduersæ copia fiat,
10 ex de fide inst contingit. ¶† Illud autem certo certius est [d], quod
d omnium instrumentorum, quibus quis in iudicio vtitur ꝓ se, debet etiam fieri copia aduersario contra se, ff. de eden. l. j §. edenda. C. eod. titul. 15 apud quem. & 45 distin. qui syncera ibi, ex eorum codicibus, &c. quod locum habet tam in actore, quam in
11 reo ¶† Veruntamen actor non potest petere ad suam intentionem fundandam à reo instrumenta sua ꝓpria, quibus non est v-
e surus, ext. de prob ca. j. [e] C. de testi. nimis. C. de eden. l. fi. in fi. 4. q. 3. c. si testes. §. item qui intendit. nisi sint communia. nam illa petere potest, ut ff. de eden. si quis ex argentariis. ff. de iure fisc. in fraudem ex de fide inst. G. perpetuus. Reus uero potest petere ab actore sua ꝓpria instrumenta ad probandam suam exceptionẽ, C. de eden. non est nouum. & similiter actor à reo ad suam replicationẽ ꝓbandam, C. e. l. fi ¶ fi. & iam dicam. Azo & Vinc. [f] dicunt, quod nec actor reo nec econtra, cogit edere instrumentũ, nisi quo in iudicio est vsurus: ut sunt attestatiões, & act., ut in ꝓdi. §. edenda. de hoc not. Insti. de inuti. stip. §. item uerborum.
12 ¶† Quid si aliquis ꝓduxit instrumentum, quod contra se est: & adu sarius vult se eo iuuare: ꝓducens autem dicit se errorem ꝓduxisse: quare sibi nocere non debet, arg. ꝓ eo, ff. de iudic. l. 2. nam & pœnitere potest, ff. de rei uend. is qui se. ff. de in ius uoc. quamuis. C. ad l. Cornel de fal. si falso. Sed dic, quod non iuuat se errore. nam potuit deliberare, extra de fide inst. imputari. C. de act. & obl. sicut. ff. de iur. & fac. ignor regula. §. sed iure. ff. de bonorum posse l. in bonorum. item ad hoc, C. de rem. in integ.
rest. pet. l. petendæ. Ex quo enim ueritas est, t' cundũ eam conue-
g nit iudicari C. de eden. is apud 8. 8. dist. qui contempta. & uide s.
13 de positio. §. 8. versi. 1. ¶† Facienda est autem parti instrumentorum editio sine die & consule: id est, sine publicationibus instrumenti: de quibus dixi. s § bf ne detur materia fabricandi falsum, ff. quemad test. aper l. j & ff. de eden. l. j. §. editiones. & §. edenda. quod qualiter fiat, dixi s. § ostenso. uersi. si vero fuerit. nisi iscui editur, petat sibi diẽ edi ad intentionẽ aduersarii elidendam p exceptionẽ, uel replicationẽ: quoniam tunc edẽdus est sibi dies: arg. C. de eden. l. fi. & l. non est nouum prestito ab eo primitus iuramento, quod non calumniæ causa id postulat, ut ff eo. si quis ex argentariis. §. exigit autẽ. uel nisi velit illud instrumentum de falso arguere. quoniam tunc prestito iuramento, quod existimat
h se posse illum de falso arguere, & facta legitima inscriptione [h], edendus est ei dies, & omnia, quæ in instrumento continent, ff.
i de eden. si quis. §. exigit. C. de fid. inst. l. fi [i] C. de contrahen. stipul. optimam. Inst. de inutil stipul. §. item uerborum. & contra illud, quicquid uoluerit, ꝓbabit: contra quas etiam ꝓbationes pars altera, quod uoluerit, ꝓbabit, extra e. c. tertio, C. de temp. in integ. rest. petendæ. Qualiter autem ꝓbet falsitas, dixi s de prob. § fi. in fin & usque ad quod tempus, j. de sententia. § quoniam. uer. & nota, quod debet etiam tunc fieri copia originalis, seu authentici sigilli, & subscriptionum. & signorum, ext. eod. inter dilectos Sed quod iã dixi de inscriptione, non habet in usu, quo ad pœnam ordinariam: & bene cum tunc non agat ad pœnam ordinariam infligendam, sed ut ei fides non adhibeat, ex de ord.
14 cog c. 2. in fin. cum suis concord ¶† Veruntamen si iudex presumit, quod malitiosè falsitas opponit, coget opponentem se ad pœnam extraordinariam obligare, si defecerit in ꝓbando: & sic seruamus. Si autẽ etiam in principio causæ peto ostendi mihi instrumentum ꝓductum, ut uideam, an sit verum, uel falsum, facienda est editio: tamen sine die & consule, ut quidam dicunt, ni si cum nomine fisci agit, ff. de iure fisc. nec quisdam. Sed & communia instrumeta, puta literæ apostolicæ, rationes, & acta iudicij, & similia, debent integre cum die & consule edi, ut ex de rescri. eam te. cũ suis concor, & in pred. l optimam. & in pred. §. itẽ verborũ ff. de eden. l. j. §. rationes. C. eo. l. 2. ex de fid. inst. c. j. & c.
G. perpetuus. & de ꝓbat. quoniam ꝑ. ubi de hoc, & j. uer. ex prę-
15 missis. ¶† Quid si aduersarius videns quod non editur dies, ponit sic, Pono, quod instrumentum die tali fuit confectum, nunquid tenet ꝓducens respondere? de hoc s. de teste, §. qualiter.
16 versi quid ergo. ¶† Et nota ex præmissis, quod tribus modis petitur editio instrumenti. ¶ Primo, vt actor fundet intentionem suam ex instrumento rei, uel reus exceptionẽ suam ex instrumento actoris: & tunc non cogit quis edere, si ipse non utatur, ut s. uer. illud autẽ. ¶ Secundo, qñ utit: nam tunc edit, ut uideat, an aliquid sibi possit opponi. Exhibet tñ tunc sine die & consule, ne detur materia fabricandi falsum. ¶ Tertio vt de falso accuset: & tunc cũ die & consule edit. quæ dic, ut s. uer. facienda. Petunt etiam aliis modis instrumenta edi, id est tradi, p uaria genera actionum, ut j. uer. prox. Prædictis autem tribus modis pe-
c possunt obiici, ut C. ad Velleia. antiquæ. [c] ¶†Sed pone: produci
5 tur aliquod instrumentum super aliquo contractu: opponitur,
aliquem cõtrahentium alibi fuisse tẽpore contractus, & probat
hoc per duos testes, queritur, an sufficiãt? & dicit Azo, quod sic
ar. ff. de testi. l. vbi numerus. & 4. q. 3. ca. si testes &c. ubi numerus.
Sed cõtra. nam instrumentum æquipollet duobus testibus, ut s.
ergo videtur in dubio ei standum, ut s. de prob. §. videndum. uer.
3. & ver. 5. Sed ipse respondet, quod testes non dicunt hoc dire-
cte ꝓtra instrumentum, sed per obliquum: sed si directe contra
illud dicerent, tunc plures quam duo requirerentur, ut vince
rent scripturam, ff. de testib. l. 3. ibi, alias numerus, &c. Quid si v-
num instrumentum dicit aliquem fuisse Romæ tali die, aliud di-
cit eum fuisse Narbonæ eadẽ die? dic, ut j. § prox. ver. itẽ oppo-
6 nitur contra instrumentũ id, quod per alium. ¶†Sed quid si pro
ducitur aliquod instrm in iudicio, quod dicitur esse factũ in lon
ginqua regione, nec ꝓficiẽtis aliqua notitia habetur? Super hoc
distingue. nam aut illud apparet in publica forma, aut est priva-
ta scriptura. Si quidem apparet in publica forma videtur, quod
nõ sit ei credendum. nam nota testimonia & ueriſſima documẽ
ta debent præstari, ut C. ubi de crim. agi opor. l. 2. in fin. & ignotis
sigillis non creditur, nisi eis fides per aliquos, qui ea nouerint, im
ponatur, ext. de cleri pere. g. c. 1. & 2. & s. de procu. §. ratione aũt
formæ. verti. 2. Sæpe enim eulogia ex mala fide scribuntur. ff. de
cust. & exhib. reo. diuus. Sed dic, quod ex quo in publica forma
apparet confectum, non vitiatum, nec in aliqua parte sui abolí-
tum. nec suspectum, quia tunc aliud esset, ff. de fide instr. l. 2. & C.
de edi. diui Adria. tol. l. fi. §. j. bene sibi plena fides habetur absque
alio adminiculo, ut probatur C. quemad. test. ap. l. 2. C. de ꝓbat.
cum precibus. Instit. de inut. stip. § item uerborum. ibi, omnimo
do esse credẽdas, &c. ubi de hoc, & §. fi scriptum. & Instit. de fide
inst. §. fi. in auth. de instrum. cau. & fid. § oportet aũt. & §. seq. ubi
de hoc, Collat. 6. Præsumitur enim pro producente, quod sit me
mor suæ salutis, ut j. q. 7. sancimus. Et pro tabellione, quod uera
scripserit, ut extra, de præsc. ad audientiam. Maxime autem pro
instrumento præsumitur, ubi cõtinet signũ tabellionis, & sub-
scriptionẽ, ut in auth. de instru. cau. & fid. §. sed & si instrumẽta
Colla. 6. & j. §. instrumentum. uer. itẽ quod nõ est signatum. Nec
obstat, quod quis; potest similẽ confingere scripturã: quia mul
tipliciter dicẽtis falsitas recõgnoscetur, in auth. e. tit. §. si tamen
quisquam. in fi. § & arg. ad idem, ff. de off. præt. Barbarius. 3. q. 7.
c. infamis. §. tria. in prin. Stabitur ergo ei: nisi qui contra illud ob
iicit, quod obiicit, probet, ut C. de proba. sciant. C. de contrahẽ.
& commit. stipul. l. optimam. uer. sancimus. & de fide instr. l. 2. Et
d hoc dicunt multi: & hoc tener Azo, prout no. in summa auth. [d]
Alij dicũt cõtra: nisi constet illũ in sua prouincia officium exer-
cere. Ego uero distinguo: nam aut producens est legalis, & fide
digna persona, & bonæ famæ: quo casu prædicta obtinent. Con-
silio tamen, ut & tunc iudex, maxime parte, contra quã produci
tur, absente, faciat producẽtẽ iurare, quod instrumẽtũ verũ est.
& à persona publica cõfectũ, arg. in præ. §. si tamẽ quisquã, e. tit.
§. si uero moriãtur. & § si vero nil aliud. Si uero pars præsens sit,
& neget eum tabellionẽ esse, qui confecit, probabit tũc produ-
cens, prout no. j. ver. & scias. & uer. illud autem. Aut est persona
suspecta, & quæ consueuit uti falsis instrumentis: & tunc ei non
credatur, nisi fides imponatur, ut in cõcor. quæ sunt inf. §. instru-
mentum ergo. prope fi. ves. item opponitur, quod tabellio. nam
ex personis hominum dicta pẽsantur, C. si quis Imperat. maled.
7 l. una. in fi. ¶†Porro si sit priuata scriptura producenti non pro-
dest: sed cõtra eum fidẽ facit, si in ea cã aliqua sit inserta, in auth.
de iureiur. a morien. præst. §. j. C. de nõ nu. pec. l. generaliter. qđ
8 dic, ut s. §. proximo. ¶†Quãta [e] ãutem fides instrumentis in cau
e sis decidẽdis adhibeatur: quæritur: & est dicẽdum, ꝙ tanta, quã
ta duobus, uel pluribus testibus. parem em vim habent in exercẽ
dis litibus instrumẽta & testes, ut C. de fi. inst. in exercẽdis. ext. e.
tit. cum Ioannes. § porro. C. de rei ven. l. indicia. C. q pot. in pig.
hab. scripturas. ext. de prob. quoniam cõtra. Vnde si vna pars ꝓ
se inducit publicum instrumentum, altera uero testes, si dicũt di
uersa & non aduersa, vtriq; probationi stabitur, & secũdũ utran
9 que probationẽ iudicandũ est. ¶†Quid ergo, si duo perunt eam
dem vxorem & vterq; æqualiter probat? dic, ut ext. de testib. in
nostra. Si uero testes dicãt aduersa, seu contraria instrumento,
dic, ꝙ aut sunt testes in instrumento inscripti, aut alii: si inscripti.
f dicit Pileus, [f] ꝙ si omnes testes inscripti in instrumento testificẽ-
tur cõtra ipsum instrumentum, standum est testibus in illo iudicio, &
magis credetur tunc viuæ, quam mortuæ uoci, in auth. de fi. inst.
§. si uero aliquid. & ff. quemad. test. aper. l. 1. in fi. extra. de probat
10 tertio. ¶†Quid si dum attestationes publicantur, plures ex testi
bus dicũt se non dixisse, quæ scripta sunt: queritur, cui magis cre
g detur, an tabellioni, an testibus? hęc quæstio dominicalis est: & [g]
soluitur, ꝙ tabellioni si sit bonæ famæ, propter officiũ suũ, extr.
de præsc. ad audiẽtiã. ff. de rebus eor. q sub tut. l. magis. & extr. de
ap. cũ parati. nisi testes probent se ꝓtrarium dixisse, ut extra, de
cõdi. apposit. ca. per tuas in integra. Testes enim singulares sunt
in suis dictis: quia singulariter examinati fuerunt: & ideo nõ pro-
bãt. ext. de elect. cum dilecti. prope fin. Si autem tabellio sit su-
suspecta persona, quæ cõsueuit falsa scribere, tunc potius testib⁹
sit credẽdum. ff. de suspec. tut. l. 3. § sin autem. ff. de ac. li cui. §. iiſ.
dem. extra. de pig. illo in fi. Vel dic inspiciendum numerum, &
conditionem testium. & tabelliõis, ff. de lib. causa. diui fratres. in
h fi. ff. de actio. & oblig. l. fi. in fi. ff. de rei uend. in fundo. [h] Hoc ple-
i nius prosequere secundum Papam, prout no. [i] ext. de fide instr.
11 c. cum Ioannes. ¶†Quid si tãtum unus ex testibus in scriptis cõ
k tradicit instrumento? Respon. dicunt quidam. [k] instrumentum
reddit suspectum, donec cõtra probetur, ff. quemad. test. aper. l.
12 1. in fi. de hoc in præ. c. cum Ioannes. †¶Sed qđ si unus ex testib.
à tabelliõe recepti accusatur falsum dixisse: testis uero dicit ali-
ter scriptum esse dictum eius, quam ipse protulerit, negãs illud:
quæritur, cui magis credetur. utrum scripturæ tabellionis, an di
cto testis id se dixisse negantis? Respondeo: omnes Doctores Bo
noñ. in nostra examinatione priuata concordarũt, quod nõ cre
datur instrumento contra istum, cum in criminibus aperte debe
ant esse probationes, ut 2. quæstion. 8. sciant. Sed certe nec ipsi
testi contra ipsum instrumẽtum, hac eadem ratione: & ideo neu
ter punitur, scilicet nec testis, nec tabellio, ut extra. de elec. cum
inter R. seniorem. & hoc prosequere, ut s. de teste. §. 1. eod. uersi.
l sed pone: ecce iudex. [l] ¶†Sed si alii testes, & non illi, qui sunt in
13 instrumento inscripti, contradicũt instrumeto? Dicit Pil. [m] qđ
m stabitur instrumẽto, & in nullo ei derogatur: argum. C. de edic.
n diui Adri. tol. l. fi. & argum ff. de proba. census. Azo vero dicit, [n]
quod uiua vox duorum testium in nullo casu validior est publi-
co instrumẽto: sed publicum instrumentum validius est duobus
14 vel plurib. testibus in multis † casibus, in quibus non habent pa
rem uim, & in quib. requiritur scriptura, & probat ꝓ scripturã.
¶ Primus est C. si minor se ma. dix. si alterius. ¶ Secundus C. de
non nume. pecu. generaliter. ¶ Tertius C. de testibus, testium &
auth. rogati, ¶ Quartus C. de suf. l. unica. ¶ Quintus C. qui testã.

ADDITIONES. fac.

a Ioan. ¶ Et ibi scripsi in gl. ma. q̃ incipit, dixit hic Inn. circa fi. gl. vt ibi scri
psi: & sup gl. & ita teneo cum Inn. instrm reprobari posse per duos testes:
ꝙ satis efficaciter ibi probo. unde ibi videas, ubi ẽt omnẽ opinionẽ inue-
nies. Et prædicta distinctio Odof. parũ ualet. cũ ẽ fides inscriptionis te-
stium pendeat ab auctoritate notarii. ibi intelliges. ꝓcederet. n. ubi testes
scripsissent. ADDE. ut plenius scripsit Panormi. in d. c. cũ Ioan. & ut per
Ale. cons. 27. 2. lib. Bal cons. 36. 3. lib.

b Et no. ¶ Isteuer. est ad literã in fi. præ. l. ult in gl. in dec. tertio. & vide, ꝙ
super ea dixi.

c Antiquæ. ¶ Ratio ibi no. in 3. gl.

d Auth. ¶ Circa mediũ uer. sed qd si ꝓferat. de quatuor opinionibus circa
hæc mẽtionẽ feci ext. e. ti. c. j. ad fi. j. col. Et de his vide Cy. C. e. tit. ꝓparatio
nes. in q. pe. & Iac. de Bel. in auth. e. tit. §. sed si & instrumenta. in fi. ¶ AD-
DE Paul. de Cast. in l. si qua per calumniam. C. de episc. & cler.

e Quanta. ¶ Incipiunt verba Tanc. vbi s. ver. sequitur, quanta. licet multa
interponuntur.
ADDE. ꝙ instrumentum habet vim tot testium, quot ibi sunt inscripti ad
substantiam instrumenti: hoc tamen qualiter intelligatur, vide pulchre ꝙ
Bal. in l. hæredes palam. in fi. 1. col. ff. de testam.

f Pil. ¶ Rub. de test. sub instrumento. in prin. idem Gui. de Su. super. l. si quis
decurio. C. de fal. si testes sunt bonę famæ.

g Dominicalis est. ¶ xlvii. & j. ver. 2. in fi. datur remissio de materia.

h In fundo. ¶ Et dicit Alber. Gal. cuius fuit iste versi. circa medium ti. de te
stib. ꝙ hoc ultimum verius: j. posuit auctor opinionem dicentium illi pare-
ti standum, quæ pro reo facit, de re iud. c. ult. cum concor.

i Prout no. ¶ Non directè ad terminos quæstionis. ADDE recte ad termi
nos q. Bal. in d. cons. lv. 3. lib.

k Quidam. ¶ Alb. Gal. ubi s. uer. sed pono quod unus.

l Ecce iudex. ¶ Sed formatur alia quæstio de notario actorũ, qui scripsit pre
conem retulisse se talem citasse: & præco resiliit, dicẽs se nec citasse, nec re
tulisse. Cy. ponit quæst. in l. fi quis decurio. in fi. C. de falsis. & tenet cũ. Iac.
de Are. ex qualiter personarũ cũ uterque suggerat hoc diiudicandum. Vn
de si tabellio est suspectus ex prius gestis, addito dicto vnius testis, huic sus
picioni sibi non credetur, sed duo hæc imperfecta facient vnũ perfectum.
C. de testib. sancimus. de probat. rationes. alias in dubio stabitur scripturę
ff. de lib. causa, diui fratres, de leg. tu. legitimos. ¶ ADDE q. Spe. concor.
per Ale. eius cons. lxx. j. lib. & sequitur Inn. in cle. 1. de hære. tamen vide
Bal. cons. lv. iii. lib.

m Pil. ¶ Vbi no. s. dixi: quia hoc dictum continuatur illi, & utrunq; recitat
Tan. & etiam, quod sequitur de Azone.

n Dicit. ¶ in Summa eo. tit. §. porro.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fac.poss.hac consultissima.§.at cum humana.extr. de præscript.
a ad audientiam.¶ Sextus in præd.l.census [a]. ¶ Septimus in baptis-
mo,de consecra.distinct. 4. baptisandi. ¶ Octauus in electione,
63.distinctione.quanto.& capit.vota ciuium. sexagesima prima
dist.c.Olius §.sed aliud.& c.seq.extra de elec.quia propter. & c.
innotuit. ¶ Nonus in ordinatione,61.di.c epiſcopus, dū ext. de
temp.ordin nec epiſcopi.¶ Decimus in reuersione a schismate,
1 q.7.quoties.cordis oculis.& c.saluberrimū. ¶ Xj. in excōicatio
ne,11.q.3.cur.& ext.de sent.excom.cum medicinalis lib.6.& de
treu.& pac.c.j.¶ Duodecimus in recōciliatiōe,24.q.1.miramur.
¶ Tertiusdecimus in accusatione,2.q.6 c.j.& c.per scripta.§. li-
bellorum. ¶ Quartusdecimus in sententiæ prolatione, 2. q. 1. in
primis ad fi.& c. statutis. Omnes præscripti casus a septimo vsque
hic habentur 2.q.j. legum. ¶ Quintusdecimus in renunciatione.
7.q.j.c.sicut vir.§ ecce his.& c qualiter.¶ Decimussextus in ma-
numissione,vt 54.di.c.2.¶ Decimusseptimus in infantum expo-
sitione,vt 87.di.si expositus.¶ Decimusoctauus in professione, vt
20.q.j.vidua.& 23.q.j.omnes feminæ. ¶ Decimusnonus in lega
tione,uel delegatione,97.dist.nobilissimus.extr.de offic. delega.
cum in iure.C.de mi.in.prin.l. vnica. ¶ Vigesimus in alieni clerici
susceptione,71. dist.ab extraneo.ext.de cleri.non resi.fraternita
ti.C.de episc.& cle.si qua Vigesimusprimus.extr.de priuileg.por-
ro.& de usu pal.ca.fi. Vigesimussecūdus x.q.2.hocius.ext.de reb.
eccles.non alie.c.j.¶ Vigesimustertius ext,de procu.cap.j.¶ Vi-
gesimusquartus.C.de fide instrumentor. contractus. ¶ Vigesi-
musquintus in appellatione facta ab interlocutoria,uel grauami
ne,ext.de app.cordi.lib.6.¶ Vigesimussextus in donatione,q̄ ex
cedit quingentos aureos,C. de donatio. in donationibus. ¶ Vi-
gesimusseptimus in emphyteusi,C de iure emphyt.l.j.& 2 ¶ Vi-
gesimusoctauus in fideiussione,ff.de dam.infec.qui bona.§.fina.
¶ Vigesimusnonus in requisitione transcripti sententiæ excom-
b municationis,extr.de sen.excom.cum medicinalis §.j. [b] & si qui
c alij similes inueniantur [c]. In alijs autē nō refert,dummodo p te-
stes fieri possit probatio.quæ dic, secundum do. meum in Sum-
15 ma de fid.instr §. quid si instrumentum. & §. seq. ¶ † Tu autem
d dic [d],quod si obijciatur publico instrumento in modū exceptio
nis, falsitas,uel defectus, uel additio. uel aliquod simile, quod ibi
debuit esse, vel non esse, si probetur per testes,quod obijcitur,
dicta testium præferuntur instrumento,siue sint in eo scripti, si
ue non,nisi instrumentum iuuetur per alios testes, qui secundū
illud testificentur. hæc probantur extr. de fi.inst.cū Ioannes.vbi
de hoc,secundum Papam,C de prob.cum precib.ext.eo.de .pb.
tertio.C.de contrahen.& commit.stip.optimam arg.extrà de te
stib.ex tenore.Si autem nil tale obijciatur instrumento, sed una
pars pro se inducit instrm in cā, altera testes, hoc casu discretus
iudex cōsiderare debet, qđ eorum magis conueniat naturæ ne-
gotij,& quod magis verisimile vr.& secundum illud pronunciet
arg.3.q.3.ca.si testes.§.si testes ext.de testib.in nostra.Considera
16 re enim debet,quale sit negotium,de quo quæritur † nam quæ-
dam melius probantur per instrumenta,quam per testes,sicut di
cta testium,qui olim tulerunt testimonium.sententia arbitraria
pactum plures articulos cōtinens:& his casibus,& similibus,ma-
gis creditur instrumento, quam testibus. Si vero probari debet
e numeratio pecuniæ,uel matrimonialis consensus, uel crimen [e],
vel similia præfert testes instrumento,arg.3.q.9 si debitum.C.de
nup.neque sine nuptijs ext.de maior.& obe cum in ecclesijs sed
f & temporis consideratio habenda est [f]. Nam cum res,uel factum
antiquum probatur, magis credendum est instrumento, quam
testibus:hominum enim memoria labilis est, C. de ueteri iure e-
nu.l.j.§.si quid autē longum secus in nouo,aut recenti,ubi testes
g sunt boni discreti & honesti [g]. Hoc psequere,prout no.extra.de
pb.tertio.& c.quoniam q̄ de testi.in nostra.& 3.q.3.d.§.si testes.
Ibi etiam not.q̄ testes prævaleant instrumento. Ex præmissis er-
go satis colligitur, quod potest per testes probari contrarium
eius,quod in instrumento publico ptinetur:ar.C.de proba.cum
precibus.C. de contrahen.& committen.stipul.l.optimam.§. fi.
quod verum est, præterquam in duobus casibus, vt C.ad Velle.
antiquæ.& C.arb.tut.l.fi.§ j.de hoc no.C.de non num.pec.gene
raliter instrumenti quoque falsitas per testes probatur ut supra
17 de proba.ad fin.¶ †† Et nota, q̄ si probo per testes contra instru-
mentum,tu poteris per alios probare sic esse,prout in eo conti
netur:ut extra de testi.series. Vber contra:ne hoc in infinitum ,p
cedat extra de rescrip.cum in multis.lib. 6. Nec obstat, secundū
cum, præ.dec,quia illud speciale est in causa matrimonij,ut dicit
18 ¶ † Sed cum literis episcoporum credatur,vt no extr.de proba.
post cessionem.& 11.q.3.curię quæro,cui magis sit credendum.
an instrumēto publico,uel scripturæ episcopi, uel alteri [h] iudicis
Et dic,quod instrumento.nam tabellio æquipollet duob. testib.
imo tribus quandoque:quod dic,ut supra eo.§. verſ. hoc autem.
quia scripturæ iudicis non creditur,nisi habeat testes inscrip-
de testi. cum à nobis. Sed scripturæ tabellionis credit in
cet non habeat testium in scriptionem, vt C. de don.
i l.in donationib.& arg.30.q.j.C.de fi.instr. authen. ad hæc. in au-
then.de his,qui ingred ad app.§.illud.& arg.in præd.c. quoniam
contra ubi hoc [i]:dummodo diem apponat,ut in authen.de fide
instru.§.fi.& infra § proximo,uer.& not.licet secus sit in contra
ctib.ut in authen.Col.j.de hęre. & fal.§. sancimus. alias §. si uero
absint.ubi de hoc,& j.prox.verſ.itē q̄ nō sunt ibi,& in præ.l. in
donationibus.nisi forte instrumentum fiat coram populo in pu-
blico parlamento:quo casu testes non sunt necessarij,secundum
Vber.arg.C de his,qui in eccles.manum.l j.C. de testa.omnium.
prope princ.& C.de Lati.lib.tol.l.unica.Ratio autem est, quare
magis credatur scripturæ tabellionis.quam episcopi, vel iudicis
quia tabellio iuratus est,extr.de præscr.ad audientiā ext.de præ
sumpt.illud in fi.j.quæstio.7.sancimus.Sed cum etiam iudex iuret
vt ext.de iureiur.venientes.§.quia uero.cum suis concor.melior
est ratio:quia tabellio scribit acta iudicij, auctoritate & manda-
to iudicis.& sic duorum auctoritas concurrit, id est sua & iudi-
cis, quorum quolibet est in officio publico constitutus. Non sic
autem est in scriptura,quam per se facit iudex:& uide, quod no.
supra de teste.§ j. verſ sed pone:ecce.Ex quo ergo attestationes
siue acta per solū tabellionē scripta sunt,creditur eis inter easdē
personas,& in eodem iudicio.& in alio,ut in præd.concor. & ff.
de iureiur.sed & si possessori.§.ult.& seq.licet sit argu.contra in
k authen.de hæred. & Fal.§. sancimus [k].& in hoc cōcor.Papa. put
19 not.extr.de testi.c.Albericus. ¶ † Porro si instrumenta sibi con-
traria,uel aduersa indirecte, vel etiam directe, ab eadem parte ,p
ducuntur,sibi derogant fidem:C.de fide instrumē.scripturę, ex-
tra.eo.c.imputari.Si uero a diuersis producantur, videat iudex,
quod magis sit sine suspicione,& quod magis congruat negotio
& secundum illud iudicet:uel si æquales sint probationes,ab sol-
l uat reum:arg.extr.de proba.ex literis in fin. [l] C. de contrahen.&
20 commit.stipul. optimam. ¶ † Illud quoque non est otiose præ-
termittēdum. nam si per factum aduersarij mei perdo instrumē
tum quo usurus eram, sufficit ad intentionem meam fundandā
probare quod eius uitio perditū est instrumentum,per quod ,p-
batur id,de quo agitur,C.de probat.si de possessione.C. de testi.
testium.§ fi.arg.extr.de test.cogen.pernenit.j.3.q.7 c.infamis.§.
tria Quod si per factum alterius perdidi,non prodest mihi pro-
bare amissionem, & etiam eius tenorem, C. de fide instrument.
m apud eos secūdum Tanc.[m] & Azo.& Vin.qui hoc no ext.de co-
uer.coniu dudum quia fides instrumēti poterat multipliciter an
nullari,ut j.§.proxi. Arg. tamen contra , quod sufficiat probare
n amissionem & tenorem instrumenti,ext. de priuile. cum olim [n]
j. Vbi autem instrumentum perditum est, potest quis probare in-
tentionem suam per testes,nisi in casibus, in quibus non fit pro-
batio per testes:quos habes 3 uer.sed si.Vber de Bob.dixit quod
instrumenti amissio potest probari per præsumptionem.per iu-
ramentum partis perditis & per famam,& per cautam, ff. quod
vi.aut clam,semper.C.undeni,si quando.extr.quod metus cau-
sa,ca.fina.2 q.j.in primis ext.de probat.§.fi.Quod si iudex igno-
ranter

ADDITIONES.

a Census. ¶ Hos solos posuit Tanc.vbi 3.
b Medicinalis.§.1. ¶ lib.6.
c Inueniantur. ¶ Vide,quod no.de censi.Ró.li.6.in glo.no.casum.& quod su
per ea scripsi:ubi alios casus inuenies.
d Tu autem dic. ¶ Secundum Tancr. cuius verba reassumit usque ad finem
huius versicu.
e Vel crimen.Hoc non posuit Tanc.de hoc remiſ.dedi in prin.§.j.
f Habenda est. ¶ Idem Vber.de Bob.super l.in exercendis.
g Honesti. ¶ Secundum Tanc.
h Iudicijs. ¶ Id est,in actib.iudicialib.quæ scripsit his extr.de prob.quoniā
in 3.gl.vide,quod super ea dixi.
i De hoc in glo.3
ADDITIO. Adde,q̄ istud dictum Vber. de Bobio , quod refert & se
quitur Spec.hic,scilicet q̄ quando aliquod instrumentū fit in publico par
lamento,vel coram populo, valet sine appositione testiū:dicit esse singula-
riter notandū Abb. in c.j.col.4.ver.aduerte tamen.extr.de fid.inst.& And.
Sic.in repet. rub.illo eo.tit.in 24.char.in 2.col.vbi ipse adducit in simili di
ctum Io.And.in addit.Spec.in tit.de assef.§.officium,in prin. ubi dicit as-
sessores electos a populo,habere iurisdictionem ordinariam : sed electos à
potestate,habere delegatam:de quibus ibi latius per eum.Hen.Fer.
K Sancimus. ¶ Facit etiam pro:& uide,q̄ ibi no.in glo.ergo a contrario.
l In fi. ¶ Hucusque uer.iste Tanc.ubi 3.uerſ.pen.
m Secundum Tanc. ¶ ubi 3.in fi.
n Olim. ¶ Dixit Tanc sed illi decre.posset congrue respōderi,& hoc est ul-
timum uerſ.in tit.puto quod intellexit Tanc.respōsionem fieri per finem
decre.ibi,quod sine reprehensione,&c.& uide,quod ibi not.in prin.ultimæ
glo.& quod super ea dixi,ibi inuenies,quomodo in probatione tenoris ue
niunt dies & locus.
ADDĒ, ut per Bar.in authen.si quis in aliquo.C.de eden. quem sequitur
Pano.in c.cum olim.ext.de priuil.& verſi.seq.vide Ang.consi.24.

ranter perdidit, valebit processus, ff. de off. præ. si forte. ff. de ꝓc. l. si ꝓcuratorem, quod non puto, ne id iudex quandoque procuret in fraudem, ex qua non debet commodū reportare, C. de reb. cred. l. fi. extr. de rescrip. sedes. ext vt eccles. bene. c. unico, nisi tenor rescripti alio modo probetur. quod dic, ut in præd. ca. cū olim. & ext. de offi. deleg. cum in iure. Quid si legatus perdit literas suæ legationis? de hoc ſ. de legato §. ſupereſt. ver. ſed quid ſit

21 ¶† Quid si habet sigillum Imperatoris, uel bullam papæ, nūquid ei credetur? Quidam dicunt ꝙ sic. Tu dic cōtra, quilibet enim ea posset habere, & dicere: hoc iubet Imperator, uel papa: & ignoraretur, quid ipsi uellent. Vbi aūt ꝓditur per dolum partis iudicis commissio, si quidem iurisdictio erat approbata, puta ꝓ litis cōtestationem, non habet necesse exhibere originale. & adde hic, quod no. ſ. de teste §. satis. in fi. & C. de fide instrum. sicut iniquū

22 ¶† Sed quis potest facere tabelliones? Respon. Inno. papa. not.
a extr. de fide instru. c. pe.[a] quod nullus, nisi papa, uel imperator, vt ſ. de procu. § ratione autem. uer. item quod sunt factæ. nisi cōsuetudo, uel priuilegium speciale ab eis cōcessum aliud inducat arg. C. de emanc. l. j. & si extr. de excess. prælat. accedētibus. ad fi. ext. de fide instrum. cum dilectus. quamuis tamen consuetudo concedat alicui tales facere. hi possunt dici notarij: quia in notas redigūt acta coram eis: uel tabelliones, quia in tabulis scribunt: nō tamen habent potestatem & officium publicum, quod tabellionibus a legib. & iure scripto datur sed tantum illud, & in tantum habēt, quod & in quantum consuetudo concedit. Reges autem qui habēt supremum & merum imperium, bene possunt eos facere: ar. extra. qui fil. sint legi. per uenerabilē. Sed nullus alius subditus ecclesiæ, uel imperio, potest eos facere: nec etiam statuere, vel nudo pacto se obligare, quod credatur instrumentis alicuius personæ priuatę. Dominus meus no. ibidem, quod sicut vniuersitas potest ordinarium facere, sic & is, qui eam regit, potest tabelionem facere. Idem not. in Summa e. ti §. quibus instrumētis. in prin. qđ comites, & prælati hoc possunt in terris suæ iurisdictionis, argu. in authen. de tabellio. §. pen. Col. 4. 10. q. j. regenda. item no. in Summa. ne cleric. vel mona. §. quæ sunt. sub §. clericis. uers.

b quid igitur[b]. ¶† Et nota, quod tabellio ab Imperatore, uel papa
23 vel ab eo, cui hoc speciali priuilegio indultum est, ordinatus, potest ubique, etiam in Francia, uel Anglia, seu Hispania, non solum in terris eis specialiter subiectis, suo officio uti & instrumēta conficere, argumentum. 9. quæstio. 3. cuncta & cap. per principalem, ff. ad l. Rhod. de iac. deprecatio. 7. q. j. in apibus extr. de cōsti. c. fi. 11. q. j. c. omnes. §. hoc si quis & c. uolumus. 26. di. duo sunt 63. dist. Adrianus 2. 8. dist. quo iure. 22. q. j. futuram. 23. q. 8. c. si in morte § ecce. & § conuenior. C. de quadri. prescrip. bene à Zenone. C. de iud. rem non nouam circa prin. C. de sum. tri. l. j. in princ. & C lib. 12 de colo. Palest. l. i. in prin. ff. ad Treb. omnibus C. lib. 12. de eunuc l. 2. ext. qui fil. sint legit. per uenerabilem. uers. insuper non sic est in alijs ut j. versi. quid de his dummodo priuileg ū generale sit: secus si speciale, per quod uidelicet possit is, cui con
24 ceditur, in certis locis errare. ¶† Et scias, quod tabellionatus officium non datur a natura, sed conferturnon ab omnibus, sed a paucis: puta à Principe, uel ab eo, cui ipse concesserit, nō cunctis sed quibusdam, ut C. lib. 10. de tab. l. generali. & per totum titulū & in auth. de tabel. & de inst. cau. per totū quod intellige, ut ꝓdixi. Ideo si is, qui instrumentum confecit, negetur esse publica ꝑsona, probabitur econuerso publica nisi id sit notorium, nam ex quo semel fuit non publica, adhuc præsumitur non publica, nisi
c probetur publica, C. de prob. siue. & uide infra uer. illud autem[c].
25 ¶† Quid de his, qui fiunt ab episcopo, uel comite, uel uniuersitate? nōt. dominus meus in Summa, ne clerici, uel monach. § quę sunt sub § clericis etiam. ver. quid igitur. & seq. ꝙ tabellio simpliciter constitutus ab eo, qui potestatem habet constituendi, pōt vbiq; vti suo officio: sicut & presbyter semel ordinatus, potest ubiq; celebrare, saltē de eius licentia, ad quē declinat, ext. de cleric. peregr. tuæ. sicut & uoluntaria iurisdictio vbique exercetur, ff. de officio procon. l. j. & 2. ff. de emancip. l. emancipari. Sin aūt dicatur sic: Do tibi potestatē ꝓficiendi instrumenta intra talem dioe-
d cesim, uel prouinciā[d], extra illam positus non habet exercitium sicut nec archiepiscopus ext prouinciam sibi commissām potest vti pallio, c. dist. cōtra morem. ext. de usu pallij, c. j. & pe. Ego crēdo, quod etiam simpliciter constitutus, intelligitur cōstitutus intra metas iurisdictionis constituentis, ut probatur euidēter ext. de fo-

ADDITIONES.

a C. pe. ¶ Cuius verba plenius: quam hic, ibi scripsi in gl. 2.

b Igitur. ¶ Hoc dictū Host. roboratur ꝑ l. generali. allegatam j. ver. secūdo quæ uult singulis ꝓuincijs, uel ciuitatib. tabularios necessarios ordinari. Cū ergo princeps nō statuerit. per quē, nec expressè sibi hoc retinuerit, rectoribus prouinciarum cōmisisse videt, ff. de offi. prœfec. vrb. l. j. §. cum urbem. ext. de sen. excō. nuper. Itē hoc casu nō ꝓhibitū dicitur ꝓcessum, iuxta nota. ext. de translat. c. 2. in gl. ar. ꝙ non: & licet concesio suprāmorū officiorū, & dignitatū reseruet principi nō ꝓmissa, vt in præ. c. & ꝑ totū tit. ff. de off. eius, cui man. est iurisdict. l. j. notaria th̄ est vile officium. facit qđ deliberto affirmatiue, & de decurione negatiue dicitur, j. vers. quid de liberto. Et pro tanto dicit reipublicę seruus, C. de adoptio. l. 2. de usuris, quanq̄ lib. 6. Et licet arguere ex nomine, ext. de præb cum secundum. Inst. de donat. §. est & aliud. Propter quæ non est verisimile, ꝙ princeps hoc uile officium sibi saltem in prouincijs, reseruasset: maxime cū ad illud etiam gerendum notarij cogantur, ut not. C. ne quis lib. actū reipub. l. j. in ultima gl. li. 11. Itē si delinquunt, ordinarij eos puniunt, & destituūt, C. de defen. ciu. l. iubemus. & de sacrosc. ec. l. iubemus. §. his tabellionib. & cōiter, cui ꝓpetit destituere & instituere: & ecōuerso, ext. de hære. cū ex iniuncto. in fi. Itē de auctoritate iudicū stipulant, ff. rē pupil. sal. for. l. 2. & notas unius notarij alteri publicādas ꝓmittūt, ut in ꝑ. dec. cū P. uolēs tenere ꝑriū, hæc restringet ad executionē officij, non ad collationē ipsius. & ꝑ hac parte facit l. actuarios. C. li. 12. de numerarijs actuarijs, &c. ibi manus fanxerit principalis, & auth. de tabellion. in fi. ver. si uerò tabellio. qui auctoritatem habet a nobis diffinitā. Sed responderi potest ad l. ꝙ loquitur de præponendo pecunijs recipiendis, in quo cura fortior esse debet, ff. de sol. l. hoc iure. & l. inter artifices. Ad §. rñdetur, ꝙ localis est, sed q̄ a gl. ibi post prin. super verbo, in ꝓuincijs, hoc improbat, dic verius, ꝙ ibi loquitur nō de auctoritate creationis, sed de auctoritate delegandi, quam ibi proxime concesserat.

ADDE suo loco uidendum hanc addi. per Old. cons. 75. incip. quis possit creare notarium.

c Illud aūt. ¶ Ad intellectum illius, & istius ver. & ver. quid si is, qui nō est, & ver. seq. j. e. & j. §. prox. vers. quid ergo, si tabel. est sciendū, ꝙ Dñs meus in legib. disputauit q̄stionē talem: Produxi instrumentum confectum per eum, qui longo tpe exercuit officium reus negat illum tabellionem: q̄ritur primo, an mihi incūbat onus ꝓbandi secū do, an sufficiat ꝓbare descriptū in matricula notariorum? uel ꝙ multo tēpore tabellionatus gessit officiū tertio, an his, uel ipsorum altero ꝓbatis, sit ille & fuerit tabellio? quarto an ualeat instrumentū, ꝙ ꝓduxit, & alia facta ꝑ ipsum? & quid de fiendis? De primo se expedit, ꝙ actori incumbit probatio, cum asserat factum, uel solennitatē, C. de proba. actor. ff. de publ. q̄cunq;. facit ratio huius uer. Nec obstat possessio officij quia cum ꝓsumptio sit ꝙ aduersario, etiam possessor ꝓbat. C. de ꝓb. siue extr. de prob. ex literis. ad fi. De secundo dicit, matriculam non probare: inducit ff. de decu. Herennius. ſm literam quæ ibi habet, alibi: ut ibi no. & C. de testam. milit. l. scriniarios. Et q̄a ordinatio, q̄ requiritur in tabellione creando. C. de tabul. l. generali. in prin. non probatur ꝑ scriptura matriculæ: q̄ est scriptura priuata, C. de prob. instrumēta. Et dato, ꝙ esset publica, ꝑ quo facit C. de dona. in hac. nō probat: quia nil asserit fieri, sed innuit factum esse: alle. ff. de leg. 3. prædijs. §. Titio. Nam verus tabellio, cuius nomen solebat esse scriptū in matricula, licet modo ibi non reperiatur, non desinit esse tabellio, nisi ex causa legitima ad id exemptus fuisset, ff. de in fam. l. 2. §. ignominiosa. facit 2. q. j. nomen. & ꝙ ibi not. Fatetur, ꝙ solennitas matriculę multū operatur, concurrentib. ꝓcedēib. examinatione. & creatione, C. de aduoc. diuers. iud. petitionem, ff. de albo scrib. l. j. & 2. Et q̄ſq; ꝓcedētia sine illa nō sufficiūt: & tunc esset necessaria, ff. de test. milit. l. ex eo tpe, ꝙ gesit officiū. Dicit et non sufficere, quia id nō facit eum tabellionē ideo inſtat circa l. Barbarius. 3. cludens Barbarium nō fuisse liberū: quia nec creās id intendebat, ff. de in ius uoc. l. sed si. §. patronū. nec prætorem: nec lex contradicit. innuit enim, ꝙ se gesit pro prætore allegat l. nō mutant. C. de liber. causa & C. li. 10. si ser. aut lib. ad decu. aspi. l. j. & 2. Vsurpatio ergo & possessio officij nō facit eū talē, C. de acq. poss. l. improba. & ubi causa status. l. j. alias sequeretur ridiculū, ꝙ quisque se facere posset notarium. Et per hoc solutū sit certiū. Ad quartum distinguit, ut in præ. uer. quid si is. j. e. per quod respondetur ad l. Barbarius. & sic etiam ibi distinguit Gui. de Suz. Item sic etiam ad l. 2. C. de sen. & interloc. respōdetur: quia ibi de creatione constabat. per eundem modum respondere ꝓterat ad l. ff. de iure fisci, sed si accepto. ut ibi patet in prima gl. Ad l. competit. ff. qui, & a quib. rñdetur ponendo casum, ut ibi dicit glo. Cōsentit tamē opinionem Azo. quando de longinquo fertur instrumētum, posse tolerari: de qua ſ. eodem §. uer. quid si, ꝑ lucitur. Item consentit ei, quod no. dello, quē constabat tabellionem, sed remotus erat. in authenti. de tabellio. ad fi. in gloss. hic est Argumentum. in fi. quod dictum ponitur infra, uersic. quid si tabellio ꝓdit. & uide. quod ibi dicam. Vltimum autem dixit per prædicta solutum, quod ꝓficiendā non ualent. nam & si propter communem errorem pręterita instrumenta ualerent, nō sic in futuris errore comperto. Vnde dicit. Barbarium restituū domino in pristinam conditionem: & fieri debuit, per præleges libro decimo, & C. de tabul. l. generali. & qui milit. non pos. super seruis. Scire debes, ꝙ Iaco. Bal. de materia tractauit in l. fororem. C. de his quibus vt indig. dicens iura quæ dicunt stari instrumento, q̄ apparet non uitiatum, non cancellatum, &c. no. ſ. e. ſ. in prin. non ꝓcedere quando negatur instrumētum: alias ei statur. Sed si apparet contra dictor, tunc suo ordine causa agitari debebit, nec sibi credetur dicenti, uel scribenti, se notarium. allegat in authen. de hæred. & Fal. §. si uero absunt. & C. de decu. l. j. lib. 10. ADDE, ꝙ Ale. consilio 138. j. lib. per omnia uidetur sequi hanc addit. Bal. tamen quo ad primum, consilio 319. incip. quia plenissime. dicit quod aut ipse tabellio petit aliquē actum, tanquam existens tabellio: & debet ꝓbare de tit. ut ff. de decu. l. Herennius. & l. 2. si seruus ad decu. aspi. libro decimo, & C. de fide instr. l. si non solennib. aut de officio est quæstio inter alios, & sua possessio est longa, & sufficit: secus si recens, ut dicitur in simili per Cynum & Iac. Butrig. in l. si qua per calumniam. & subdit diceus, quod etiam si possessio est recens, & aliquas scripturas fecisset in iudicio. faceret eum præsumi tabellionem, ex quo a iudice eius persona est approbata: ar. ff. quod fal. tut. l. j. §. idem Pomponius. Item si est bonę famæ, & multos contractus fecit, & publicè reputatus est, dicit ipse, iudex debet super hoc arbitrari ex coniecturis, & inducijs: quæ sufficiunt, ubi claræ probationes haberi non possunt, ut ff. de re mil. non omnes. § à barbaris. Et quod sufficia tlonga possessio, tenet eius cons. 229. e. j. lib. Pet. de Anch. cons. 214. Et quod ꝑ matriculā probetur quis notarius. uoluit Ang. cons. 160.

d Prouinciam. ¶ Vel faciens tabellionem habet potestatem faciendi intra certos limites.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a de foro cõp. Romana. §. pe.[a] vbi phibetur Archiepiscopus mittere suos clericos ad diœceses suffraganeorum pro recognoscẽdis ibi contractibus coram eis. cum enim ibi non sit vsus tabellionum illi clerici per archiepiscopum missi cõcedebant patentes literas super contractibus coram eis initis sicut ergo illi non possunt vti illo officio, quod succedit in locũ tabellionatus, ext. iurisdictionem eos mittẽtis, sic etiam nec tabelliones hoc poterũt arg. C. de sum. trin. cunctos. & ext. de sent. excom. à nobis fuit. & ff. de off. præfec. urb. l. j. §. initio eiusdem epistolæ, & l. fi. ff. de iur. om. iud. l. fi. extra. de pen. & remiss. quod autem. & de postul. ca. j. & 6. q. 3. scriptum. de elect. venerabilem. ff. de of. præsid. l. 3. extr. de of. leg. excõmunicatis. Ex quibus iuribus videtur dici posse, q̃ tales non possunt instrumenta conficere extra iurisdictionem eos constituentium. Secus autem est in his, qui sunt a principe ordinati, ut s. uers. & nota quod. Non tamen nego, quod instrumenta intra metas illius iurisdictionis confecta, fidem faciant extra illam inter homines illius iurisdictionis, & alios alibi fortè litigantes postquam constat ea per tales confecta fuisse. Alij tamẽ dicunt quod tabellio vnius loci, cum sit publica persona, potest vbique instrumenta conficere, nisi phibeatur ab eo, in cuius iurisdictione cõficit. potest enim prohiberi per illum. Sunt etiam qui dicunt, quod tabellio vnius loci potest alibi conficere de partium consensu, saltem expresso, & non erroneo, arg. C. de iurisd. om. iud l. priuatorum. ff. e. est receptum. de iudic. l. 2. extr. de foro
b competen. si diligenti.[b] Sunt etiam, qui distinguunt, & non improbabiliter, an fiat alibi instrumẽtum de re voluntaria, vt tũc possint, arg. præd. l. emancipati. & similiũ: an de re, quæ iurisdictionem respicit cõtentiosam, ut de dilationibus, & requisitionibus testium, & huiusmodi, vt tunc locum habeat regula illa ff. de iurisd. om. iud. l. fi. & de bonis auct. iud. poss. cum vnus. §. pen. ff. de verbo. signif. pupillus. §. territorium. Alij dicunt, in hoc regionis
26 consuetudini standum. extr. de side instrument. cum dilectus.
¶† Quid si tabellio sit constitutus ab episcopo in spiritualibus, numquid ille poterit conficere instrumẽta in temporalibus? Dominus meus videtur notare in præ. §. fub § clericis & vers. quid si
27 nihilominus. & uers. & breuiter. quod sic: arg. pro eo ext. qui fil. sint legi. per uenerabilem. Alii contra. ¶† Quid de constituto à domino temporali in ciuilibus, numquid poterit in spiritualibus vel ecclesiasticis conficere instrumenta? dicit dominus meus ibidem quod tabellio ecclesiasticus non debet cõficere in ciuilibus nec secularis in ecclesiasticis: quia istorum cõuersatio debet esse discreta. 4 distinct. statuimus. 2. q. 7. laicos C. de epis. & cle. repeti ta. in auth. de sanctiss. episco. §. omnibus autem laicis. Collatio 9. etiam si constitutus à domino temporali sit clericus, secundum eũ, ex quo constitutus est a laico, ext. de iudic. decernimus. & de ar
c bit. contingit. de rebus eccle. non alien. cum laici. & de deci. tua[c].
28 ¶† Quid ergo, si tabellio laicus scribit vota canonicorũ in scrutinio electionis? Secundum hoc uidetur, quod electio non teneat imo, secundum Iaco. Bal. propter hoc cassa fuit electio Placentina. arg. ext. de elect. Massana. & dominus meus in hoc con-
d cor.[d] Inn.[e] autem, & Rof.[f] & Gof. dicunt cõtra, quia nec existẽs
e in sacris debet esse tabellio: imo debet hoc sibi interdici, extra ne
f cler. vel mon. sicut te. Officium enim tabellionatus publicum est vt C. lib. 10 de tabu. l. generali. Et publica negotia sunt clericis interdicta, ut C. de epis. & cler. placet. & lex vetat scribas, seu notarios in alijs officijs militare, vt C de tabul. l. j. & hoc puto. Et iura quæ prohibent laicos interesse electionibus, intelliguntur, ne in
g tersint, ut coeligant, uel disponant, uel præcipiant g ¶† Sed cum
29 dixeris, existenti in sacris debere interdici tabellionis officiũ, saltem in secularibus, quæritur, si fiat tabellio, & instrumentum cõficiat in illis, an ualeat? arg. quod nõ, 10. dist. c. nides. ext. de de dol. & pt. veritatis. C. de legi. non dubium. Arg. contra quia fit ab eo, qui iurauit, & alias honestus est, de præscri. ad audiẽtiam. & de p̃sump. illud. Multa enim fieri prohibentur, quæ iam facta tenent.
h Dicit do. meus in præ. §. fub § clericis[h] quod non valet, si publice & solenniter fuerit eis interdictum: secus si occulte ne homines decipiãtur, ff. de off. præt. Barbarius. ext. de simo. quoniam si moniaca. ad fi. j. de sta. mon. ver. 27. Et puto, quod clerici in causa spirituali & ciuili possunt vti tali officio: arg. ext. de p. ob. quũ contra. 27. q. 2. ca. multorum. Alij tamen contra. Quid si tabellio religionem ingreditur, nũquid postea complebit instrumenta? de hoc in præ. ver. 27. Quid si legat alicui protocolla? de hoc s. §. ostenso. ver. quid si aliquis. Quid si tabellio amisit instrumentum tabellionatus, nec apparent testes, per quos possit probare? dic,
30 vt j. §. prox. versi quid ergo. ¶† Sed nunquid seruus potest esse tabellio? dic, quod non, vt C. lib. 10 de tabu. argumen. l. generali. & s. de proc. §. ratione autem. ver. item quod nõ sunt. vbi habes de quibusdã alijs personis prohibitis. Quid de liberto? dic quod
[illegible] potest, vt C. de seruis Reipub. manumit. l fi. Item decurio nõ
[illegible]se tabellio, vt C. lib. 10. de dec. vniuersos. licet sit arg. cõ
[illegible]bul. l. 2 Pari ratione etiam uidetur, quod nec aduocatabellio, vt no. in præ. l. vniuersos.[i] & in præ. l. gene-
31 rali. ¶† Quid si instrumentum cõfectum est à tabellione, qui erat excommunicatus? Respondeo, videtur valere, argumen. extr. de here excommunicatus j. §. credentes ibi, si tabellio, &c a contrario sensu, vbi habetur, q̃ si satisfacere contempserit intra annũ, ex tunc instrũ per eum cõfecta non valẽt: ergo à cõtio prius cõfecta tenent. licet esset excõicatus ipso iure. ut ibi patet: & in hoc vide
k tur B consentire in sua noua additione ibi ad meã instantiã posita.[k] Alij dicunt simpliciter, q̃ instrumẽtum ab excommunicato confectum, non valet: pro quib. facit optime 3. q. 4. nullus. ext. de sen. excom. c. nouerit. Tertij, quos dominus meus sequi videtur, dicunt, & melius, vt videtur, quod quandiu eius excommunicatio est occulta, valet instrumentũ ab eo confectum: vel etiam si sit manifesta, non tamen probari põt. argu. pro eis ff. de off. præt. Barbarius. 3. q. 7. c. in. Iudas. §. tria. in prin. vers. verũ. C. de testa. l. j. ext. de proc. c. fi. de sen & re iudi. ad probandum. & de excep. pia. §. si uero post. & seq. ext. de coha cler. & mul. c uestra prope fi. Secus si sit notoria, ut ext de exce. exceptionem de hoc not. secun
l dum Papam, extr. de exce. pia. si uero.[l] ¶† Quid si his, qui non est
32 notarius publicus, exercuit tabellionatus officium, sed postmodum apparet eum notarium nõ fuisse, nunquid instrumenta per
m eum confecta publica erunt, & fidem facient[m]? arg. quod sic, in p. l. Barbarius & in præ. §. tria. in prin & ff. qui, & a quib. l. j. C. de testam. l. j. Dic quod si habuit priuilegium ab eo, qui potestatem habuit creandi notarios: licet ex postfacto appareat eum nõ posse notarium esse, puta quia seruus est, vt s. uersic sed nunquid seruus tunc instrumẽta eius ualebunt ut patet in Barbario qui fuit a populo electus, & ideo eius sententiæ ualuerunt. Si uero nullũ priuilegium habuit, tunc communis error non potuit eum facere notariũ, ut extr. de cler. non ord. min. c. j & 2. arg. C. de iur. om. iud. priuatorum. extr. de fo. cõm. si diligẽt. ff. rem rat. hab. bono
d rum j q. j. cũ Paulus. vnde non ualent talia instrumenta, ff. de bonis eorum, qui sub tut. vel cur. sunt. l. qui neque C. de sacrosanct. eccles. decernimus. Nec censenda sunt instrumenta publica, sed priuata, quibus non creditur, nisi trium testium habeant subscriptionẽ, C. de fid. inst. l comparationes ¶† Sed quomodo subuenitur habentibus talia instrumenta? Respon. agant contra illum.
33 & consequenter ad interesse suum per actionem in factum, ff ad leg. Corn. de falsis qui sub nomine. ¶ Quid si tabellio confecit aliquod instrumentum falsum, nunquid instrumentis postea per
n eum confectis credi debet[n]? Et uidetur, q̃ nõ, 9. dist. si ad sacras. ext. de hære. frater nitatis. ext. de summa trin. c 2. ad fi. ff. de edẽ. si quis ex argentarijs. § j. ver. qui enim. & ff. quod quisque iur. l. pe. §. illud. ex quo enim semel male fecit, postea p̃sumitur male facere, ff. de re mil. l. 3. §. is qui 2 & l. non omnes. §. a barbaris. ad idem extra de pig. illo uos. in fin. & ff. de suspect. tut. tutor quoque. §. nunc

ADDITIONES.

a §. pe ¶ Lib. 6.
ADDE, q̃ notarius creatus ab alio quam à papa, vel ab imperatore, non possit conficere instrumenta, nisi in diœcesi, seu in ꝓuincia constituentis: tenet etiam Rota in nouis decisio. vbi sequitur opinionem auctoris hic, desion. 291.

b Si diligenti. ¶ Gul. de Cu. resistit huic dicto in l. repetita. C. de epis. & cler. p ipsã. & p l. ꝓsulta diualia. C. de testã. bñ facit C. li. 12. de apparitor. ꝓconsul. & leg. l. j. Itẽ notarius nitit auctoritati creatis, in auth. Colla. 4. de tabell. circa mediũ. Nõ poterit ergo, q̃ ille nõ posset, ff. de reg. iur. nemo pl⁹ inducit l. i. §. tutor. ff. iudi. sol. de adm. tut. l. si duo. & in auth. de admi. off. § j. Col. 3. & q̃ no. C. lib. 12. de ꝓx. sacror. scri. l. hac parte. in ulti. gl. l. Itẽ punit. q̃ excedit metas officij ꝓmissi sibi, C. li. 10. de decu. vtrũ. & C. lib. 12. de nu. & actua. l. in prouincijs. & in ea. l. de excep. l. 2. & C. de don. l. fin diui. Iura p̃ria hic allegata in iurisdictione loquuntur, quæ ꝓgari põt: istud uero est nudũ officiũ, ut in præ. l. ꝓsulta. & patet extra, ne cler. vel mona. sicut te. Vñ coram ipso adoptio fieri nõ posset. C. de adopt. l. adop. nota. ad idem C. de iure fisc. l. 2. ADDE his ultimis verbis Old. cõsi. 253. vbi ponit, an insinuatio possit fieri coram non suo iudice.

c Dec. tua. ¶ Ipse Host. fatetur in decret. sicut te. ne clerici vel mona. contra rium de facto seruari: clarius autem opin. suam probat, vt ibi scripsi in fin. secundæ glo.

d Concord ¶ Vide in summa de elect. §. qualiter. super uerbo, in scriptis redacta.

e Inno. ¶ In dec. quia propter. super verbo, redacta. dicit Inno. id fieri posse per tabellionẽ, etiam extraneum de iaico non dicit expresse.

f Autem & Rof. ¶ In lib. iur. canonici super rub. de libel. de forma scrutinij.

g Præcipiant. ¶ Vide, quod scripsi de ele. quia propter. super gl. per ipsos.

h Clericis. Afr. dixit in apparatu, vt scripsi in p. dec. sicut te. post principiũ.

i Vniuersos. ¶ Propter minoritatem officij dicit ibi Accur. q̃ ꝓrium seruatur Mediolani. Adde Ang. cons. 283. & Mediolani non sunt procuratores illi de collegio.

k Posita. ¶ Hanc non habemus.

l Si uero. ¶ Lib. 6. & no. de sent. excõ. decernimus. lib. 6. in ult. gl.
ADDE, an ualeant instrumenta excommunicati, Fede. cons. 74. Et an naleant ab eo condita, qui notarius reputabatur, per eundem consilio 137.

m Facient. ¶ Vide quod dixi 5. uers. & scias. 5. e.

n Debet. ¶ Quæstio fuit mar. de Fano, qui idẽ soluit, & per eandẽ l. plenius tamen arguit, & hæc super l. fi. C. de fi. inst.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nunc uidemus. & § si aut ē ipse. & §. si curator. & uidetur expressum C lib. x. de fusce p. & arca. si aliquid. Argu. contra ff. de iud. l. per minorem. Nam qui semel male iudicauerit, non prohibetur iterum iudicare, C. de accusl. 4. Et idem uidetur in teste. ff. de his q no. infa. Lucius. Dic, quod donec fuerit priuatus, uel interdictus uti officio per sententiam, ualent instrumenta per illum post ea ꝓfecta, ff. de don. post contractū. & vide ȝ. ver. prox. & ȝ.

a §. instrumentum. vers. quid si aliquod [a]. ¶† Quid si cōfectum in
34 strumentum ab hæretico sit? Respon. dico, quōd nō valet, si cōfectum est post quam fuit de hæresi condemnatus: secus si ante, dum ut catholicus agebat, & contrahebat: ut in præ. §. credentes in verbo, ex tunc, & c. & in præ. l. Barbarius. & ff. de don. post contractum C. de hæreti. l. Manichæos. ibi, cui quam coniuncto, &c. a cōtrario sensu: & ȝ. ver. prox. & 9. dist. si ad sacras. ibi, siue ante quam pars. &c. & in præd. §. tria & in prædic. decr. uestra. & 8. q. 4. nonne. ff. quod cum fal. tut. aut. l. j. §. fin. ff. de minor. l. ait. § permittit. ff. de supel. leg. l. j in fi. & l. 3 § fi. C de testā. l. j. ff. eo. ad testium. §. conditio. Arg. contra, quod etiam prius confectum nō ualeat si tamen confectum est postquam tabellio in hæresim inciderit, in præ. §. credentes. in uerbo, nec ad publicam. & C. de hæretic. l. fina. & l. iubemus. de pen. distin. j. nemo. & ext. de Iudæis, cum sit. & capi. ex speciali. C ad leg. Iul. maiestat. quisquis. versus fi. ver. dotes. extra. de hæret. fraternitatis. cum suis concor. Prius dictum plerique sapientes à me consulti approbauerunt: argumeius, quod not. in præd. capitulo, exceptionem. & secundum Papam in præ. ca. fraternitatis, & ne contrahentes hoc ignorantes decipiantur: Alij uero contra in odium tanti criminis: quod &
35 iura sic persequuntur. ¶† Quid si tabellio perdit officium ex aliqua causa: puta, quia scribit in alienatione sacræ rei, ut in auth.
b de non aliena. §. ad hæc, uel quia [b] conficit instrumentum pro
c hæretico, ut ext. de hæret. si aduersus [c]. & similia. Dic, quod instrumenta post per eum confecta tenent: arg. auth. Colla. 4. de tabel.
d §. inde. ver. ipsis tamē [d]. & in præ. l. Barbarius. C. de sen & int. om.
e iudic. l. 2. secundum Vinc. [e] & Accur. Arg. cōtra, C de sent. pas. l.
f fi. [f] ¶† Quid de hoc, ꝙ faciūt quotidie tabelliones? nā cuitantes
36 laborē faciūt formā instri ꝑ aliquē ȝhētium ordinari, & ipsi postea scribūt, & in publicā formā redigūt, Certe vī ꝙ possint, ut 12. q. 2. cum redemptor. ibi, scribenda dictauimus, &c. Ipse tamē notarius postea per se diligenter considerabit singula verba, & quod ei videbitur, emēdabit melius ta ē est, si hoc per se faciat
37 & ad id tenetur. ¶† Sed quæro, sub qua forma fiunt, seu creantur tabelliones? Respon. in Romana curia hoc modo: præsentatur nanque summo pontifici aliquis, qui uult fieri notarius: & si eum dominus Papa admisit, mittit eū ad examinatorē super hoc duputatum: qui examinator eū diligenter examinat, tam in Grāmatica, quam in scriptura, quam etiam in diuersorū contractuū formis quem si idoneum reperit, eum pro sufficiēti domino Papę representat: & tunc adest unus diaconus cardinalis, qui illum iurare facit fere omnia illa, quæ continentur ȝ in trac. libel. in ti-
g de feudis, § quoniam. in fi. Item iurat insuper g, quod ipse fideliter suum offi iū exercebit, ext. de præscr. ad audientiam quodq; ȝctus fideliter in scriptis redigat pro utraque parte. & ꝙ eū fue-
h rit requisitus [h], instrā ꝑficiet de his sup qb. rogabitur q̄ uiderit, &
i audiuerit [i] ꝙ etiā scripturis iudici alib. nil falsitatis adhibebit. sed ea prout a contrahentib. uel præcipientibus uel iudicibus iniunctū fuerit, fideliter in scriptis rediget & publicabit, nil adeundo uel minuendo quod sensum immuter. Item quod instrumentū non conficiet de aliquo contractu, in quo sciat interuenire uim uel fraudem. Item quod contractum in protocollum, seu in primam collectionē seu scripturam rediget, & postquam redegerit malitiose non differt contra uoluntatem cōtrahentium, uel eius, cuius est super eo publicum conficere instrumentum: saluo ramen usto salario, & consueto. Item ꝙ si aliquod falsum instrumentum ad eius manus peruenerit, illud destruet, si hoc facere possit absque suo periculo, siue damno: sed si ista sibi imminere uideret proferet hoc in notitiam rectoris, puinciæ, seu eius, qui ibi iurisdictionem habebit. Quo facto dominus papa concedit ei potestatem conficiendi instrumenta publica, & contractus audiendi, & de officio tabellionatus eum inuestit ꝑ calami & pugillaris traditionem, dicens: Accipe potestatem condendi chartas publicas secundum iura & bonos mores: & literas super officio sub tali forma concedit:

FORMA. Clemens episcopus, &c. tali in minoribus ordinib. ꝓstituto seu laico solutē & apostolicā benedictionē. Ne ȝctuſi memoria deperiret, inuētum est tabellionis officium, quo ȝctus legitimi ad cautelā præsentium & memoriā futurorū manu publica notarētur. Hinc est, ꝙ prædictum officium, ad ꝙ reptus fuisti idoneus, tibi ducimus committendum, ut il ud prudenter & fideliter exequaris, & ad te, cum necesse fuerit, recuratur. Nulli er
38 go omnino hominum, &c. ¶† Porro sunt nonnulli comites & Barones maximē in Italia, habentes priuilegium ab Imperatore faciendi & creandi tabelliones: si igitur aliquem tabellionem fecerint, de hoc instrumentum fiet publicum in hac forma:

pulandi extra, de priuil. cum olim. nam & testamentum imperfectum non valet inter liberos, si eo volunt vti, tanquam testamento, secundum quosdam: secus, si tanquam alia vltima voluntate, vt C. fam. ercisc. eun. filij patris. & l. fi. C. de testa. hac consultissima. §. ex imperfecto. & maior desideratur solennitas in testamento, quam in alia vltima voluntate, in qua solum mens testatoris spectatur. vt. C. de sac. ecclesi. l. j. in authen. Col. 4. de nup. §. disponat. 13. q. 2. c. vlt. & § sed aliud. extr. de test. relatum. j. & patet ex præmissis, & ex his quæ sunt. j. §. prox quòd si reus tacuerit ante litem contestatam. & post litem contestatam hoc dicat, tunc potest respondere exhibens, Frater, totum ius meũ in iudicio deduxi, extrà, de re iudic. abbate fauẽ. §. j. ver. præmissa [a]. & de causa pos. & propri. cum ecclesia. ita valet mihi, siue sit testamentum, siue alia vltima volũtas: hoc videat iudex. Stultus enim fuit reus, qui hoc non petijt ante litis contestationem, vt. C. de codic. l. fi. ff. de legat. 2. cum filius. §. variijs. Porrò si dubiũ sit, an debeat haberi pro testamento, vel pro codicillo, considera mentem testatoris, ut ff. de iure codici. l. j. & verba eius, vt eo. tit. illud. & l. fi & C. de codic. non codicillum [b]. ¶ † Item vide, si est ibi clausula generalis & solita, Si non ualet iure testamenti, ualeat iure codicillorum, vel cuiuslibet alterius vltimæ uoluntatis, vt ff. de testa. mil. l. 3. in fin. & ff. de vulg. & substi. cohæredi. §. cum filiæ. C. de codic. l. fi. §. illud quoque. ff. de iure codicillorũ, conficiuntur. Quid autem operetur prædicta clausula in vltimis voluntatibus, vide C. de lib. præt. vel exhæred. auth. ex causa. Breuiter tamen nota, secundum Iac. But. q. hæc clausula operatur tantùm, cùm testamentum deficit propter defectum solẽnitatis, putà cum deficit numerus testium, vel alia solennitas, vt tunc ualeat iure codicillorum: non autem operatur, si in alio deficit. putà si rumpatur per querelam, vel posthumi agnationem, vel minima capitis diminutione: & hoc probat ex eo, qđ dicitur ibi, valet: & sic loquitur de præsenti defectu, qui est, vt quia non est ibi plenus numerus testium, vel non sunt rogati, vel est mulier. non de futuro, vt de illo quod fiet: puta aliquo de premissis modis: si enim dixisset, Valebit, tunc futuros comple cteretur defectus. vt ergo omnes hos modos cõprehendat, debet dici, si non valet, vel non valebit iure testamenti, &c. argu. ff. de uerbo. obliga. si stipulatus fuerim. §. 1. & l. si à colono. ff. de verb. sig. verbum Oportebit. Item aliud ut dictum. Si nõ ualet, & aliud, Si non ualeat. [c], Vel dic. ſm Odoff. q. aut statim deficit testiñ propter solennitatis defectum: & tunc uerba illa, Si non ualet, &c. referuntur ad illum casum tantum, & non ad alios pdictos: aut non deficit statim, sed postea ex euentu, putà capitis diminutione, vel posthumi agnatione, uel alio modo, & tũc etiam ad casum illum pertinent hæc uerba: quia in dubijs interpretari debemus, ut res ualeat [d], ff. de uerbo. oblig. quoties. extra, de fide instrumen. inter. prope fi. & in testamentis, &c. ff. de reg. iur. in testamentis. ext. de donat. cum dilectus. & argum. ad hoc ff. de leg. 2. cum filius. §. hæres & l. si quis testamento. ¶ † Si quis uult igitur securè testari, dicat sic.

¶ FORMA. Si non ualet testamentum ratione præteritionis, uel exhæredationis, uel alterius solennitatis, ualeat iure codicillorum, & alterius cuiuslibet ultimæ uoluntatis: & rogo omnes mihi uenientes ab intestato, uel succedentes ex testamento, uel aliquo iure, ut hæreditatem meam restituant P. nam hoc casu quilibet tenetur restituere hereditatem per fideicommissum, argumen. C. de fideicom. ex testamento. ff. de lega. 3. si cum fundum detracto tamen debito bonorum subsidio. ¶ † Pone: B. in suo testamento legauit mihi decem: postea condidit secundum testamentum nulla de prædicto legato facta mentione: quæritur, an intelligatur legatum reuocatum, cùm in primo, testamẽto dixerit, Si non ualet iure testamenti, ualeat saltem iure codicillorum, &c. Respon. q. sic, arg. ff. de adimen. leg. si tibi. Argum. contrà ff. de probat. cùm tacitum. sed illud locum habet in tacito legato. de hoc not. ff. si cui plus quàm per leg. Falcid. l. 3. §. pen. [e] ¶ † Sed pone: quidam instituit filium suum impuberem hæredem, & rogauit eum, q. si sine liberis decederet, restitueret P. hæreditatem: & reliquit legata, & adiunxit, q. si non ualeret iure testamenti, saltem ualeret iure codicillorum: decessit impubes testatore uiuente: quæritur, an P. fideicommissarius possit petere hæreditatem à uenientibus ab intestato? & an legata debeantur? Et uidetur, q. possit petere pp prædictam clausulam, ut ff. de uulg. & pup. substi. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de iure codic. l. 3. uidetur enim ad legitimos transisse cum onere, ut C. de cad. tol. l. unica. § in causa. ff. de leg. 2. si Titio. Arg. ꝫ q. à legitimis petere non possit fideicommissarius uniuersalis cùm expiret substitutio pupillaris, & fideicommissaria, si decedat hæres testatore uiuente, ut ff. ad Treb. ille à quo. ff. de admin. tut. tutores. §. 1. Item uideter, q. pupilius fuit personaliter obligatus: unde onus non transit ad legitimos, ut ff. de leg. 2. Celsus. §. fi. ff. de leg. 3. l. j. §. fi. Nec obstant prædicta uerba, quę locum habent in defectu solennitatis, ut in præ. auth. ex causa. in fi. [f] & iunge ꝫ. uer. quid si 22 filius. ¶ † Pone: quidam fecit testamentum, adiecta clausula prædicta, & legata & fideicommissa plura reliquit: eo mortuo natus est posthumus: nunquid illo uiuente legata & fideicommissa peti possunt? de hoc C. de posth. hæred. inst. l. j. §. Sed si duo instituti sunt hæredes, unus purè, alter sub conditione, nunquid purè [g]

ADDITIONES.

a Præmissa. ¶ Lib. 6.

b Codicillum. ¶ Ad intellectum huius ver. & eorum. quæ de clausula statim sequuntur, est sciendum, q. Pil. disputauit quæstionem quæ incipit, quidã pater familias. de illo, qui facto prius solenni testamento, in quo filios hæredes instituit, post tempus uolens codicillari in præsentia septẽ testiũ rogatorum, eosdem filios instituit, dicens in fine, q. uolebat ipsam dispositionẽ iure codicillorũ valere: & si sic non valeret, voluit q. valeret iure testamẽti, & omni iure, quo melius poterat, & primũ testamẽtũ cõfirmauit: quærebat, an hæc dispositio ualeat iure testamenti, uel iure codicillorum? Subtiliter allegat pro. & ꝫ tenet, q. dispositio illa sit testamentum, & non codicillus, cùm habeat solennia testamenti, s. institutionẽ hæredũ, & solẽnem numerũ testium rogatorum, quæ sunt species testamenti, non codicilli, quæ concurrere non possunt quasi ꝫriæ, C. de testam. non cod. eillum. & ibi no. ff. de iure codi. illud. §. tractari. Principaliter autem se fundat i hoc, q. licet institutio facta in codicillis, ualeat interdum, non vt directa, sed trahitur ad fideicommissum. ff. de uer codi. l. 2. §. fi. de leg. 2. codicil. §. Lucius. & sic si scriptura, de qua quæritur, possit esse codicillus, tamen illa. & omnia alia iura id dicentia, oportet intelligi, cùm possibile est directam: codicillarem trahi ad fideicommissariam: quod est, quando diuersi sunt, qui debent fideicõmissum, ab illis quibus debetur: vt quia ueniens ab intestato dẽt restituere instituris, vt in l. 3. & l. conficiuntur. ff. de iure codic. Sed cum in casu proprio sit idem debens, & cui debetur, non est possibile directã trahi ad fideicõmissum. ergo valere debet, quo iure potest, s. directo: & secundum id impossibile est, q. sit codicillus, qui non facit directã: ergo est testamentũ. ff. de iure cod. quod per manus. ff. ad Treb. l. fœuola. Fatetur, q. quibusdam probabiliter prima facie videretur ꝫrium, per l. ult. C. de codic. cum sua gl. & q. testator sic voluit. dicit enim ad iura illa irritum, vt procedat, cum fideicommissum potest esse vtile ex diuersitate personarum debentis & cui debetur: quod quia hoc casu deficit. cùm ijdẽ sint scripti in vtroque, concluditur quud prædixi. & verba illa, Si non valet iure codic. &c. sic intelliguntur, vt sonant, si non valet iure fideicõmissi, ualeat iure directo. Vnde cum hic fideicõmissum deficiat. pp tausam sepius dictam. valebit ergo directo & sic iure testamenti, extra quod hæreditas directo dari non potest. C. de codic. l. 2. Et si dicatur, q. cum plures essent filij instituti, unus alteri ex fideicommisso restituere poterit: hoc nõ procedit in terminis quæstionis. nam cum fuerint pariter instituti, necessarium est fideicommissum inuicem relictum, esse inutile, ff. de leg. 2. l. cum pater. §. pater, qui filio. quare concluditur, quòd ſ.

c Non valeat. Quòd enim dicto Valeat, inspiciat tempus futurũ, patet de elec. quia pp. ver. aliter. de resc. statutum. ver. nullus tñ. & §. cum aliter. de de eo, qui mit. in poss. eum qui. cum fi. Idem si dicat, non valere. facit C. de testa. man. si iure faciat. ff. quib. mo. pig. vel hy. sol. l. fi debitor. in fi. vbi Valere, ponit pro Durare. Vide de hac clausula. Et an obstet copula, cum dicit, volo, q. ualeat iure testamenti, & iure codicillorũ, in qone Ia. de Bel. quam posuit C. de libe. prete. vel exhæred. in solutionibus contrariorum: adde, quòd hæc clausula, Si non valet iure testamenti, ualeat iure codicillorum, non habet locum, quando testamentum deficit propter imperfectam uoluntatem, l. ex ea scriptura. ubi hoc per Bal. ff. de testa.

d Valeat. ¶ Et ne nugatorie fiant apposita.

e §. penultimò. ¶ Ad literam posuit hoc Albe. Gal. de testa. post prin. Nico. notat in sua quæstione, quæ incipit, quidam fecit testamentũ. in qua principaliter quæsuit de ipso hærede instituto in primo, an aliquid in bonis defuncti habere deberet: pro vtraque parte copiose & subtiliter allegauit: tenuit autem, vt ſ. q. nihil habere debeat: fatetur autem, quòd vestigia uoluntatis testatorum sequenda sunt, C. de nec. seruis hære. l. quidam. Item communiter testatores per verba prædicta sibi prouident in causam intestati. ff. de test. milit. miles, qui destinauerat. §. fi. & attende, dum id fit, quod fieri consueuit. ff. de probat. l. 3. & l. fi pactum. in fi. dicit, q. si testator remaneret intestatus, hoc testamento non habente uim testamenti, p uerba prædicta testamentum haberet uim codicilli, & uenientes ab intestato ex codicillari restituerent hereditatẽ instituto. ff. de test. l. ex ea scriptura. de iniust. test. l. posthumus. §. fi. & de testa. milit quærebatur, §. pen. Sed in casu quęsito testator fecit aliud testamentum: & sic primum non valet iure testamenti, nec propter hoc fit testator intestatus. Soluendo dicit, illa uerba in hoc casu nihil operari: & ideo sublato primo testamento per secundum. C. de testa. sanctimus. instituti in primo testamento nihil habebunt. nam, ut dicit, illa verba, Si non ualet, &c. sic prolata intelligenda sunt manente uoluntate testatoris, ut colligitur ff. de leg. 1. l. seruum filij. §. pocula. & Insti. de codici. § non tantum. item remanente in suo statu. ff. de sol. cum quis in prin. & similiter remanente in eodem habitu, in quo erat tempore, quo prolata sunt uerba, ff. de cond. ob caus. l. quòd si unus, sed per secundum testamentum hæc omnia sunt mutata. non ergo in ius codicillorum transire potest: dat casus similes ff. de repud. l. fi. de don. inter uir. & uxor. l. cum hic status. §. fi maritus. & C. eo. tit. res uxoris. Item certum est, dicta & facta consideranda secundum suam causam, ff. de adi. leg. legata inutiliter. de cond. & dem. cum tale. in fi. Absurdum autem esset dicere, hæc uerba dicta fuisse ad impedienda, uel impugnanda sua futura iudicia. Seruetur ergo ultimum, C. de liber. præter. l. maximum circa medium.

f In fi. ¶ Ad literam fuit iste uer. Alber. Gal. de testa. uer. pone. q. 2.

g L. j. ¶ Et hoc Alber. Gal. de testa. uer. pone quæstionem 5. adhuc per Cyn. plenius in l. 2. eo. tit. illius. de posthu.

purè institutus habebit totam hæreditatem, uel medietatem tã-
a tum? de hoc ff. si pars hæred. pet. l. 2. ª ¶ † Sed & ᶜ considerandum
23 est, an vltima voluntas ab initio non tenuerit: vel, an sit mutata
b per aliam posteriorem. super quo vide Insti. quibus mod. test. in-
fir. & C. de codicil. cum proponas. C. de fideicom. lib. clari. ff. de
leg. 3. si in iure. ff. de adi. leg. per totũ. Distingue tamen super hoc
inter genera scripturarũ: nam si vtraque uoluntas est testamen-
tum, valet secundum, & non primum, extra, de celeb. missar. cũ
Marthæ. §. cæterum. C. de testa. omnium. 13. q. 2. vltima. & vide
super hoc, ff. de iniusto rup. test. cùm in secundò. ff. de hær. institt.
pater. ff. ad Trebe. si quis nisi in militis testamento, vt ff. de test.
c mil. quærebatur ᶜ. ¶ † Quid si testator dixit in testamento, ꝙ si
24 faceret secundum, non valeret, nunquid tollitur secundum d?
d Dic, quòd sic - nisi dicat in secundo pœnituisse prioris voluntã-
tis: de hoc ff. de leg. 3. si quis in princip. ff. de leg. 3. si mihi & tibi. §.
fi. Sed quid si in primo testamento dixit, ꝙ non liceret ei pœni-
tere? dic, ꝙ nihilominus poterit pœnitere, si primi dicti exprimat
qualitatem: vt not. l. si mihi §. fin. nam ambulatoria est testatoris
25 voluntas, vt iam dicam. ¶ † Quid si quis iurauerit non venire cõ
tra voluntatem suam, nunquid poterit contrauenire, ꝺ dendo a-
liud testamentum? Et vr ex præmissis, ꝙ sic. non enim potest qs
sibi legem imponere, à qua non liceat resilire, ff. de leg. 3. si quis i
principio testamenti, respon. j. nec libertatem supremi iudicij pt
quis restringere, ff. pro soc. l. cum duobus. §. Pomponius. & §. fi.
in fin. Voluntas enim testatoris ambulatoria est vsque ad extre-
mum exitum vitæ, ff. de adi. leg. l. 4. extra, de cel. miss. cum Mar-
thæ. §. cæterum. & præc. vlt. etiam si pactum interuenerit, ꝙ mu
tari non possit, C. de pact. l. pactum, quod dotali. ff. pro socio l. si
inter fratres. respon. 1. & etiam si primum sit per principem con
firmatum, arg. C. de testa. l. omnium. Vltimum enim testamentũ
morte hominis confirmatur, & immobile perseuerat, C. de sac.
sanct. eccl. l. j. C. de testa. l. quoniam indignum. & testamenti factio
est publici iuris, ff. qui testa. fac. pos. l. 3. & ius publicum, & c. ff. de
pac. ius publicum. Primum testamentum tollitur per secundum:
Instit. qui. mod. testa. infir. Sed nec tenet pactum, ꝙ ꝯ alienum te
stamentum non fiat, C. de pact. de quæstione. ff. de acq. hære.
e quod superstitis. His rationibus moti Legistæ ᵉ dicerent ſm testa
mentum valere, & hæredem in eo institutum debere hæreditatẽ
habere, aliaque in eo contenta valere: quia iuramentum ꝯ leges
præstitum non obligat, ext. de foro compet. si diligenti. C. de le-
gibus non dubium. x. dis. Vide tamen ſm Deum, & in foro eccle
siæ ꝯ puto: nam omne iuramentum seruandum est, quod seruari
ri potest sine interitu salutis æternæ, extra, de iureiur. si verò. ex,
quod mer. cau. cum dilectus. & argu. ad hoc ext. de iureiu. cum ꝓ-
26 tingat. in fin. ¶ † Et redditio iuramenti est de iure naturali, & in
præcepto, 22. q. 1. si pactum. in prin. extra de iureiur. & si Christ⁹.
versus fi. ibi, redde Deo, &c. Vnde nullo modo est infringendũ,
vt 31. q. 7. flagitia. extrà de no. ope. nun. cum ex iniuncto. & de re.
iur. qui scandalizauerit. Idem puto in electione sepulturæ, vt no.
f ꝯ de sepultu. ver. & notaᶠ. Fas enim fuit sibi de rebus suis, quali-
tercunque placuit, disponere. vt. ff. si quis à pa. ma. fu. l. 2. 13. q. 2.
§. sed aliud. Vnde ꝯ ordinationem iuratam sibi non licet venire,
g vt §. ¶ † Quid si primum testamentum fuit generale, vt quia est
27 in eo hæres institutus in omnibus bonis: secundum speciale, quia
est hæres institutus in fundo? Respon. rumpitur primum. sed hæ-
res institutus in vna re, tenetur restituere omnes res, præter fun-
dum, primo hæredi, arg. ff. ad Treb. l. si quis priore. & hoc in paga
no, qui non potest decedere pro parte testatus, & pro parte inte
status: aliud in milite, ff. de testam. milit. quærebatur. secundum
28 Vber. ¶ † Quid si is, qui testamentum fecit, audiens, quòd hæres
mo, tuus est, facit aliud testamentum, dicens: quia intellexi P.
quem primò hæredem instituì, mortuum esse: ideo talem institu
tuo: sed post apparet primum viuere? Respond. primum
testamentum ruptum est: sed primus habebit hæreditatem de
æquitate: præstabit tamen legata in secundo, ff. de hæred. insti-
tut. l. final. Vel dic, primum non rumpi, quia falsus rumor non
debet obesse, vel prodesse, vt probatur & not. ff. de conditio.
& demonstrat. l. falsa. extrà, de eo, qui cog. consang. vxo. siæ, c.
29 super eo. ¶ † Quid si pater habens tres filios, eos instituit heredes
postea faciens aliud testamentum, vnum solum instituit? Respõ.
primum non rumpi per secundum: quia quantum ad institutio-
nem, non valet, cum in eo sit filius præteritus ff. de lib. & posthu.
filius. ff. de vulg. & pup. substi. si quis eum. § j. legata tamen deben
30 tur. C. de lib. præte. auth. ex causa. ¶ † Sed quid si primò fecit te-
stamentum, postea fecit aliud, in quo sibi hæredem sub condi-
tione instituit, nunquid primũ rumpit? Vr, ꝙ nõ, ar. ff. de rescin.
ven. si id. Sed distingue, an sit conditio cõcepta in præsenti t pe,
an ī pterito vel in futuro. si in psenti, vel pterito, aut est vera, &
tunc ruptum est primum, aut nõ, & tunc non rumpitur. Si de fu-
turo, licet illa nunquam existat, quia tamen existere posset, rũpit
mũ, ff. de iniust. rup. & irrit. test. cum in secũdo. ff. de hære. in-
Quid si in primo instituit capaces, in secundo non? Rñ.
primum effectum rumpi, quia non capaces de mero iure sunt
hæredes, licet ab eis, ut ab indignis, hæreditas auferatur, ff. de his,
31 qui. vt ind. cum quidam. ff. de vulg. substi. ex facto. in fi. ¶ † Quid si
prius fecit testamentum solenne, & postea aliud facere cœpit, sed
morte præuentus non comoleuit? Resp primum nõ valet, quã-
tum ad legata, & fideicommissa: quia sola voluntate potuit illa
tollere: sed quantum ad institutionem, bene valet. mero iure, ff.
de le. 3. si iure facto test. cum non denegentur actiones, sed per
sententiam denegabuntur, prout notatur ibi, ff. de adimen. lega.
h ex parte ʰ. ¶ † Quid si aliquis fecit testamentum, & ruptum est p
mediam

ADDITIONES.

a L. 2. ¶ Hæc remissio fuit Albe. Gal. vbi §. gl. ibi ponit opi. Io. ꝙ purè institutus habeat dimidiam: & contrarium Pil. ꝙ interim habeat totum: & has gl. concordat distincta forma verborum instituentis.

b Sed &. ¶ Reassumit verba Vberti.

c Quærebatur. ¶ Secundum Vber. vbi §. & hoc cõtinebat ver. cæterum. infra omnia intermedia ponit auctor sumpta causa ex hoc versic.

d Secundum. ¶ Iste ver. & sequens fuit Alb. Gal. de test. post principium.

e Moti Legistæ. ¶ Hoc tenet Alber. Gal. de test. ve rsic. pone, ꝙ quidam. ibi subdebat, ꝙ secus de iure Lombar. allegat Lombar. libr. 2. de vltimis uoluntat. l. si quis Lõgobardus: sed, vt dicit, illud locum habet, cum fecit traditionem rerum.

f Et not. ¶ Vide, quod circa id ibi dicam.

g Vt §. ¶ Fateor, quòd sine causa contrauenire non licet, & quod id agens periurus est: tenet tamen secundum, vt plenè scripsi in quæstione super regula, quod semel. de re. iur. lib. 6. ¶ Adde, vt per Old cons. 127. Abb. cons. 41. 2. lib. & ver. quid si is, Adde, quid econtrà, si quis facto testamento teneat aliud cum clausula, Cassans & irritans: & facit secundum, in quo instituit mortuum, quem viuere putabat. an primum sit reuocatum? vide Bal. cons. 13. 2. lib. 6. incipit, quidam Lucas.

h Ex parte. ¶ Si primum testamentum testator incidit, vel cancellauit, not. C. de test. l. pen. sed ibi plenius per Cyn. qui distinguit, aut id fecit, quia voluit decedere intestatus, aut quia hæredes reputauit indignos, aut dubitatur: in primis duobus casibus concordat cum glos. in tertio recitat Dy. cõtradicere gloss. ibi in l. proximè. ff. de his, quę in test. delen. in gl. 2. quæ vtro bique tenet in dubio venire fiscum, vt legata debeantur: sed quia hoc est dicere, ꝙ in dubio hęres præsumatur indignus, ideo Dyn. non placet, qui dicens fiscum tunc non venire, nisi hæredes scripti probentur offendisse: sed respondet Acc. quòd tunc cessaret hoc tertium membrum: quia non esset dubium. Audiui dominum meum ibi tenentem in dubio glossam verã, quando non sunt filij: si enim essent filij, excluderent fiscum, vt in præ. l. proximè. ver. sed in re dubia. & ff. vnde lib. l. scripto in fin. Multa membra habet distinctio Cy. ibi vide. Plus tamen placet. in casu dubij sic distinguere, an actus inducens rescissionem testamenti, respiciat vniformiter totum testamentum, quo ad institutionem, & legata: vt quia totum incidit, vel totum cancellauit: & tunc succedunt venientes ab intestato: vt in præ. l. pen. & ff. si tab. test. nullæ extab. l. 1. §. penul. Nec dicit potest propter conseruationem legatorum locum esse fisco, vt dixit gloss. ex quo nec legata debentur, quæ solui esset contra uoluntatem testatoris. Ad primum, ff. de his, quę in testamento delen. l. 1. §. sed consulto. Ad secundum, ff. de dol. exce. apud Celsum. §. præterea. & C. de fideicom. l. fideicommissum. Constat etiam, facilius adimi legatum, quam institutionem: patet ff. de adi. lega. l. ex parte. Si autem actus rescindens, solum respicit institutionem hæredum vnius, uel plurium, vt quia illa sola cancellauit: patet, quòd noluit in totum decedere intestatus. imò voluit legata deberi, ff. de milita. testamen. l. tribus. §. j. & sic non potest esse locus venientibus ab intestato: quia sic legata non deberentur: cuius contrarium voluit incidens, secundum dictum gloss. vt soluantur legata, veniat fiscus. Aliquibus videtur, quòd hæredes ab intestato adibunt: & nihilominus debebuntur legata ex voluntate testatoris: quia reseruata institutis, aut indignis, & non habentibus extremam voluntatem defuncti, auferetur hæreditas. ff. de vulg. & pup. substi. ex facto. §. Iulius Longinus. Prius dictis obstat ff. de his, qui. vt indig. l. cum tabulis. §. fi. & de his. quę in test. delen. proximè. ibi, sententia autem Imperatoris, &c. nam. in his erat actus totum testamentum concernens: & cum locus est fisco contra id, quod primò dixit, respondetur, quòd in nulla illarum legum stetit in finibus incisionis, sed processit ad alium actum, qui prioris causam declarauit, quia subduxit nomen hæredis: ex quo actu apparet, quare inciderat, scilicet propter odium hæredis, vnius, vel plurium, & non legatariorum: & propter id legata debentur, propter quæ soluenda locus est fisco: probatur hęc ratio. ff. de his, quæ in test. delen. l. 2. & l. penul. in fin. declarat enim hic actus sequens præcedentem: sic ff. de manu. test. l. testamento suo. sicut & verbum sequens arctat & declarat præcedens. ff. de verbor. signif. l. seruus. & l. si cum tibi. Adhuc opponitur de l. fina. ff. de his, quæ in test. delen. vbi testamentum fuit cancellatum: & tamen fisco, vel hæredibus ab intestato non est locus, nisi hæredes ab intestato probent voluntatem defuncti. Sed ratio ibi est: quia non dicitur testamentum incisum, vbi adhuc vnum est integrum, & originale, ff. de bo. poss. secundum tabul. l. 1. §. si quis in duobus, & quemad. test. aper. l. antep. Sed fuit quæstio de facto: quidam solenniter testatus, post aliquod tempus vocato quodam scriptore, fecit per eum scribi, quod tunc voluit, alios instituendo hęredes, addendo, minuendo. & in multis alterando, quod prius fecerat: & hæc coram duobus fine scriptore facta sunt, ordinauitque cum illis, ꝙ illa schedula scripta daretur certo notario, per quem confici posset instrumentum, adhibito numero testium: antequàm hoc fieret, mortuus est: secundus hæres se opponit primo, allegans iura, quæ dicunt vltimam voluntatem seruandam,
quæ

quæ sunt no .de celeb.miſ.cum Marthæ.ver.vel vtamur.allegat ēt l. diuus Pius ff.de testa.mil.qui ēt habetur Inſt.e.tit.§.planè.& de testa. cum esses. & c relatum.Sed fuit ꝑium iudicatum ea ratione,quia illa ſcriptura, dato quòd verè esset sic probata,non fuit testamentum,sed quædam dispositio ad testandum.datur simile de diffinitiua sentētia,quæ primo scribitur, vt de scripto feratur:quæ ſcriptura non est sententia,sed dispositio ad illā, C.de sent.ex breuic.recit.l.2.de re iudi.c.ult.lib.6.& congruè arguitur de sententia ad testamentum,quod etiam dicitur sententia,C.qui testam.fac. poſſ.hac consultissima.§.at cum humana facit,ff.de manumiſ.l. seruus hac lege.Parauit igitur iſte ſe ad testandum,ff.de testam.ſi is qui. Illa ergo talis dispositio,etiam ſi Imperator nominatus esset in illa, non tolleret primum testamentum,C.de testa.l.nolumus.apertè casus diffinit l. ex ea ſcriptura.ff.de test.& de leg.3.l.ſideicommiſſa.§.1.ubi patet,& not. ꝙ etiam ſi notarius illa ſcripſisset,& non legisset,non esset testamentum.Decret. alle. non obstat,quia ibi testes probant testamentum , hic ſolum paramentum ad id.facit ext.de eo,qui mit.in poſ.c.1.& quod ibi no. Item termini quæſtionis ponunt aliud testamentum prius ſolenniter factum, de cuius reſcriptione tractatur,quod in illis iuribus non erat:facit.C.de testa. h ac consultiſſima.§.ex imperfecto.iuncto §.ſi.ipſius legis . Sic etiam respondetur ad decret.ut de succeſſ.ab inteſtato.Adde primò,quantum ad q. Spe. Oldrad. consi.119.& adde etiam,quid ſi primum testamentum fuit ſolenne : ſecundum verò minus ſoleane,ratione præſcriptionis:an primum,quo ad institutionem,mero iure ualidum remaneat:de hoc per Pet. de Anchar. consi. 143.& 204.ſed illud est Ange.quod etiam inter conſilia ipſius inuenies numero 183.ubi pulchrè de ueritate huius uer. quo uerò ad additionem Io. And.eam uide per Oldr.consi.164.incip.circa materiam.

a mediam[a] capitis diminutionem ? puta quia teſtator ſe dedit in
b arrogationem:& poſtea ſui iuris effectus vult, [b] quod valeat teſtamentum,quòd prius fecerat?Reſpondeo,valet,quaſi videat iudicium retrogreſſus,quod ante fecerat,ff.de bo.poſ. ſecūdum
c tabul.l.2.[c]vel fortè illud additum est a Compilatoribus noui iu-
d ris,ſm Vber. [d]¶Quid ſi mulier filium vulgò conceptum in minus ſolenni teſtamento inſtituit? vī,ꝙ valeat:quia ſemper mater certa est.Inſtitut.de ſucce. cog. vulgò. ¶ Quid ſi pater naturalis in non perfecto teſtamento reliquit vnciam, vel dimidiam ? & vī,ꝙ poſſit,C.de confir.tut l.fi.C.de natural.lib.l.2. & l. humani tatis.¶Quid ſi filius in minus ſolenni teſtamēto inſtituit patrē? Vī valere,C.de inoff.teſt.nam & ſi.Sed dic ꝺ arg.ff.de leg.& ſen.
33 conſ.quod verò.¶††Sed cùm deductio Falcidiæ ceſſet in relictis ad pias cauſas,vt.C.ad legem Falcid.auth.ſimiliter. & in alijs caſibus,qui no.C.eo.ti.l.in teſtamento.& ſecundum Inno.ext. de teſta.cap.tua nobis.nunquid erit idem in Trebellianica? Vī ꝙ nō, vt ff.ad leg.Falcid.l.1.§.ad municipum.ſi enim conditor legis de Trebellianica,ſicut de Falcidia,voluiſſet hoc,& in hac vt in illa, ſtatuiſſet,vt ext.de deci.ad audientiam.& quod non est expreſſè ſancitum,& c.vt extra,de tranſlat.c.2.§.ſed neque illud. 31.q.1, ꝙ ſi dormierit ff.de publician.l.de pretio. Arg.ꝺ in auth. de eccl. tit.§.ſi autem hæres.vbi dicitur,omni Falcidia vacante, Trebellianica ſub nomine Falcidiæ continetur,vt not.in Summa Azo. de hæred.& Falcid.vnde dicendo , Omni Falcidia ,nullam excipit.extra,de maio.& obed.ſolitæ.prope finem : & vī expreſſum in d.§.ſi autem hæres.ſi coniungas cum illo §.illum, ſi quis in nomine Dei.ibi præcedentem.vbi dicitur , hæreditarem , vel legatum . Præterea cum non poſſit probabilis ratio diuerſitatis aſſignari,quare aliud ſit in Falcidia,quam in Trebellianica, idem ius erit inter pretariuè ſeruandum:nam de ſimilibus idem debet eſſe iudicium,vt C ad leg.Falci.l.fi.C.de cadu.tol.l.vnica. §. ſed vt manifeſtetur ext.de reſcr.inter cæteras.ext.de conſti. tranſlato. j.q.j.quod quidam.ff.ad leg. Aquil.l.illud. & l. quæſitum , & vī
e etiam caſus dec.Ioannes,Frange panem[e].vbi hoc no.& C.de epiſcop.& cler.ſi quis ad declinandam.in multis locis & gloſſis eiuſdem l.1.& in præd.aut h.ſimiliter,per quæ iura fuit pro hac parte iudicatum:quamuis quidam tunc reſponderint, ꝙ ideo in præd. decre. Ioannes . & in l.ſi quis ad.non deducitur Trebellianica: quia non erat ibi,qui eam deducere poſſet : porrò legitima iure naturæ debita tunc ſemper deducitur,arg extra,de teſta. Raynutius & not.in præd.l.ſi quis ad.in prin.& in præd. authen. ſimili-
f ter.quamuis ꝺ not.in præd.decret.Ioannes.& malè [f].¶ Quid ſi Deus directè inſtitutus est , ſed hæreditas est propter legata exhauſta?dic,ꝙ poterit ipſe Deus.ſiue executor , deducere quartā
34 Falcidiam,ſiue quuis alius.¶††Item ſcias quòd de his quæ teſtator præcepit reſtitui de illicitè acquiſitis,niſi il est diminuendum, vel deducendum prætextu alicuius impoſitionis poſt obitum teſtatoris,vel etiam ante ipſo in lecto ægritudinis iacente , in fraudem ſibi factæ,fortè ab aliqua vniuerſitate pro debitis , ſeu quibuſcunque negotijs ipſius vniuerſitatis , aut alias iuxta libitum voluntatis:& contrafacientes per cenſuram eccleſiaſticam compelluntur. Hæc leguntur in conſtit. Alex 1111.de teſta.quia nō-
g nulli[g].¶††Cæterum [h] ſi vtraque ſcriptura est codicillus poſſunt
35 omnes valere,ſi ſibi non ſint contrarie prorſus,poteſt enim quis
h plures codicillos facere:nec vnus tollitur per alium,niſi ſint contrarij:nec est neceſſe eos ſignari,vel teſtes ſubſcribere. ff. de iure codicil.diuus §.codicillos.& C.eo.cum proponas.& Inſti. eo.ti. ſecus autem in teſtamento:quia per poſterius tollitur prius,vt dixi.Si verò vna est testamentum,& alia codicillus , vtraque poteſt valere,& vtraque etiam deficere,ex eadem cauſa,Inſt.de codicil.in fi.ff.de iure codicil.ante tabulas.& l.ab inteſtato. Porrò volentem vtranque ſcripturam reijcere , cautum eſſe oportet. nam licet poſterior voluntas ita demum rumpat primam ipſo iure,ſi fuerit valida & ſolennis,vt ff.de vulg.& pup. ſubſt.ſi quis enim.in fi. ita ſæpe ſecunda inualida facit exceptionem obſtare priori,vt C.de teſt.hac ꝑſultiſſima.§ pen.& C.ad Syl. hr̄ditatis ff. de acq.hr̄d.l. Cladius.ff.de leg. 3. ſi iure.ff.de adi.leg.ex parte.ff. de his, quib.vt īdig.cū quidā.ff.ſi tab.teſt.l.j.§.ſi hæres. Pōt tū ex aduerſo replicari:frater , non competit tibi exceptio . ff.de teſt. milit.l.militis.codicil.ff.de bo.poſ.ſecund. tab.l.penul.§. primo.
36 ¶††Quid ſi duo teſtamenta producuntur, quæ eodem tempore & die facta eſſe videntur:in vno continetur, quòd A. inſtitutus
i est in alio,quòd B?de hoc C.de edic.diui Adri tol.l. edicto[i]. Vt autem caute præmiſſas impugnationes euites, ſic forma teſtamēti tum:& primò breuem formam teſtamenti ponamus.
k FORMA[k].A filius quondam B.per gratiam Ieſu Chriſti ſanus mente,licet languens corpore,ſuarum rerum & bonorum omnium diſpoſitionem per præſens nuncupatiuum teſtamentum ſine ſcriptis hoc modo fecit:In primis quidem de bonis ſuis reliquit decem B.pro anima ſua:de quibus dari voluit & mandauit tantum tali eccleſiæ.Item tali tantum,& c.De reſiduo vero expēdi & diſtribui iuſſit hoc modo,&c.& alias,prout vtilius pro ipſius anima commiſſario infraſcripto viſum fuerit expedire:quē quidem commiſſarium ſuum ad predicta omnia & ſingula exequenda eſſe voluit T.Præterea de alijs bonis reliquit iure legati D.eius nepoti tantum.Inſuper C.eius vxori reliquit dotes ſuas, quæ fuerunt tantum . Item de bonis ſuis reliquit eidem tantum iure legati In omnibus autem alijs bonis ſuis mobilibus & immobilibus,iuribus,& actionibus,tam præſentibus,quàm futuris,H. eius filium heredem inſtituit.Et hanc ſuam vltimā , &c.vt in ſequenti forma ad fin.vſque vltimæ voluntatis.

Vt autem in his plenius inſtruaris.formam teſtamenti,conditiones & diſpoſitiones varias teſtatoris continentis ſubijciamus hoc modo.

¶FORMA.P.per gratiā Ieſu Chriſti ſanus mēte, licet æger corpore. Vel ſic:Sanus mēte ac corpore,volēs peregrinari pro ſuccurſu terræ ſanctæ,mare trāſire deſiderās , dū in membris vigor viget corporis,& ratio regit mentem,quam ſiquidem rationem

ſæpe

ADDITIONES.

a Per mediam. ¶ Exemplum,quod ſequitur,est de minima.Inſt.de ca. di.§. minima.

b Vult.¶ Declarando id codicillo,uel literis,dicit tex.ſtatim allegatus:& gl. ibi tenet.ꝙ illæ literæ habere debent quinque teſtes.

c L.2. ¶ Concor.l.qui ex liberis.§.2.& habetur idem Inſtit.quib. mod. teſt. infir.§ alio.& §.ſeq.Item neſcio,quare obſcurius loquutus fuerit auctor,q̄ tex.illius legis,qui ſic iacet:uoluntas,quæ defecerat,ruſticо redeunte redijſſe intelligitur: & ſic etiam poſuit Azo in Summa de teſtamen.3.col.uerſ. ſic autem.

d Secundum Vber. ¶ Extra opus in opere enim , de quo in proœmio , hoc non dicit.hoc dico,quia laboraui,ſi hoc eius dictum habere potuiſſem : ſcire autem poteris mentem eius dicti per not.C.de inoff.teſt. omnimodo.in fi.2.gl.& if eo.ti.ſi non mortis.in princ.Quædam enim,quæ de iure Digeſtorum non erant,ſed de iure Codicis, quandoque per ultimos Digeſtorum compoſitores in illis fuerunt inſerta. Vult ergo dicere , quòd cum de iure ciuili teſtamentum tale non ualeret,& ualeret de iure prætorio,illo ponderato ſic ibi addiderunt Compilatores,ſicut de iure repletionis dicunt glo. prædictæ:ſed multum differunt hi caſus,nec inueni in hoc caſu aliquem uſum his uerbis.cum de iure prætorio plenus ſit liber Digeſtorum.

e Panem. ¶ Quam non habemus;ſed de illa formata fuit dec.ſi pater. de teſtam.lib.6.ubi de hoc in gl.ergo quia,& uide.quod ſuper ea ſcripſi.& quod ſcripſit.Iac.de Bel.in auth.de hære.& Fal.§.ſi uerò expreſſim.
ADDE ultra ea,quæ habentur per Doct.in l.Marcellus. ff. ad Treb. & in d.l.ſi quis ad declinandam.ꝙ cōis opinio est illa,ꝙ ceſſat Trebellianica,ſicut Falcidia,ut per Bar.conſ.5.& 58.Bal.conſ.6.& 88.2.libr.& conſ. 69.3. lib.Ang.conſ.41.& conſ.158.Pau.de Caſt.conſ.133.& 182.& 225.& 250. & 217.Abb.conſ.31.2.uol.& 58.1.uol.Ro.conſi.60.& 276.& 85.& 239.& 206.ubi dicit,ꝙ ubi eſſet dubium,an per mortem primi commiſſarij,ꝙ hæreditas eſſet reſtituēda pio loco,quòd tunc detrahitur Trebellianica: & tamen de relictis ad pias cauſas poſit detrahi Trebellianica,tenet Oldrad. conſi.248.in fi.

f Et male. ¶ Ignoro,quis ibi hoc notauerit: tamen ſi loquebantur de directa ſubſtitutione facta pupillo,uerum dicebant illo moriente intra pubertatem,ut patet in præ.decre.ſi pater.

g Nonnulli. ¶ Quam hodie non habemus in 6.& ſic nec pro dec. habenda est.ut in eius proœ.in fi.

h Cæterum. ¶ Reaſſumit.

i L.edicto. ¶ Vide,quod de hoc ſcripſi de reſcrip.cap.duobus.libr.6.ſuper 1.gloſ.

k FORMA. ¶ Hæc forma & ſequens cum primo exordio.fuerunt Roland. parte 8.in prin.quædam tamen addit autor.in fi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

sæpe adeo languor obnubilat, vt non solum tempotalium rerũ, verumetiam suiipsius cogat ipsa languoris vehemẽtia obliuiſci conditionis humanæ ineuitabile desiderans debitum, peruenire res, & bona sua, &c. Vel sic.

¶FORMA. Dum corpus sanitate viget, mens interiori in semet ipsa collecta pleniori vtitur ratione, quia non cogitur id cogita re quod dolet. Vnde tunc vltimæ iudicium voluntatis, in quo tranquillæ mentis rationis vsus exigitur, salubrius prouidetur. Qua propter P. corpore sanus, ac mente compos, rerum suarum dispositionem per præsens, &c. Vel sic:

¶FORMA. Suprema hominum iudicia, quibus & animæ suffragijs, & temporalis curæ patrimonijs post vitæ præsentis exitum prouidetur, etiam languente corpore, dum tamen in mente posideatur ratio, legitimè disponuntur. Hinc est, quia A. licet æger corpore, mentis tamen suæ compos, bonorum tamen suorum dispositionem per præsens, &c. Vel sic:

FORMA. Licet incerta mortis hora semper debeat in prudentis animo esse suspecta, corporis tamen imminente languore, ipsius plus naturaliter formidatur euentus: idcirco A. æger corpore, &c. per præsens nuncupatiuum testamentum sine scriptis disposuit in hunc modum: In primis quidem disposuit, voluit & mandauit, omnia à se recepta & habita per vsurariam prauitatẽ aut rapinam, aut aliam quamcumque illiciram & indebitam exactionem, seu retentionem, restitui, & solui de bonis suis, vsque ad integram satisfactionem, illis, à quibus cum apparuerit habuisse, pro his soluendis & restituendis omnia bona sua obnoxia & obligata relinquens. Item pro anima sua, & parentum suorũ, reliquit de bonis suis centum libras: de quibus dari præcepit ecclesiæ pàrochiali decem libras pro restitutione decimarum, & iurium subtractorum. Item operi talis ecclesiæ quinque solidos. Item cuilibet hospitali, & cuilibet loco religioso ciuitatis quinque solidos. Item pro sepultura tantum, &c. Ad hæc omnia & singula exequenda & complenda esse voluit, & disposuit cõmissarios suos, & huius testamenti executores, T. & M. eius vxorẽ, & rectorem talis ecclesiæ, qui pro tempore fuerit, dans eis, & mãdans, & cuilibet eorum plenam licẽtiam & omnimodam ac liberam potestatem, vt sine ꝯdictione hæredis eius, aut alterius cuiuscunque personæ, possit sua auctoritate, de quibuscunque bonis ipsius testatoris voluerit auctoritate sua, accipere, vẽdere, tradere, alienare & obligare pro prædictis restitutionibus faciendis, & dictis legatis pro anima soluendis, & pro prædictis omnibus, & singulis exequendis, vt dictũ est: & si contingeret aliquẽ, vel aliquos dictorum cõmissariorũ suorũ præmori eidem testatori, aut mori ante executionem omniũ præmissorũ, alij, vel a-
a lius, nihilominus prędicta omnia & singula exequantur[a]: vel si voluerint alium eligant loco eius. Liceat quoque eis agere, & facere procuratorem & actorem, qui ꝯ hæredes meos agat, ad omnia, quæ dicta sunt, exequenda: & ad pœnam testamenti perendam, & damna, & expensas à meis hæredibus exigendas: & quibuscunque per eos, vel eorum alterum, vt dictum est, fuerit assignatum, & obligatum: ego res meas omnes illis ex nunc obligo iure hypothecę, id est, pignoris, vt eas possint in iudicio petere & habere. ex tunc enim mando, & facio, ꝙ ipsi faciendum mandabunt: vel dicatur, vt ĵ. § prox. ver. notandum quoq; Item de bonis suis reliquit iure legati, tantum. Item tali tiñ. Item M. vxori suæ reliquit dotes suas, quæ fuerunt ducentæ libræ: & insuper legauit seu reliquit ei de bonis suis xx. lib. iure legati, & tota mobilia sua, s. lectos, scrinia, & omnes pannos lineos & laneos, quibus vteretur tempore obitus testatoris. Præterea legauit eidẽ, voluitq; & disposuit, ꝙ ipsa sit in domo pro hæreditate sua domina & v-
b sufructuaria[b], quandiu vixerit, & vidualem & honestam vitam in ipsa domo seruauerit, dotes & legatum in iudicio non petierit, & victum & vestitum habeat honorificè: onera quoque personalia, si eam infirmari contingeret, & etiam patrimonialia, q̃ contingerent suam dotem pro collationibus, vel aliquibus publicis muneribus, de mea hæreditate soluãtur. Si autem filij mei se de ipsa non bene portarent, & ipsa vellet recedere ab eis, tantum habeat de bonis meis. Si verò aliam vitam elegerit, voluit eam solum habere dotes prædictas & legatum prædictum, scilicet ipsarum xx. librarum, & mobilia s̃ dicta. Item A. eius filiam sibi hæredem instituit in centum libras, quas eam hebere voluit, cum nupserit, vel religionem intrauerit, & insuper in decem libras: iubens eam, & volens his esse contentam de bonis suis. Item H. filiam suã, vel ea prædmortua, liberos eius superstites instituit in eo, quod sibi, vel pro ea dedit nomine dotis, q̃n nupsit. Insup reliquit eidem nomine benedictionis, vel augmenti decẽ libras: his volens & iubens eam esse contentam. Vel sic: & iubens eam pro parte & falcidia meorum bonorum esse ptentam, arg. C. de inoff. testa. auth. non licet. Item dicunt quidam, non sufficere, si filia instituatur in dote. Vnde dicunt sic esse dicendum: Filiam meam in centum libras, quas habuit in dotem, & insuper in cen-
tum solidos hæredem instituo: quia ex quo in aliquo etiam vilissimo instituitur, computabit dotem in legitima, infrà versic. sed super. In omnibus autem alijs bonis suis corporalibus & incorporalibus, mobilibus, immobilibus, iuribus & actionibus, tam pẽsentibus, quàm futuris, G. & C. eius filios sibi æqualibus portionibus hæredes instituit. Quòd si cõtigerit ipsum ex dicta M. aut ex quacunq; alia legitima eius vxore, ex tunc filios habere puenientes in lucem, posthumos, aut medio tpe natos, si masculus vel masculi fuerint, ipsum, vel ipsos cum prædictis G. & C. vel altero, qui supertuixerit, æqualib. portionibus hęredes instituit: si ãt fœmina vna, uel plures, ipsam, uel quamlibet earum sibi in centum libras Turonenses hæredem instituit. Vel sic: Et si dicta M. eius uxor, prægnans esset, & pareret filium unũ, uel plures posthumos aut medio tempore natos ad lucẽ puenientes, si masculus, uel masculi fuerint, &c. ut iam dixi. Et hoc ultimũ uel locũ habere specialiter, qñ proximus suspicatur obitus testatoris. Si uerò aliqua dictarum filiarum, tam natarum, quàm nascendarum, quam etiam posthumarum aliquando uel intra tale tempus decesserint sine filijs, substituit ei pupillariter & uulgariter, & p fideicommissum superstites filios masculos, uel eorũ filios in stirpes, & non in capita. Et si aliquis filiorum suorum masculorũ, tã natorum, quàm nasciturorum, uel etiam posthumorum aliqñ, uel intra 25. annum suę ætatis decederet sine liberis, uel intra pupillarem ætatem, substituit ei pupillariter & uulgariter, & per fideicommissum superstites filios masculos, uel eorum filios instirpes, & non in capita: ꝙ si masculi, uel eorum filij non fuerint, alias fœminas, uel eorum filios in stirpes, & non in capita. Item si omnes, tam masculi, quàm fœminæ, non extantibus, uel remanẽtibus aliquibus ex eis filijs, decesserint, eo casu iussit, & uoluit de bonis suis fieri hoc & hoc. Præterea uoluit & disposuit, ꝙ nõ obstantibus omnibus præmissis substitutionibus, possit quilibet filiorum suorum, aut filiarum suarum testari, ac disponere de eo, quod sibi relictum est, aut de eo, quod ad ipsum spectabit ex hæreditate prædicta, usque in quantitatem quinquaginta librarum in falcidia sibi debita computandam. Itẽ uoluit, disposuit & mãdauit, ꝙ prædicti filij sui masculi simul & cõiter habitent, & ad diuisionem non perueniant, usque quo omnes compleuerint. 25 annum suæ ętatis: quod si non fecerint, aut si quis eorũ alios ad diuisionem prouocauerit, uel requisierit, priuetur: & eum ipse testator priuauit quarta, uel dimidia, uel tanta quantitate ex sua parte dictæ hæreditatis: quam dimidiam, uel quãtitatem deuolui & peruenire uoluit ad cæteros, uel ad talem ecclesiam. Itẽ præcepit, quòd turris, uel domus talis à nullo liberorum suorũ possit extra familiam alienari eorundem: alioquin seruantes uoluntatem eius in suis partibus partem alienatã uendicent à quolibet possessore. Item uoluit & disposuit, ꝙ dicti eius filij uendere non possint de bonis immobilibus huius hæreditatis, quousq; exegerint 20. annum, uel tale tempus ætatis suæ: ꝙ si ꝯ fecerint, uoluit, ꝙ fiat hoc & hoc. Tutores autem filiorum suorum, tam natorum, quàm nasciturorum pupillorum, esse uoluit talem & talem. Quod si euidens necessitas, uel utilitas fuerit, cum talium consilio propinquorum possint de bonis uendere & permutare sine decreto, absoluens eos, & liberans à ratione administrationis reddenda, & ipsam eis remittens. In fine autem sic dices. Et hanc suam ultimam uoluntatem esse uoluit, quam ualere uoluit iure testamenti: ꝙ si iure testamenti non ualebit, ualeat saltem iure codicillorum, uel cuiuslibet alterius ultimæ uoluntatis. Vel dic, ut s̃. §. prox. uer. item & uide. & seq. Et uoluit hoc testamentum nuncupatiuum. seu hanc ultimam uoluntatem, omnibus alijs eius testamentis, uel ultimis uoluntatibus hinc retrò factis pualere: uel tam factis, quàm faciendis de cætero prævalere, &c. secundum quod in his uerbis disponet testator. Et quicunq; suorum hæredum, uel legatariorum & fideicommissariorum contra hanc suam uoluntatem fecerit, uel eam nõ obseruauerit, uel extra iudicium uiolenter, uel in iudicio cõtentiosè insisterit, uoluit, ꝙ sit bonorum suorum expers: & quicquid illi reliquerit teneatur per fideicommissum restituere illi, quem sua uiolentia, uel cõtentiosè iudicialiter fatigauerit, siue fuerint pauperes, siue alij, fatigati: & quilibet legatarius, uel fideicommissarius pro pauperibus habeat actionem, si fuerint fatigati. Et sic pater, ꝙ testator põt grauare hẽdes in eo, ꝙ uult, nisi solum in debito bonorũ subsidio, & pœnã adijcere, ut ex de testa. Raynaldus. prope fin. &
37 c. Raynutius. prope fi. ¶ † Si autem is, qui aliquem tenetur instituere, ex causa ingratitudinis illum exhæredare uelit, ita dicet:

FORMA.

ADDITIONES.

a Exequantur. ¶ Quod sequitur usque ibi, item de bonis. addidit autor. & principium non uidetur procedere per ea, quæ scripsi de procura. c. 1. §. 1. super ult. glo. eius, lib. 6. Et hic adde, quod habes in forma, quæ est ĵ. §. pxi. uersi. notandum, & uide, quod ibi dixi super princ. & in fine ipsius formæ, & super duobus uer. seq.

b Vsufructuaria. ¶ De his uerbis uide, quod no. ĵ. qui fil. sint leg. §. 1. uer. quid si quis ita dixerit. & ibi dicam, quid, si legat lectum fulcitum.

FORMA. Insuper H. eius filium, quia manus atroces impiè injecit in eum, vel mortem sibi per poculum veneni parauit, omninò exhæredauit, & ab omni substantia & hæreditate sua constituit alienum: B. verò sibi hæredem instituit. Si autem noluit eũ exhæredare, nec instituere, sed præterire, cautam tamen inserendo sic dicet: Præterea H. filiam suam, vel neptem, neque instituit, neque exhæredauit: quia cum eam honestè maritare voluisset, ipsa luxuriari prælegit: B. verò hæredem instituit. Et talis p̃teritio à patre, vel a matre, vel ab aliquo ascendentium, siue ex parte patris, siue ex parte matris, cum causa facta, pro exhæredatione habetur [a]. Hoc tñ nota, q̃ si mulier pupillarem facit substitutionem vel etiam masculus, qui non habet liberos in potestate, non valet, ff. de vulga. & pupilla. substi. l. 2. [b] ff. de alimen. & cib. lega. l. alimenta. ¶ †Sed super forma præcedẽti quæritur, an pater possit filiam in dote hæredem instituere [c]? Et vr̃ q̃ non [d]: quia dos est proprium patrimonium mulieris, vt. ff. de mino. denique. §. sed vtrum. in fi. [e] & i suo patrimonio nemo potest instituj, Institu. de legat. §. sed scire. Item dos non est, nec inuenit ī bonis patris ff. de collat. bonorum, si filius. & ff. ad legem Falcid. pater filiam. & absc̃essit à bonis patris, ff. de collat. bon. l. fi. Resp. dic q̃ [f]: & sic de generali cõsuetudine seruatur, arg. C. de rei vxo. actio. l. vnica. §. cautione. versi. quo à nobis. vbi dicitur, q̃ dos potest in legitimam imputari, & C. de inof. testam. quoniam no uella: & hoc olim, & etiam hodie. nam quæcunque olim cõputabantur, dum tamen aliquid, etiam modicum, relinquatur iure institutionis, vt in auth. Col. 8. vt cum de appe. cognoſc. §. cęterũ & in nouella, in tit. quæ sunt iustæ causæ exhæredationis, §. nn. C. de inof. testa. quoniam. Et quod dr̃, q̃ est proprium, intellige scilicet & quasi. vt in præd. l. de rei vxor. actio. §. & hic ex rei. vbi dicit, quasi proprium. Nam si prius pater obierit, reuertetur dos ad filiam: q̃ si merum patrimonium esset, nõ reuerteretur de bonis patris ad eam. & sic intelligitur in ea. l. §. ad hoc. Item dicitur quasi proprium patrimonium, propter id, quod habes eodem tit. authen. sed quamuis. & ad hoc facit ff. de solu. qui hominem. §. & si gener. Pater ergo dum viuit, habet dominium dotis: & rectè in ea filiam instituit: si in ea sit minus legitima, fiet suppletio, vt in prædic. auth. sed quamuis [g]. ¶ Veruntamen præmissus ordo non vbique seruatur in testamentis. alicubi nanque statim post proœmium scribitur hæredis institutio: eo quòd ipsa dicit caput & initium testamenti: deinde ad legata, & similia procedit [h]. Sed primus modus Bononiæ seruatur, & bene [h]: arg. C. de test. ambiguitates. Veruntamen non refert, vtrum primò leget, 39 & postea hæres instituatur, vt Instit. de legat. §. ante. ¶ †Ad huius autem materiæ clariorem doctrinam scire debes [i], q̃ testamẽtum, aliud priuatum, aliud solenne, scilicet in scriptis: item priuatum aliud sit sine scriptis, aliud sine aliqua scriptura sub testium præsentia. Testamentum priuatum sine scriptis, dr̃ illud, quod fit sine solennitate à iure inuenta, vt patet in præmissis formis: & tale dr̃ nuncupatiuum, qñ videlicet coram septem testibus & tabellione testator suam voluntatem, & hæredis institutionem, & alia quę in testamento ordinantur, nuncupat, siue declarat & exprimit. sic ponitur de consec. distin. 4. prope fin. nec alia solet nitas adhibetur, quamuis illa per tabellionem redigantur in scriptis. Dicitur ergo sine scriptis. id est, sine solennitate: Institu. de testa. §. fi. C. eo. hac consultissima. §. per nuncupationem. Sine scriptura autem sic fit testamentum nuncupatiuum. nam si tabellio haberi non potest, testator vocet testes septem in ciuitate: in villa verò quinque, si plures nequit habere: & coram eis disponat suam voluntatem & ordinationem: hæredem nominet & instituat, legata exprimat, & illos testes roget. hæc probantur C. de testa. l. fi. & l. hac consultissima. & l. publicati. Mortuo itaque testatore is, qui ex testamento ius habet, volens huiusmodi testamentum probare, adibit iudicem, & hoc coram eo proponet: ip se verò vocatis hæredibus legatarijs & fideicommissarijs, vel propinquis, qui habent ab intestato succedere, siue venerint, siue non, recipiet testes ad notitiam testamenti, & ad perpetuam memoriam: vt extrà de testibus. c. significauit. & c. Albericus. & quilibet testis iuratus sigillatim interrogabitur de nomine, prænomine, ætate, conditione, & mentis sobrietate testatoris: de verbis, quibus vsus est in testando: de hæredis institutione, & de anno, die & loco, & de præsentibus, & de alijs. Quo facto dicta eorum coram iudice, & alijs septem testibus prædictis ad hoc vocatis, qui ius habebunt, recitabuntur, & sententialiter pronunciabitur eaque ex tunc pro plena ipsius testamenti probatione haberi: notarius aũt in membrana, appositis annis Dñi, & cæteris publicationibus, attestationes ipsas, item iudicis pronunciationẽ, & presentiã vel citationẽ prædictorũ ordinatè scribet: & demum supponet illorũ septẽ testium nomina recitationi & pronunciationi iudicis adhibitorum, & hæc omnia in publicam & authenticam rediget formam [k]. Veruntamen, secundum M. de Fa. vocatis præmissis, & etiã eis, qui forte in alio testamento instituti dñr, ante hmõi pronũciationẽ iudex faciet testes receptos publicari hoc modo: Dicet. n. notarius: Anno, mẽse, die talibus, tales coram tali iudice proposuerũt, se velle probare per testes adæternam

ADDITIONES.

g Sancimus. ¶ Per illam legem cõiter tenetur ꝓrium: cum illa requirat diuersis tẽporibus illas fieri, vt censeantur diuerſæ, ſ. ſi quis aũt per diuerſa tempora. q̃ ibi placuit Iaco. de Are. dicenti, ꝙ cum plura exigantur, vno deficiente, totum deficit. ff. de diuor. l. fi. de iti. actiq; priua. l. 3. §. deinde. bene facit ff. de nau. fœn. l. nihil. §. quod in ſingulos. & ideo Si. Vin. & Gui. de Suz. in l. ſancimus. ibi: idem ponit Cy. hoc uide ĩ. de don. §. j. ver. quid ſi aliquis dat. & vide. quod ſuper eo dixi de diuerſis donationib. factis in fraudem legis: & quid ſi vna facta pluribus accedit ADDE Old. conſ. 254. Ro. pulchre conſ. 305. Bal. conſ. 50. & 408. 2. lib.

h Subſcribat. ¶ Hęc ſubſcriptio donantis & iudicis non est in vſu de forma etiam insinuationis Doctores varie loquuntur. quidã. n. ſunt dicentes, ꝙ insinuatio est præexiſtentis donationis in ſcripturã redactæ apud ꝓpetẽte iudicem facta publicatio: & eius actoritate in publica monimenta, vel acta facta redactio, ut perpetuo & facilior ſit veritatis probatio: & hoc voluit auctor in præcedentibus verbis dicere: & pro his facit C. de dona. in hac, in auth. vt frat. filij, §. illud. Collat. 5. & ea. Col. vt nulli iudi. §. & hoc peruenit. & de defen. ciui. §. non habente. Col. 3. Et dicunt iſti nõ esſe nouũ, ꝙ actus per vnum celebratus, pro ſui vltima perfectione apud aliũ duplicet, C. de adop. l. 2. & tit. ſeq. de eman. lib. l. iubemus. arg. C. de his, qui ven. ęta. impe. l. 2. Patet hoc idem in memorialibus ciuitatis Bononiæ, apud quę ẽctus factus repetit, alias certã ſummã excedẽs, non ualeret: ſed aliis nõ quærunt hanc duplicationẽ: ſm quos pro ſolenni insinuatione ſufficit, ꝙ de donatione facta ſit ſcriptura apud cõpetentẽ iudicẽ publicata, ut notat Azo in Summa de dona. §. licet aũt. Goff. in Sum. eo. tit. §. itẽ requirit. & Hoſt. in Sum. §. quæ donatio. pro hoc facit C. de do. l. in donationibus. & qd no. in cle. de ſum. tri. in 3. gl. & hoc apud nos ſeruaſ: qa vnico ẽctu fit donatio corã iudice auctorizante: & dĩ insinuata. Sed primi dicunt, ꝙ hoc reſiſtit cauſis, ꝓ quas insinuatio fuit inuenta: quas dicunt has. vt inter donationẽ & insinuationẽ ꝓsit donans deliberare, an ſibi expediat per insinuationẽ cõfirmare donationẽ. bene facit in auth. de appel. & intra quę tẽpora. vltra prin. ver. vt liceat. & quod ibi not. Coll 4. & vt iteratio actus oſtendat mẽtis perdurationẽ facit C. de plus petit. l. vna. & ex, eo. tit. c. vnico: & vt tollatur deceptionis ſuſpicio, C. ad Velle. l. ſi mulier. 2. & occurratur falſis ꝓbationibus. C. de dona. data. Sed ſecundo ad primas duas rõnes rñdere poſſunt, illas procedere, ſi inter illa duo neceſſariũ esſet certi tẽporis interuallum: quod nõ est: & sic in inſtanti illa duo diuiſim fieri poſſent: & sic ceſſant cauſæ. Ad tertiã & quartã non expedit rñdere, quæ concurrunt, ẽt ſi vnicus actus fuit. Sed quia dictũ est, ꝙ corã cõpetenti iudice fieri dẽt insinuatio, quæritur, quis erit iudex cõpetens. an perſonarũ, an rerum donatarum, an neuter ſponte aditus? De primis non dubitatur, ſed sic de vltimo. Et, vt me expediã, eo casu ſequerer opinionẽ primorum, vt primo fieret ẽctus, ſi ille iudex ſit cõpetens, adeatur pro insinuatione fienda: facit ff. de iudi. hęres a bſens. §. j. de foro comp. c. fi. & c. Romana. §. ſ. hentes li. 6. Et q̃ non ſit neceſſarius iudex rerum. patet C. de dona. data. in fi. & l. in hac. in prin. ad idem. C. de ꝓtrahend. empt. l. j. Faciunt aduocati in his, & ſimilibus. confici inſtrumenta de domicilio ibi electo, vel de iuriſdictionis prorogatione. Prima placet. Viſo de iudice, quæro de tempore. an ſcilicet diferiato ob honorem Dei fieri poſsit insinuatio? tenetur, quod ſic: cum hoc non requirat causæ cognitionem, & ſit iuriſdictionis voluntarię, C. de feriis, l. actus. & faciunt not. ſ. de feriis, §. 2. verſi. porro. & per Hoſtie. in Summa de feriis, §. 3. verſi. ſed quæ pertinent. facit ff. quis ord. in bon. poſſ. ſer. l. 2. §. dies. Seruatur etiam, quod ſæpe in loco priuato fiunt tales insinuationes: iudici propter ætatem, vel ſexum declinantem ad locum talem. facit ff. de interog. act. l. voluit prætor. in fin. Et vt ibi not. non obſtat ff. de iuſt. & iure, l. penult. in fin. quæ loquitur in illo actu, quo requiritur plena cauſæ cognitio: quo casu ſedere debet, vbi ius reddere conſueuit, vt ibi. Vltimo ſciendum, id quod de insinuatione dicitur, habere casus exceptos quos uide per Hoſtien. in præd. §. quæ donatio. in Sum. de donat. inter quos est donatio, quæ fit per principem: etiam priuatæ perſonæ: vel principi per priuatum, ut C. eo. ſancimus. & authen. ibi poſita Illę enim non ſubiiciuntur legib. nec quantum ad insinuationem, vt ibi: nec quantum ad perſonarum capacitatem. C. de donat. inter vir. & vxor. l. penult. Multis autem vr, ꝙ cũ hodie reges in regnis ſuis de facto vicem imperatoris obtineant, idẽ ſit in illis dicendum: & eo amplius in his, q ñ recoguoſcũt Imperiũ: uide, qd ſcripſi de ver. ſig. ſup quibuſdã. ſup ver. regnũ. & extr. de re iu. cũ te. in gl. magna, uerſ. ſed nunqd reges. ADDE, qd ſit insinuatio, Pau. de Caſ. ſ. 309. Old. cuius ꝓdicta aũt verba cõſ. 254. licet Io. An. diſcrepet ab eius opi. apud quę iudicẽ dẽt fieri insinuatio: & opi. Io. An. ſequit Imo. in l. Modeſtinus. ff. de do. & ibi vide Bar. Insinuatio aũt ꝓt fieri ex interuallo, ſm Ro. ſ. 215. & Ang. ſ. 179. Et ꝙ donatio facta in præſentia principis, ſicut præceps, non egeat insinuatione, tenet Bal. conſi. 303. 1. lib. Et ꝙ donatio regum non ſubiaceat insinationi, poſuit Old. conſi. 221.

de forma donationis cã mortis diximus, cõsequens est, vt inst fm
a donationis inter viuos formemus[a]: cuius forma hæc erit:
b ¶ FORMA[b]. Titius dedit, tradidit & donauit purè, liberè, simplr inter viuos, ac irrenocabiliter, perpetuo, ꝓprio iure P. ꝓ se suisq; hrdibus recipienti domũ talẽ in tali loco sitam, cuius ꝓfines sunt tales, ad habendũ, tenendũ: & possidendũ: & quicqd sibi, & suis hæred. deinceps placuerit: ꝓpetuo faciendũ, cũ oĩb. & singulis, quæ intra ꝓdictos confines, uel alios, si qui forent continent, accessibus: & egressibus, vsq; ad viã publicã, & cum oĩb. & singulis, quæ habet ꝑ se, vel ꝯ. seu intra se & ex, omniq; iure & actione, vsu seu requisitione, sibi ex ea, uel pro ea re, aut ipsi rei modo aliquo pertinẽte q̃ rẽ idẽ T. se dicti P. præcario noĩe ꝓstituit possidere, donec ipsius rei possessionẽ acceperit corporalẽ: q̃ quidẽ accipiendi auctoritate sua, & retinendi deinceps, ei omnimodã & liberã licentiã dedit: ꝓmittens ꝓ se, suisq; hrdibus dicto P. pro se suisq; hrdibus stipulanti ꝓmissam donationẽ, & oĩa & singula ꝑ scripta perpetuo rata, grata & firma habere, tenere, & nõ ꝯ facere, vl venire p se, vl p aliũ, aliqua cã, uel ingenio, de iure, vel de facto: nec ipsam donationẽ ingratitudine, vel cã aliqua reuocare, sub pœna centũ librarũ Turonensium stipulatione promissa ac refectione damnorũ & expensarũ litis & ex: & obligatione omniũ bonorũ suorũ: qua pœna soluta, uel nõ, ꝓdicta
c oĩa & singula firma perdurẽt[c]. Et hæc forma, ꝑbat Instit. de donat. & ff. eo. l. j. in princ. & C. eo p totũ, ex, eo. c. fi. & C. de reuoc. don. l. fi. Vel dic, vt ꝑ. ver. donatio. Inst fm vero cessiõis ex cã donationis factæ, vide ꝑ. de cession. action. §. secundo, ver. si vero. Itẽ Inst fm donationis in solutũ, vide ꝯ. in tract. libel. de solut. §. j. uer.
d sed & si res[d]. Itẽ formã donationis, quã facit de oĩb. bonis suis is, qui monasteriũ ingredit, vide ꝯ. de regul. & transeun. ad relig.
6 versi. hic quoqꝫ. ¶ † Et nota[e], q̃ si donator se obligat ad defen-
e sionẽ rei donatæ, illud ẽt scribendũ est. Donatores tñ nolunt se multis conditionibus, seu obligationib. implicari: imõ valde decet donatariũ ad hoc niti. † Itẽ not. q̃ donationes vltra summã
7 quingẽtorũ aureorũ, fieri debent cũ insinuatione, id est cum decreto iudicis: alias non valent, vt C. de dona. si qs argentum. nisi
f fiant ad pios vsus, vt C. de sacro sanc. eccle. illud[f]. in auth. de non
g alienan. aut permu. § . si minus[g].

ADDITIONES.

a Formemus. ¶ Tale fuit ꝑ. prox. sed ibi nõ dabat vsus fructus: no. aũt Accur. C. de donat. cã mor. l. fi. q̃ in dubio præsumitur donatio inter viuos: quod intellexit. Pil. q. 123. etiam si dicat: pro remedio animæ in donatione: vide Host. vbi §. 1. versi. 1.

b FORMA. ¶ Rolan. parte i. circa medium.

c Perdurent. ¶ Hucusque Roland.

d Si res. ¶ Bene est primus §. in tractatu de solutionibus, sed respectu rubricæ est secundus.

e Et nota. ¶ Secundum Roland.

f Illud. ¶ Lex illa vult ꝓriũ: & vide, qd ibi not. Pil. q. 123. tenet, donationẽ factã ecclesiæ, vel religioso loco sine insinuatione, tenere, licet excedat. Et rõnẽ sumit ex §. statim all. nam si differunt imperium, & sacerdotiũ, & imperio sine insinuatione donatur, vt ibi, & in auth. vt non fiant pignorat. §. j. & quę paria sunt, paria iura desiderant, C. de const. pecu. l. fi. ff. de pecu. In bonę fidei. & l. quoties. §. fin. ergo idem in sacerdotio. ADDE Pauluni de Cast. consi. 32. & 103. idem tenentem.

g Minus. ¶ De præd. l. si quis. & l. sancimus. dubitatur. an s. his legibus, q̃ insinuatione ꝓcipiunt: renũciare possit donans. Guido de Suzar. in l. pe. C. de don. & in l. illud. C. de sac. sanc. eccle. tenet. q̃ sic, d immodo exprimant leges hoc prohibentes, cũ legũ austeritas pactis litiganti mitiget, C. de temp. appel. l. vlti. in fi. ff. de rẽdi. edic. querit. §. fi venditor. facit C. de pact. si qs in ꝓscribẽdo. ff. de pact. l. pacisci. & q̃d no. ff. de do. l. fideiussori. Simõ Vncẽ. in L. sancimus C. de don. & Cy. e. ti. l. pe. in fi. tenet ꝓriũ, q̃d mihi placet: cũ legi prohibenti renũciari nõ possit, vt in re dotali, & minoris: & donatione inter ꝯuges, vel similibus: ne prohibitũ vna via, ꝓcedat alia, de reg. iur. cũ quid vna. lib. 6. Itẽ ius illud est publicũ vtilitate, ne p metũ, uel fraudẽ donantes gratiter lędant: q̃ duo corã iudice cessare ꝓsumunt, C. de his, qui per met. iud. l. j. ff. qd me. cã, l. fi. & Reipublicę expedit, ne qs re sua malè vtat, Instit. de his, q̃ sui, vel alie. iur. sunt. §. sed hoc. maxime, q̃a donare est perdere. ff. de dona. l. filiusfamilias. Hanc partẽ tenuit Iac. de Bel. in sue q̃. v. exẽ lecturas, quæ tractat de donatione facta nepoti ꝑ auiam. Inducit, q̃ insinuatio respicit ẽt fauorẽ donatarii, in auth. ut fratrũ filij, §. illud. C. de donat. l. dona. & l. data. in fi. Tñ fatetur, q̃ ẽt ꝑcurrens renũciatio nõ tueret. Sed qd si renuncians iurauit nõ ꝙuenire, & de ẽm isione insinuationis nõ opponere? & fm opi. Gui. de qua §. nõ est quæstio, cũ ꝑ eam teneat renũciatio sine iuro. Procedit ergo quæstio fm ꝓriã, de qua dixi: & q̃ cum iuro teneat, facit auth. sacramenta. C. si aduer. ven. & qd ibi no. in 3 gl. & decre. cũ ꝓtingat. de iureiur. & e. tit. quẽadmodũ. in fi. & c. licet. li. 6, & c. j. de pact. q̃is. Ad idẽ facit q̃a donatio sine insinuatione nõ est penitus inimica iuris: qd ꝑ patet: q̃a tenet ꝯ. legitimã summã, ut in l. sancimus. C. de do. Ad ꝓriũ facit quod no. in §. item sacramenta, in vlt. feud. tit. de pac. iura. firmand. in 3. glo. in prin. Itẽ cũ donare sit perdere, vt §. dixi, patens est læsio. Sed huic rndebit ꝑ regulam, scienti. cũ ꝑcord. lib. 6. p qd, vbi præsitũ sit nõ dolo, vi, uel metu, vt seruandũ. p prima iura. Hoc aũt certũ est. q̃ renũciatio q̃ fieret de l. si vnquã, C. de reuoc. don. ẽt cũ iuro nõ teneret. Ratio, q̃a nõ est lex illa in fauorẽ inducta donantis & renunciantis, sed in fauorem filiorũ. C. vt in pos. leg. l. 2. & pen. & qd ibi no. & ff. ad l. Fal. qd de bonis. in fi. Sed quid si debebas mihi mille aureos, quos tibi sine insinuatione remisi, faciendo pactũ de non petendo? Vt, q̃ nõ valeat, cũ sit donatio, pactũ remittere, ut probat lex j. ff. de transact. vel falsẽ donationi similis: & sic idẽ ẽt esse iudicium, ff. de legi. nõ possunt. Ad ꝓriũ: q̃a suæ rei quisque est moderator & arbiter, nisi in quantũ prohibitus reperit, C. mand. in rẽ mandata. C. de Iudæis, nemo est eius. de ꝯhen. emp. licet dudũ. Albe. Pap. in pręd. l. j. dicit, multũ referre inter directũ & obl. quum: allegat ff. de negest. soluendo. de sol. l. solutionẽ. pro ignorante, p p. qd tenet tale pactũ nalere: alle. ẽt C. de appel. l. fi. ff. de autor. tu. l. j. §. j. & de li. l. g. l. si quis duos. bene facit ex de his, q̃ fiunt a præla. cũ apostolica. ad fi. Fuit ẽt alia quæstio de facto: Duo fratres habentes bona paterna, & acquisita, ꝑcũ tale inter se fecerunt: quia eorũ quisq; donauit alteri oĩa bona paterna. aut superuiuens, vel eius liberi. haberent oĩa illa bona decedentis sine liberis: mortuo vno sine liberis, & sic existente conditione, opponebat super siti ꝑ cũ illũ fuisse donationis: & sic nõ valuisse: q̃a nõ fuerat eius facta insinuatio, cũ bona illa paterna excederent quantitatẽ insinuatione taxatã: ad qd allegabat, ẽt ipsos fratres verbo donationis vsos fuisse in ꝑctu: ergo sic sensisse videnti, ff. de supel. leg. l. Labeo. Pro hac parte inducebat l. donari. ff. de reg. iur. ubi dicit illud donari, quod nullo iure cogente peditur: & hoc fuit tale: ergo, &c. Contrariũ fuit iudicatũ p. l. licet. C. de pactis. & qd ibi no. & p l. j. ff. de donat. Cũ enim hoc quisq; fratrũ cõmodũ ꝓsequi posset. & ad hoc teneabatur: ergo non est donatio, fed est promissio quædã ex honesta cã facta, ne patrimoniũ trãsiret in extraneos, ut in ꝓd. l. j. sicut nec dr, q̃ remunerationis cã datur, eod. tit. l. Aquilius. Nec vr ex testõ capere is, qui tñ erogatus est: quã tum recepit. ff. de lega. j. l. ciuitatibus. §. fi. Pone casum: Cum testator fundũ valentẽ centũ mihi legauit, si centũ dedero. Non obstat, quod de donatione illorũ fratrũ dictum fuit. f. q̃ donabant: q̃a veritatẽ, quę naturaliter inest rei, nominatio non immutat. ẽt si papalis sit. patet in cle. de sent. excom. c. vlt. 2. respon. vbi pcord. patet id ff. de castren. pecu. si forte. cõcor. If locza. si vno. alias. si insulã. in prin. & de rescrip. ver. si insulã. & vide, qd no. ex de verb. sig. ꝓpterea. Ad l. donari. rndet, q̃ nõ intendit omne id donatũ intelligi, quod ius dare non cogit: q̃a fm id sequeret, q̃ oẽs ꝑctus: q̃ sunt voluntarij, essent donationes: facit C. de iu. deli. nec emere. C. de act. & oblig. l. licet. Intelligenda est igitur regula priuatiue, vt id nõ sit donatio: ad qd cogit necessitas, ff. de adimen. leg. rem legatã in fi. & de leg. 2. vnũ ex familia. §. j. Vltimo nota, q̃ autor hic & bis ꝑ. in forma declarat, quo intelligit solidũ: de quo loquitur ꝯ. de don. ver. q dsi aliquis. & de quo in legibus, si qs argentum. & sancimus. superius alleg. s. p aureo. cõcor. Accur. C. de ser. fug. l. quicunq; in gl. 2. quorũ. 87. faciunt libram auri, C. de suscept. & arca. l. quoties h. x. vide Vber. de Bo. in d. l. sancimus. reprehendit illos, qui recipiunt solidũ, prout recipit in cõi pro 12. donariis: ꝓ quibus facit Lombar. l. 2. de quantitate solidorũ, p totũ, & qd no. B. de Iudæ. c. fin. in 3. gl. fm quod vsq; ad 25. lib. mnnetæ localis poterit donatio fieri sine insinuatione. & ultra non. Et hoc ẽt secutus fuit iudex Montispulzani in Tuscia, qui donationem factã ad trecentas libras reuocauit, in quantũ excedebat 25 libras: quem reprehendit Rof. dicens, ipsũ non Iurisꝑtã, licet de brodio iuris gustasset, hoc aũt no. in libel. si quis ius dic. non obtemp. ver. sed illud quæritur. Cy. bis alle. Rof. sed non ibi ideo appositi: concordat, qd scripsi & probaui post Vincen. & Gofr. super ipsa 3. gl. decre. vlt. de Iudæ. qd omnino videas, Parum tñ est vtilis in Italia taxatio legis: & ideo p statuta ciuitatũ prouisum est longe minoris quantitatis. vnde in ciuitate Bononię vltra quinquaginta li. Bononien. quæ ualent parum vltra 35. florenos, & qnq; minus, requiritur insinuatio. ADDE, q̃ Oldra consi. 173. incip. quis hæres tenet insinationi renunciari non posse, nec l. si vnq;. C. de reuoc. don. de quo ẽt Rom. consi. 269. dicit, cum iuro non posse renunciari. Bald. ẽt consi. 441. 2. lib. tenet illam reuocari, licet sit facta ecclesiæ purè: quia nunq; monasterium habetur loco filij, nisi illud ille sit ingressus. Et q̃ insinuationi non possit renunciari tenet Bal consi. 97. 3. lib. & q̃ etiam cum iuro non possit renunciari, tenet Bal. consi. 99. 3 lib. Ang. consi. 94. Paul. de Cast. cõsil. 100. & 105. Abbas uero conh. 10. tenet contrarium, & Fede. consi. 191. An autem pactum liberatorium de non petendo, egeat insinuatione: Ang. consi. 77. tenet, q̃ sic, & Bal. consi. 478. 4. lib. Et q̃ donatio uicissim facta nõ egeat insinuatione, tenet Old. consil. 139. Ang. consil. 149. Rom. consil. 36. ubi pulchre, etiam si non sint coniuncti. Tenet etiam ibi, quod non sit reuocata per superuenientiam filiorum.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non instituitur in codicillo.*
2 *Codicillus factus ab illo, qui facere non potest, an sit validus.*
3 *Codicillus an possit fieri nullo facto testamento, aut post factum testamentum.*
4 *Codicillus ante conditum testamentum, vel nullo condito, qua forma fieri debeat.*
5 *Codicillus an per alium codicillum, vel testamentum rumpatur.*
6 *Codicillus post testamentum faciendus, qua forma fieri debeat.*
7 *In testamento facto post codicillum, debet fieri mentio de codicillo præcedenti.*

1 §. Viso de impugnatione testamenti, aliqua etiam de codicillo dicamus: & licet ꝑ. §. compendiose. in pleriſque locis de hoc dixerimus, aliqua tamen specialiter hic tangamus. Potest autem fieri & nuncupatiue, & in scriptis,
a prout de testamento scriptum est ꝑ. §. vt autem[a]. ¶ † Opponitur
1 ergo ꝑ codicillũ, q̃ in eo enacuat taliter testũ: quod esse non potest, quin hæres institutus intestõ semp remaneat. in codicil-
lo enim

ADDITIO.

a Autem. ¶ Versi. ad huius autem.

loenim non instituit hæres, Instit. de hæred. inst. in prin. quia in eo hæreditas nec datur, nec adimitur, nec confirmatur, nec aliquis exhæredatur, nec substituitur, C. de cod. l. 2. Inst. e. §. codicillis & §. dire &c. ff. de iure cod. l. 2 § fi. Si tñ testator dixerit, vnũ ex hæredib. nõ mereri voluntatẽ suã auferetur hereditas, ut indigno. C. de his qui. ut indi. hære. auf. hereditas. Sed & priuilegio militari ꝓt in
2 codicillo hęres institui, ff. de test. mil. codicil. ¶ †Itẽ opponit, ꝙ est factus ab eo, qui facere non põt: puta à furioso, C. de codicil. l. 2. § furiosus. Et bñ, qui põt, uel non põt testari, põt uel non potest codicillari, ff. de iur. codicil. diuus §. pe quod dic. ut s. §. cõpendiosè uersi. primo ergo Differunt tñ in hoc testũ & codicillus. nam libertas relicta filiofamilias in codicillo, valet, si in eo manumissus obierit: secus si in testõ ff. de leg. 3. l. j. §. si filiusa-
a milias[a]. Itẽ in alio: quia põt quis plures codicillos facere, nec est sibi necessaria subscriptio: sed non plura testamenta, ut in d. § cõ-
b pendiosè uer. cæterũ. b ¶ †Hoc tñ scias, ꝙ põr fieri codicillus nullo facto testõ, & ẽt post factũ testũ: licet Papa dixerit factũ ante testũ non valere, nisi in testõ confirmet, ff. de iure codicil. si qs
c eum. l. ante tabulas. & Insti. de testa. Io. tñ de Deo dicit[c], opinionem Papæ nalere, ff. m canones, ff. m quos vltimũ testũ tollit a-
lis præcedentes voluntates. Sed hoc dictũ ratione caret: vnde dic, ut in p. d. § cæterũ. & seq. Itẽ de clausula illa, Quod si nõ ua
4 let iure testi, &c. dixi s. §. cõpendiosè uer. itẽ uide. Itẽ in codicillis quinq; testes sufficiunt non rogati, ut in eod. §. uersi. 3. ¶ †Si igitur codicillus sit ante conditũ testũ uel nullo condito, ut ff.
d de codicil. l. 3. in prin. Inst. eod. §. non tñ. eius forma erit hæc[d]: ¶ FORMA. T. per Dei gratiã sanus mente ac corpore: uel mente sanus, licet æger corpore, præsentibus codicillis vltimũ uelle suum de bonis suis disposuit in hũc modũ: In primis quidẽ pro anima sua reliquit de bonis suis 10. lib. Tur. de quibus dari voluit tali ecclesiæ tñ. & tali homini tñ. &c. & hæc exequi & fieri voluit p tales, quos suos uoluit esse cõmissarios, seu suæ uoluntatis executores, ext. de testa. c. Ioanes. Itẽ legauit, seu iure legati reliquit de bonis suis suis 20. lib. Itẽ uxori reliquit dotes suas, q̃ fuerunt centũ lib. Itẽ legauit eis de bonis suis quinquaginta. Itẽ illum, u el illos, ad quẽ, uel quos hæreditas sua ex testõ, uel ab intestato spectabat, rogauit per fideicõmissum, ut ipsam hæreditatẽ, uel talẽ partẽ eius, siue talẽ rem ipsius hæreditatis, quã primum poterit, uel quã primum ipsam hæreditatẽ adierit, uel si decesserit sine liberis, restituat tali. Et hanc suam vltimã uoluntatem asserit esse uelle: q̃ ualere uoluit iure codicillorũ: ꝙ si iure codicillorum non ualeat, ualeat quocunq; alio iure ualere potest melius; & tenere: nolens hanc suam uoluntatẽ p aliquam aliã, uel per aliud testũ, quod fecit, uel fecerit, infirmari, nisi expresse de singulis superioribus legatis reuocandis faceret mentionẽ, ponendo in specie, non in genere nomina & species eorũ: & qui
5 cunq; suorũ hæredum, vel legatariorũ q̃ hos codicillos in iudicio, uel ex uenerit iussit, quicquid ei reliquerit, totum illis legatariis restituat, quos iussus fuerit impendere. ¶ †Et not. ꝙ tutius est relinquere p codicillos, quam p testũ, nisi forte quis velit instituere hæredẽ, quod in eis fieri non potest: sed si in eis quis possit rogari, restituat p fideicommissum, ut dixi. Codicillus enim p alium codicillum, uel testamentũ non rumpitur, nisi expresse, ut dixi: testamentum vero per aliud tollitur, ut s. §. compendiosè.
6 uer. sed & considerandum. ¶ †Cæterum si codicillus fit post te-
e stamentum, hæc erit forma[e]:

¶ FORMA. Cum P. super bonorum suorũ dispositione nuncupatiuum sine scriptis fecerit testũ manu mea, uel talis notarii scriptum, idem P. quia circa quędã, quę in ipso testõ continentur uoluntatem mutauit, quam quidem licet vsque ad finalẽ uitæ exitum non mutare præsentibus codicillis testamentũ prędictum obtinere iussit plenissimam firmitatem hoc tñ mutato ꝙ his codicillis illas x. libras Tur. quas in eodem testamento talilegauerat, ademit. & subtraxit eidem. Itẽ tali reliquit de bonis suis iure legati talẽ domũ, uel rem, &c. & hãc suã vltimã uoluntatẽ, &c. ut s. & potest fideicõmittere, ut in præ forma. Vel sic: FORMA. Ego B. memini me fecisse testũ scriptũ manu talis notarii: quod testamentum approbo & confirmo: saluo, qđ in hoc meo codicillo dispono. Relinquo enim L. filio meo naturali talem domum, & tali amico meo talem syluam. Legatum autẽ, quod tali reliqui, ei adimo: tutores datos talibus aliis meis, & uentri, a reddenda ratione futelę absoluo, eos analogistas, id est liberos ab hoc esse uolo: quo casu non tenet de culpa, uel negligentia, sed de dolo, ff. de admi tut. quidam decedens. & do filiis meis licentiam, si necesse fuerit, alienandi non obstante fideicommisso: alias impedirent alienare, nisi hoc diceret. C. communia de leg. anth res quæ. Hunc autem codicillum ab omni hæreditate, qui mihi ex testõ uel, ab intestato extiterit, seruari præcipio. Dic super hoc, ut ff. de codicil. conficiuntur. in prin. Eum uero, qui contra fecerit, si nisi ex bonorum meorum participatione cadere: secundum M. de Fa. f ¶ †Et not. ꝙ quod in testamento facto codicillum, fieri debet mentio de præcedenti codicillo: & econtra ut in præd. forma. Quandoque uero fit codicillus post factum testamentum, & pro alium, uel alios codicillos. nam plures abuna persona fieri possunt: & tunc fieri debet mentio tam de testamento præceden; quam de codicillo, uel codicillis.

ADDITIONES.

a Filiusfami. ¶ Mihi non dicit hoc le illa, sed dicit fideicommissum filiofamilias, vel seruo in codicillo relictam confirmatur, si postea manumissus in eadem voluntate decedat: &, ut ibi dicit glo. illud Manumissus, ponitur proprie, quo ad seruum: improprie, quo ad filium: &, ut hic sequitur: secus in testamento, & patens fuisse error auctoris, si miscuisset seruum filio, ut facit j. Io. etiam de Deo verlatim dicam, male recepit verba legis de filiofamilias, de seruo non facias mentionem.

b Cæterum. ¶ Vide supra. de testi. §. 1. ed. versicul. item quod est mulier. & versi. seq.

c Dicit. ¶ Cauil. lib. 1. sub rub. de codicillis.

d Hęc. ¶ Rolan. usque ibi, uolens. parte. charta ultima.

e FORMA. ¶ Rolan. ubi s.

f M. de Fa. ¶ Vbi de testamentis, mihi carta 8.

g Et no. ¶ Ponit uerba Rolan. ubi s. & udet contradicere, ei quod dixi s. e. uersi. hoc tamen scias. nisi dicas, quod aliud sit Mentionem facere, de quo hic loquitur: & aliud, Confirmare, de quo ibi.

SVMMARIVM.

1 *Confessio tutoris extra ius, vel extra inuentarium, qua confitetur plus esse in bonis minoris, quam sit, an preiudicet veritati.*
2 *Inuentario an sit standum in præiudicium tertij.*
3 *Tutor testamentarius an contra inuentarium sit audiendus.*
4 *Tutor & curator quando, & qualiter possint de bonis pupilli, uel adulti, aliquid attingere.*
5 *Tutor an gratia inuentarij possit aliquid de bonis pupilli attingere.*
6 *Incaute factum habetur pro infecto.*
7 *Tutor, aut curator an inuentario facto teneatur super rebus postea pupillo delatis inuentarium facere.*
8 *Tutor an eo ipso, quod fecit inuentarium, dici possit quo ad hoc, gessisse.*
Hæreditate adita a pupillo, statim ad eum transit dominium.
9 *Inuentarij forma quæ esse debeat.*
10 *Curatores generales de omnibus rebus etiam adulti, surdi, muti, &c. qua forma debeant inuentarium facere.*
11 *Instrumentum tutoris rationem administrationis reddentis, quomodo cõfici debeat.*
12 *Orphanotrophi, seu hospitalarij, sunt quasi tutores pupillorum seu curatores adultorum.*
13 *Prælatus facere debet inuentarium de bonis ecclesiæ, quæ in eius ingressu, seu electione inueniuntur.*
14 *Pater an debeat inuentarium facere de bonis aduentitiis filij, in quibus habet vsumfructum.*
15 *Inuentario hæredis quæ exigantur.*
16 *Suus hæres, qui non fecit inuentarium, an detrahit quartam debitam iure naturæ.*
17 *Suus hęres soluens vni legatum an amodo nihilominus habebit beneficiũ inuentarij.*
18 *Hærede inuentarium non faciente, an illud facere possit fideicõmissarius.*
19 *Instrumentum sui hæredis ab hæreditate abstinentis, quale esse debeat.*
20 *Abstinere & immiscere, est suorum hęredum: repudiare autem & adire, extraneorum.*
21 *In inuentarij confectione quæ sunt attendenda.*
22 *Hærede scribi faciente in inuentario aliquas res, quas credebat hęreditarias, an comperto errore possit fieri renouatio.*
23 *Inuentarij fides tanta esse dicitur, vt ex eo possint debitores conueniri.*
24 *Inuentarij forma quę esse debeat.*

¶ Inuentarium quibus modis impugnari possit.

16. §. Dicto de impugnatione testamenti, & codicilli, dicendum restat de inuentariis. Et scias, ꝙ quintuplex est inuentariũ, scilicet tutoris seu curatoris, orpha-
a notropni[a], prælati, hęredis, & fisci[b]: de quorũ quolibet prose-
b quamur. De inuẽtario tutoris & curatoris habes C. de admin ist.
c tut. curatores. Contra quod obiici potest[c], ꝙ tarde factum est. debet enim tutor, vel curator facere inuentarium mox, cum factus est

ADDITIONES.

a Orphanotrophi. ¶ j. remittit de inuentario executoris inter hos duos

b Fisci. ¶ De inuentario creditorum loquitur lex s. ff. de bo. auct. iud. poss.

c Potest. ¶ Secundum Vber. de Bob. cuius fuit hoc principium, ubi de tutore tractat, mihi charta 10.

ctus est: id est, quã citius potest fie, ut in præd leg. tutores. Itẽ quod in cautelã factũ est: vnde p̃ invẽto dẽt haberi ff. de auctor. tut. l. 2. C. ad Syllan l. fin. in fi ff. de is quæ in test. del. l. j. cẽ de iure pat quod autẽ. Itẽ q̃ nõ ꝓtinet ãd res pupilli: maxime si non
a continet eam, de qua agitur, uti præd. l. fi. ad Syllan. [a] Item q̃ non continet obuentus, nec prouentus, neq; res supeueniẽtes, C. de curat. fur. l. fin. vltra medium. Item quod non continet totum tenorẽ instrumentorum pupillarium ff. de adminis. tut. chirographis. C. de episc. ad. de creationibus. Item quod non est legitimus tutor, uel curtor. quę dic, ut ꝫ. de tut. & cu-
1 rat. ¶ †Et nota, q̃ si tutor, ex in, vel ex inuentariõ ꝓfiteat plus esse in bonis minoris, quam sit non præiudicat talis confessio veritati. secus si in inuentario si confessus, C. arb. tut. veteris. Et sic statur inuentario publicè confecto ꝫ tutorẽ, vel curatorem: non ꝫ pupillum, vel adultum. Et ratio, quia fides ei adhibenda est ꝫ se, vt ff. de inter. act. de ętate. §. 1. ꝫ. versi. quid si hæres fecit.
2 ¶ †Sed nunquid in præiudicium tertii stabitur inuentario? videt q̃ sic. arg. ff. de adminis. tut. chrographis. Sed illud est ita intelligendum, si totius instrumeni debiti tenor in inuentario continetur. tunc enim standum est inuentario & probat contra ter
b tium, ut in præd. l. [b] Quid si tutor velit ꝫ inuentarium ꝓbare? dic, audiendum, C. de probat. cum precibus. C. si quis alteri, vel sib. l. cum propria. Vel dic, in fauorem minoris, & propter auctori-
3 tatem inuentarii non audiri, nisi velit errorẽ ostendere. ¶ †Quid
c non vt audiendus, arg. C. ad Velleia antiquæ. § j. [c] Item quid si
d posuit multa instrumenta debitorum, quæ post facta [d] sunt inania: quia forte debitores probuerunt solutionem? vt imputan-
e dum tutori, p̃ præd. l. veteris. [e] Ideo caute agit, si sic, facit inuentarium scribi: quæ instrumenta, nescio, si sint inania, necne. se-
4 cundum Vber. ¶ †Tutor autem & curator nil de bonis pupilli, vel adulti debent attingere, nec vllam communionem in eis uẽ dicare, nisi prius inuentario legitime facto, res eis fuerint tradi-
f tæ: & hoc, nisi testator inuentarium conscribi vetuerit. [f] aliquin si inuentarium non facit, & remoueatur, vt suspectus punit, & infamis efficit. vt C. arb. tu. veteris §. illo. Bene enim potest hoc testator remittere, cum sit hoc ius publicum auctoritate. sed vti litate heredis & testatoris priuatum, vt arg. C. vt in possess. leg. scire. & l. sequen. & sic non obstat. ff. de leg. j. nemo. & ff. de ad-
5 mini. tut. quidam. & ff. de pactis. l. ius publicum. ¶ †Sed nunquid falsẽ gratia inuentarii poterit attingere? Respondẽ, sic. arg. ff. de
g duob. reis, duos. §. fi. & ff. de testa. heredis. § fi. & ff. de iure delib. Aristo. & l. ait prætor. Quid si attingat? respon. dic, non valere in minoris præiudicium, vt C. in quibus causis non est necessin integrum restit. l. pen. C. de tut. vel cur. qui non satisf. l. nõ dubiũ. ff. de cur. fur. consilio §. j. sed in eius cõmodũ sic. C. de procur. nõ eo minus. Itẽ quid de his, quę differri non possunt? Respon dico, q̃ illa potest attingere & explere, arg. C. de tut. & cur. qui nõ satisf. l. fi. Quid si aliquas res ī inuentarii ꝓfectione suppressit? vt,
6 q̃ eas duplicare teneat, arg. C. de iur. delib. l. fin. §. illo. maximè si hoc scienter fecit. ¶ †Sed si omnia non posuit in inuentario, nũquid admittet ad agendũ? Non vt: imo vt repellendus, argu. C. de cur. fur. cum furiosus. §. in prouincia. quia quod incaute factum est, pro infecto habet, ff. de his, quæ in test. delen. l. j. & nihil vt esse actũ, &c. C. ad Syl. l. pen. in fi. & 7. q. 1. nihil iniquius, & & nil vt soluisse qui totum non soluit, ff. famil. erci. hæredes. §. in illa. Nec videt edidisse, qui totum non edidit. ff. de eden. l. 1. §. pen. Nec defendisse, qui totum non defendit, ff. de inter. ac si defensor. & ff. iudicatum solui. ex clausula. Ideoque cautus ad-
uocatus dẽt protestari contra tutorẽ, vel curatorẽ, se velle probare, quod aliud omisit in inuentarii confectione. Et hoc vera sunt, si multa omisit: si vero quasi omnia posuit, & modicũ quid omisit. & leue fortè, vel vile nõ ob hoc eũ repellerẽ ab agendo: argu. ff. de contrah. emp. res bona fide. & C. contra ins, vel vtil. public. l. j. & ff. de ven inspi. l. 1. §. fin. maxime si iurat, quod nulla mala causa, &c. nec amittere debet commodum inuentarii licet
7 teneat pupillo pro rebus subtractis: arg. C. de iure delib. l. fi §. licentia. ¶ †Sed nunquid inuentario confecto, tenet ſper rebus postea pupillo quacunque ratione delatis nouum facere inuentarium? Respon. sic, secundum Odof. argu. C. de cur. fu. l. fi. §. tali Vber. contra: quia sufficit illud semel fecisse, arg. ff. de acq. post. in modicis. Sufficit enim hoc ponere in rationibus suis, quas fa
cit de receptis & expensis: & sic loquit præd. § tali. secundũ eũ. Et id ẽ dici potest de fructibus de nouo quæsitis, vt ff. de tut. & rat. distrah. l. j. §. officio. Tu dic, q̃ est necesse fieri inuentarium
8 de rebus principalibus obuenientibus: fieri tñ dẽt instrumentum publicum. & sic intelligi debet §. tali. In fructibus vero, & aliis naturalibus & ciuilibus & accessionibus, tenet, quod dixit Vber. & sic potest intelligi præd. l. ff. de tut. & rat. dist. Sed cum tutor, qui gessit, teneat directa: qui uero non gessit, vtili, ut ff. rem pupil. sal. fo. non quasi. §. 1. & 3. quæro, an eo ipso, quod fecit inuen-
h tariũ, videat, quo ad hoc, gessisse? Et vt, q̃ nõ, vt in præd. §. illo. [h]

g ¶ †Sed arg. ꝫ ff. de admi. tut. tres tutores in medio. Quid si sit de consuetudine regionis, q̃ non fiat inuentarium? Respon non vt in culpa, consuetudinẽ seruans, arg. ff. de admin. tut. l. tutor,
i q. resp. j. ff. de Car non tantum. [i] Quid si tutor non ꝓfecto inuentario ingrediatur possessionem rerum pupillarium, numquid pu-
k tietur pœnam præ. §. illo? [k] Et videt, q̃ sic: quia adita hereditate à pupillo dominia statim ad eum transeunt. & non prius, nisi fuerint apprehensa, vt ff. de acqui. possess. cum hæredes. & hoc vide-
9 tur. præd. § dicere ibi, communionem, &c. ¶ †Huius autem inuentarii forma talis est:
l ¶ FORMA. [l] In nomine patris & filij & spiritus sancti, amen. T. tutor constitutus & decreto iudicis confirmatus. Scio pupillo & heredi quondam H. (vt patet in instro sup decreto cuius tutelę scripto manu talis notarii, uel mea. cuius formam habes ꝫ. in tit. de tutore.) sciens ad inuentarii confectionẽ de bonis & rebus ipsius pupilli, secundũ iuris ordinẽ se teneri, præsens inuentariũ mox, postquam constitutus & confirmatus fuit tutor, de rebus creditis & debitis atque nominibus debitorũ hæreditatis quondam dicti H. & ipsi⁹ pupilli inceptũ sub anno domini M. CC. LXXI. Indictione tali (dic in hunc modũ, præmissone
m nerabilis sanctæ crucis sic nacul o [m]) fecit in primis quidẽ dixit & asseruit se in bonis & in hereditate prędicta inuenisse duo scrinia, tot vegetes, tot mensuras bladi, & tot vinis & sic de singulis: po-
n nendo prius res mobiles, sed o [n] immobiles puta domos & terras designatas ploca & larera: tertio & vltimo credita & debita: dixit, protestatus fuit dictus tutor q̃ quęcunq; de cætero de bonis dicti H. seu ipsius pupilli ad suam notitiam peruenerint, omnia illa manifestabit, & huic inuentario per meam manum faciet inscribi. Potest etiam confici instrumentum vt ipse tutor in pro pria persona loquatur, & incipiat sic:
o ¶ FORMA. [o] Cũ ob doli culpã euitandã, omnisq; fraudis suspicionẽ tollẽdam, & ne bona pupillorũ, vel minorũ lapsu temporis depereant, tutores de bonis ipsorũ inuentariũ, seu repertorium conficere teneantur secundum legitimas sanctiones: ideo in Dei nomine ego T. tutor, &c. vt ꝫ. vsque in fi. dicat, rogo te talem notarium, quòd pro me ſgnato literarum huic inuentario subscribas, & signum tuum apponas: actum anno, &c. præsentib. &c. & postea notarius sic subscribat se, dicẽs: Et ego talis,

ADDITIONES.

a Ad Syll. ¶ Vide ꝫ. versi. sed. si omnia.

b In præd. l. ¶ Vide j. formam Præsentibus & vocatis, vsque in fi. & ꝫ. C. eo. ti. ver. præstat ad ꝫ. ver. qui si in aliquo. j. quibus coniunctis verificari potest hoc dictum.

c §. 1. ¶ Vber. super l. fi. C. arbi. tu. dicebat, tutorẽ ꝫ inuentarium non audiri, nisi a certimus eius esset error. quid enim si scribi fecit rem, quæ prius fuit vendita à defuncto, non fuerunt igitur bene recepta eius verba: concord. Vber. Iac. de Aren. vt ibi ponit Cy. in 1. quæst. & adde, quod statim dicam. ADDE, quod cum Ia. de Are. concord. Bald. cons. 283. lib. 1. incip. Iaco. de Arena.

d Post facta. ¶ Melius dixisset, reperta.

e Veteris. ¶ Deducam te ad casum, quo absurdissimum esset imputari debitori: Diligens pater pupilli habebat librum, in quo descripta erant, quę sibi debebantur: & cancellata soluta, & instrumenta restituta, uel incisa: inuenit tutor librum hunc, & instrumenta in armario, non incisa forte cũ incisis: & debitores illi erant absentes, fortè in aliquo officio, mansuri vltra sex menses ad modum Italicum: ponderatis prędictis sine consilio sequenti illum posuit in inuentario crucifices istum. Seruetur ergo mens legum, ne prouidentes contra iniquum. trahuntur ad plus iniquum. ff. de legi. scire leges. extra de verb. sig. intelligentia. & c. præterea.

f Vetuerit. ¶ Infra vtitur ver. remissionis. vide quod dixi ꝫ. de tuto. §. generaliter. versi. hoc autem. & ver. fiat autem.

g Quid si attingat. ¶ Si attingat, etiam post litem contestatam opponitur hic exceptio, vt ꝫ. de except. §. dicto. ver. quid si post.

h §. illo. ¶ Allegato in versi. tutor. non de proxima alleg. verficul. quid si aliquis.

i Tantum. ¶ Hanc quęstionem ponit Cyn. C. arbi. tut. l. fin. & est quæstio Pet. ad literam, sicut hic attribuens hoc dictum Vber. addit tamen idem de statuto.

k §. illo. ¶ Dic. vt dixi ꝫ. versi. 2.

l FORMA. ¶ Rolan. parte 12. charta pen. vsque ibi, & dixit.

m Signaculo. ¶ Licet dubitetur, an in inuentario hæredis hoc sit necessariũ, vt dicam j. versi. in huiusmodi. in his tamen non est necessarium, cum id nullo iure caueatur, vt etiam dicit Gui. de Su. in l. fin. C. de iure delib. licet communiter seruetur.

ADDITIO. An signum crucis sit principium inuentarii, an vero sit quoddam præludium eius & an sit de substantia inuentarii, ita quòd eius omissio vitiet ipso iure inuentarium? vide pulchre Bal. consil. 383. incip. quæritur, an signum crucis. in 1. volum. & ibi in 2. col. versicul. subsequenter, an sufficiat apponere signum crucis in quacunque parte instrumenti. Henri. Ferran.

n Secundo. ¶ j. in inuentario hæredis dicit has præmittendas.

o FORMA. ¶ R. Nepotis de Monteal. quam dixit in Montepessulano seruari.

talis, &c. Præmissæ formæ probantur C. de iure deli. l. fi. §. sin autem dubius. C. de bon. proscr. si quis in tra. C. de admin. tut. tutores. Vel sic:

a ¶ FORMA [a]. Presentib. & vocatis coram tali iudice, talib. legatariis, & me tali notario ac testibus infra scriptis: quoniã tutoribus & curatoribus necessitas imponitur à lege de minorum rebus inuentarium publice scribere, idcirco ego A. tutor talium pupillorum, hoc inuentarium scribo: & præmisso à me venerabili signo Crucis, quæ de pupillorum bonis inuenì, in eo pono. Inueni igitur instrumentum tale & tale, &c. Itẽ tot equos, &c. Item talem vineam, &c. Item inueni dictos pupillos debere tali tantum, &c. Ego prædictus tutor omnia præmissa scribi præcepi. Ego talis iudex presens fui, & meam auctoritatem interposui: & nos M. & H. testes rogati inter interfuimus. Ego B. notarius hoc inuentarium scripsi, & publicaui: & ad maiorem cautelam adiiciatur alius notarius qui sic subscribat: Et ego P. notarius talis, huic inuentasio predictorum bonorum descriptioni de mandato dicti tutoris interfui, & subscripsi. Hæc forma probatur C. de iure delib. sancimus. Item quod dicitur supra, quod debet fieri in præsentia iudicis, non est expresse iure cautum: probatur tamen, quia lex dicit, quod debet fieri in præsent ia publicarum personarum: quod intelligit Marti. de Fa id est tabellionis & iudicis,

b C. de admin. tut. tutores [b]. Item dicit lex, quòd ex inuentario conueniri possunt debitores, ff. de admin. tut. l. chirographis. quod fieri non posset, nisi iudicis auctoritate factum esset, arg. C de eden. auth. si quis in aliquo. & in authen. vt frat filij. §. illud

10 Prior forma planior. ¶ † Et nota. quòd curatores generales [c] de

c rebus omnibus, etiam adulti, seu muti, vel surdi, & similium personarum, & etiam curator ventri datus, & datus bonis absentis indefensi, debent inuentarium facere simili modo & forma, mutato nomine tutoris in curatorem, & nomine pupilli in nomen adulti, seu muti, & tenore negotij: & tam tutores, quam curatores generales debent inuentarium facere mox, cum fuerint constituti, id est, quam cito possunt, vt prædixi, & debet scribi dies, in quo inchoatur inuentarium, & dies, quo terminatur, siue coram testibus legitur. Formam vero inuentarij, quod facit curator bonis absentis datus, habes §. de primo & secundo decre. §.

11 nunc dicamus, versicul. quòd si nullus. ¶ † Porro si tutor reddat rationem administrationis, de hoc instrumentum hoc modo

d conficietur [d]:

¶ FORMA. S. filius quondam H. visis, inspectis, ac cognitis actib. & scripturis administrationis T. quondam sui tutoris, cõfessus fuit & contentus ipsum T. ratione administrationis suæ, super omni eo, quod administrauit, aut administrare debuit, in bonis, & circa bona eiusdem S. occasione ipsius tutelę, plene ac aperte ostendisse eidem, & tradidisse: & quod idem T. integre dedit restituit, & assignauit sibi omne id, & quicquid ad eum pertinet de rebus & de bonis ipsius occasione administrationis dictæ tutelæ, quam fecit, & facere debuit in bonis, & circa bona sua: & ipsum illud uidelicet: quod in reliquis & residuis fuit, & ipsa omnia reliqua, & residua & omnia, & singula instrumenta bonorum & possessionum eius approbans, ratificans, & confirmans ipsos actus, rationes & scripturas, & quicquid gestum & administratum est per ipsum T. in bonis, & circa bona ipsius H. & omnes & singulas solutiones, dationes, & pacta, & contractus occasione dictæ tutelæ factas ab eo: qua ꝓpter per se & suos hæredes promisit dicto T. pro se & suis hęredibus stipulanti, ꝙ deinceps non petet ab eo, vel eius hęrede, vel hęredibus, ac altero pro ipso, aliquid occasione tutelę prefatæ, vel administrationis factæ, vel faciendę, vel malè gestæ: aut quod reddet ei de cætero rationem, uel quod reliqua præstaret, & quod nullo tempore dicet, vel opponet, quod ratio ei non sit reddita, & reliqua integra ei prestita, nullamque contrariam defensionem, vel exceptionem, seu negotium iuris, vel facti, contra aliquod prædictorum, vel infra scriptorum in aliquo faciet, vel opponet: faciens eidem T. pro se, & suis hæredibus recipienti fidem, refutationem & pactum de vlterius non petendo de omni eo, quod petere posset ab eo, vel eius hæredibus occasione dictę tutelæ, vel administrationis benè, vel malè gestę. seu alia quacunque ratione, vel causa, liberans & absoluens eum & næredes eius, & bona per acceptilationem, & Aquilianam stipulationem legitime interpositam, necnon renuncians exceptioni non numeratarũ, traditarum, consignatarum, & restitutarum rerum, exceptioni doli, sine causa actioni in factum, & omni alij auxilio: quæ omnia & singula supra scripta idem Seius per se & suos hæredes, ꝓmisit dicto T. pro se & suis hæredibus stipulanti firma & rata habere ac tenere, & non contra facere vel venire per se, vel per alium aliqua causa, vel ingenio de iure, vel de facto, sub pœna centum librarum Turon. stipul. in singulis capitulis, & cæte. Super pœna autem & refectione damnorum, & obligatione bonorum in fine facies tu tabellio eum iurare more minorum. Hæc forma probatur ff. & C. de administratio. tutor. per

12 totum ¶ † Sunt etiam orphanotrophi, seu hospitalarij [e], quasi

e tutores pupillorum, seu curatorem adultorum. vnde & ipsi tãciunt, quasi inuentarium de bonis illorum. vt C de episc. & cler. orphanotrophos. & in auth. Colla. 9. de eccles. tit. § fin & ff. de

f interdic. & releg. si quis [f]. & l. sequen. vt seruatur in curatore bonis dando, vt ff. de cur. bon. dan. l. 1. Nec etiam vllam satisdationem præstant, nec rem ratam haberi, nec iudicium sisti, nec sub hypotheca rerum suarũ, vt in pred. l. orphaotrophos. que generaliter loquitur. Tamen si dubitetur, an sint orphanotrophi, videtur, quòd tunc de rato cauebunt, vt ff. rem rat. hab. tutor & ff. de admin. tut. quod vulgo. secundum Alber. Pap. Quid de executore testamenti, nunquid faciet inuentarium? de hoc s. §. nũc

13 vero. ver. sed an tenetur. ¶ † Prelatus quoque inuentarium facere tenetur de rebus, quas tempore suæ creationis in ecclesia, ad quam eligitur, inuenit: vt 28. distinct. de Syracusanæ. vt. 12. q. 1. manifesta. & fiet iuxta formam prædictam: nam tutor & prælatus comparantur, argument. in authent. de eccles. titul. § fin. Colla. 9 & 3. questio. 2. quia ea. & not. 5. questio. 3. quia episco-

14 pus. ¶ † Quid de patre, nunquid habet facere inuentarium de bonis aduentitiis filij, in quibus habet vsumfructum? vt C. de

g bo. que lib. cum oportet [g]. Et videtur, quod sic sicut curator bonis, vel etiam ventri datus, ff. de bo. auctorit. iudi. possid. l. fin. ff. de vent. in pos. mit. l j. circa fin. Contra, quia eius administratio impunita est: vnde frustra fieret. Sed respondeo, quod impunita est, quantum ad administrationem, non quo ad alienandum. vt C. de bon. que lib. cum non solum. §. sed patri. versicul. non autem licentia. Nam & orphanotrophus facit, licet non teneatur reddere rationem, vt in pred. l. orphanotrophos. ubi autem ipse suscepit administrationem, non vsumfructum, indubitatè

15 facere tenetur. ¶ † Nunc dicamus de inuentario heredis [h]: hęc

h autem multis subiacent impugnationibus. Dicamus ergo, quę in eo exigantur: & si in aliquo eorum defecerit ruinę subiacebit. Ante omnia igitur sciendũ est, quod hęres facit inuentarium, siue succedat ex testamento, siue ab intestato, siue in totam hę-

i reditatem, siue in partem, ut C. de iure deliber. scimus §. j. [i] Ex huiusmodi autem inuentario legitime facto consequitur: quia post quam ipsum fecerit, non tenetur creditoribus hęreditariis, uel

k legatariis vltra uires hęreditatis [k]: & etiam consequitur Falcidiam quam non habet, nisi ipsum faciat. ut in præd. l. scimus § & si prefatam. extr. de testa. Ray. in fi. & in authen de hęr. & Fal. §.

si uero

ADDITIONES.

a FORMA. ¶ Mar. de Fan. & fuit additio.

b Tutores. ¶ ij. & ibi de hoc in 3. gloss. Vber. de Bo. in l. sancimus. C. de iur. deliber. tenet per hanc l. & l. 1. prox. alleg. quod coram iudice fieri debeat. allegat etiam C. de episc. aud. de creationibus. & de episco. & cler. orphanotrophos. & de cur. fur. l. fina. sed per id, quod sequitur communiter tenetur, quod si uelit tutor agere ex inuentario, coram iudice fieri debet: alias satis est tutori coram tabellione id facere: & sic fit opinionum concordia. quod etiam placet Dyn. in l. chirographis, statim allegata, super gloss. 1.

c Generales. ¶ De dato ad litem, uide de actor. uniuer, uersicul. pub eres. & quod ibi dixi.

d Conficietur. ¶ Est Rolan parte 7. char. ult.

e Hospitalarij. ¶ De his patet hodie in cl. de reli. do. quia contingit, ueri. si. illis etiam.

ADDITIO. An hospitalarij teneantur reddere rationem de administratis, uide remissiue per Soc. consi. 213. incip. in præsenti. in 2. col. uer. hoc idẽ. in 2. nol. Hen. Ferran.

f ¶ Si quis. ¶ Non est, sed lex, eum qui. in fin. trahi potest.

g Oportet. ¶ Ibi do. meus tenebat, ꝙ non: quia usum & usumfructum habet: & quia lege non cauetur: subdens etiam, quod id non habet consuetudo.

h Hæredis. ¶ Dominus meus in legibus, in materia, quæ sequitur, dicebat super l. final. C. de iure deliberan. tria tempora in materia ista, & illa notanda. Primum iure Digestorum, per quod hæres non cogitur facere inuentarium: sed si adijt, tenetur omnib. creditoribus, & legatarijs: & si hæreditas non est soluendo, non detrahit Falcidiam, ff. ad Trebel. l. 1. §. fi is qui. & ad l. Falcid. l. 1. Sed si est soluendo, tenetur, & detrahit Falcidiam. Sed per iura Codicis consulitur hæredi, ut faciat inuentarium: & si facit, habet plura beneficia, quæ ponit lex illa: & si non facit, tenetur omnibus creditoribus secundum vires hæreditatis, & non detrahit Falcidiam, vt ibi. Per ius autem Authenticorum hæres cogitur facere inuentarium: & si non fecit, in solidum tenetur omnibus, & de suo vltra vires hæreditarias: non habet Falcidiam, in auth. de hæred. & Falcid. §. si vero non fecerit, & sic per ius Authenticorum aucta est pœna.

i §. j. ¶ Sic dicit ibi text. siue ex asse, siue ex parte. per quod tenetur, quòd omnes hęredes inuentarium & crucis signum facere tenentur: nisi omnes vni committant, de re iudicata ca. penultimo, libr. 6. ff. de eden. si quis ex argentarijs. de dam. infect. hoc amplius. §. quæsitum.

k Hæreditatis. ¶ An in foro conscientiæ satis sit hæredi usurarij, qui non fecit inuentarium, restituere usuras iuxta vires hęreditatis, plene scripsi de usur. quanquam. lib. 6. super gloss. dicebat. ADDE, vt per Petr. de Anch. consi. 412.

a si vero non fecerit[a]. ¶†Quid de suo hærede, qui non fecit inuentarium, nunquid detrahet quartam debitam iure naturę? Respondeo, sic, vt in præd.l.scimus.§.si quis aũt.in fi. [b] & in auth.de hære.& Fal.§.hinc nobis.quia etiam alias, si non pareat voluntati testatoris, semper deducere potest illam, cum nullum grauamen in ea recipiat, C.de fideicõ aut.hoc amplius.ext.de test.
17 Raynutius.prope fi. ver.quia vero pater. ¶†Quid, si soluit vni legatum, nunquid amodo habebit nihilominus beneficiũ inuentarij? Et vr quod sic: arg.C de excus.tut.uoluntarię.C.de his, qui spon.mu.suscip l.1.& fi. & C.ne vxor pro marit.l.fi.Ar.tñ ꝺ, C.
c ad leg.Fal.auth.sed cum testator [c]. ¶Quid si hæres rogatus restituere hæreditatem, fecit inuentarium, & postea eam restituit, nunquid illud inuentarium proderit ipsi fideicommissario? Videtur, ꝙ non: quia tantum in certis casibus debet deducere Falcidiam, ff.ad Trebel.l.f.§.pen. Econtra uidetur ff.de const.pec si post constitutam.& ff.ad Trebel.si hęres pecuniam.& ita facit si
d sibi cedat beneficium inuentarij, per præ.legem[d]. ¶†Quid si he-
18 res non facit illud, nunquid fideicommissarius poterit facere? Respondeo, sic: quia effectus est hæres, ff.quod cum eo, si filius.
e & sustinet onera hæreditaria, secundum Vbert.[e] ¶Sed nunquid hæres poterit obtinere beneficium inuẽtarij post sentẽtiam, qua condemnatus est creditoribus & legatarijs? Respondeo sic, vt alias probatur de pretio, ff.de minor.ꝙ si minor.§ restitutio.ff.de
2 his habetur,& no.co.tit.c.fi.¶†Nota igitur,quod si plures testes in vnam concordēt sententiam, tunc sententia ferri potest,ex quo actor plenè probat,nec defertur iuramentum,ext.de prob. c.2.Si vero actor semiplene probat,pura habet vnum solum bonum testem,& res est modica,& in qua duo testes sufficiant,tunc actor,si sciat veritatē,petat sibi iuramentum deferri, vt C.de re. cred.& iurei.l.3.ff.e.si duo patroni.in prin.ff.de leg.tut.legitimos ff.de dote præleg.Theopompus.& ext.de despon.impub.attestationes.vbi de hoc,secundum Vincē.quod fieri debet.Nam cum duo testes faciant plenam probationē, vt ext.de testib.in omni. & c licet.& 4 q 3.ver.vbi numerus.ergo vnus faciet semiplenam probationem,vt s.de prob.§.fi.ver.vlr.Reus vero ecōtra respōdeat,Frater,Vox vnius,vox nullius,C de testi.iuri iurandi. ff de qōnib.maritus.33.q.2.admonere.versus prin.vnde nō dēt tibi iuramentū deferri:imo mihi,qui reus sum in hac parte,siue excipiē-
3 do,siue replicando,C de eden.l.fi † Nec enim est modica causa, quia est vltra duos aureos,vt ff.de dolo.id est.Sed videtur modica,si

ADDITIONES.

a Ex practicis auctoribus nullus posuit hanc rubricā simpliciter: vnde Tan s.proxime continuauit sequentem.¶ Pileus tamen quarta parte rub. 1.ff.de probat.ante medium, satis de hoc tractat. ¶ Ros.tamen prætorias posuit rub.de vtili actione ex ea causa,ex qua iuratur: & inter edicta posuit rubde actione in factum ex iureiurando.

b Distinctionem. ¶ Quod videas in Sum.de iur.ante §.

casi sit duorum aureorum vt ff.eo.si oleum.in fi.uel si,sit decem aureorum,vt ff.si cui plus quam per l.Falci.in l.2.§.quamuis. Vel quinquaginta,ar.C. de defen.ciuit.defensores.ff de acc.nõnulli. Vel trecẽtorum,in auth.de defen.ciuit.§.&iudicare.& § audiẽt. Vel dic, & verius, quod inspecta qualitate personarum & locorum,minor dicitur maxima.ar.ff.de iud.sed & si susceperit.§.j.ff. de alimẽ.& cib.le l.1.& l.Mela §.fi.In minima ergo causa,in qua non uertitur magnũ periculum, defertur: in magna non, in qua magnum vertitur periculũ,arg.ff.de legitimis tutori.legitimos. ff.de ventre inspicien.lege prima in fin.& facit in auth. de mand. prin.§.sit tibi.7.q.2.c.2.& xlij dis.quiescamus.imo vbi magna est & ardua,nisi actor plene probet,reus absoluetur, vt in concord. positis j.uersiculo, sed cui.Præterea tues persona suspecta.nam consueuisti deierare,ideoque nõ debet tibi deferri, ff. de re mili. non omnes.§.à barbaris.22 q.5.paruuli.extr.de pig.illo. extra.de testi. c testimonium.Hæc tamen pendent ex officio iudicis,secun
a dum Vber.Est etiam,secundum quosdam,[a] semiplena probatio si actor per priuatam scripturam probat suam intentionem:quia talis scriptura non facit plenam probationem,vt in præd.uer.ul-
b timo.[b]¶†Si autem actor nil omnino probat,& dicit aduersario
4 vt iuret ad suam innocentiam purgandam,uel quod sibi deferat iuramentum, uidetur iuste allegare. nam manifestæ turpitudinis est nolle iurare nec iuramentum velle deferre,vt in præd.l.man festæ.& ff.rerum amot.Marcellus.ff.de iureiurando,l.lex Cornelia.§.hac lege.C.de his,qui ad eccl.confu.l præsentem.C. de iure de li.l.fi.§.licẽtia C.de fideic.l.fi.Põtifex respondere reus:Frater non cogor iurare,nisi aliqd sit probatum,uel præsumptũ: quod non est hic & ad hoc C.de eden.qui accusare.C.de actionib.& oblig. negãtes 6.q.vl.actor.leges enim,quas allegas, uel sunt speciales casus,uel loquuntur,cum aliquid est probatum, uel præsumptũ. Et hoc uerum est.nam actore nihil probante, &c vt ext.de iurei. c.fi.§.fane.nisi in casibus,in quibus lex defert iuramentum reo. li
c cet actor nil probet,vt C.de his,qui ad eccl.con.l.fi.§.fane.[c]& C. de fide instr.l.fi.& C.de iur.delib.l.fi.§.licentia. Vt autem plenius instruaris nota quatuor esse in iuramenti delatione spãliter attẽ
3 denda.¶†Primum,an actor aliquid plene probet, vel semiplene, uel nihil,ut iã diximus.¶Secundum est, quia si semiplene pro bat,aut quæstio est criminalis,aut est ciuilis, aut est spiritualis. Si criminalis,non est deferendum à iudice,C.de prob l.fi.ext.de iu-
rei.c fi.quia ibi debent esse apertissimæ probationes.C.de dolo,l. dolum.& 2.q.8.sciant.& 23.q.4.est iniusta. Si tamen vna pars de-
d fert alii,tenet delatio ob inopiam probationis facta,[d]etiã si de il lo crimine transigi non possit:quia non ita hoc confiteri videtur
e sicut in transactione:imo negare videtur.[e] Si vero ciuilis est,aut
6 est ciuilis & famosa,aut ciuilis & non famosa.†Si ciuilis & famo-
sa,ut actio doli,furti,iniuriarum,& quod metus causa,in quibus fit quis infamis de iure & ex sententia,etiam si ciuiliter sit actum vt ff.de his,qui no infa.l.1.& j.de pe.tem.lit &c.mulier nomine ventris in possessionem missa condemnatur ad restitutionem illorum bonorum,quorum possessionem per calumniam habue
rat,ff.eo.notatur.& In crimine expilatæ hæreditatis: sc. cum quo-
quis condemnatur:quia bona iacentis hæreditatis alibi exporta-
nit,C.ex quibus causis infa.irrog.si te hæreditate.In his enim pri-
uatis criminibus sequitur condemnatum infamia iuris de hoc se cundum Vinc ext.de simon.ex diligenti.& j.de pen.teme.litig. & de sententia §.videndum.In his, inquam,casibus non defertur iuramentum:quia ibi plena probatio exigitur,ut in præ.l.dolum & ff.quod met causa,metũ aũ, & ext.de iurelurãd.c.fi.Si aũt sit ciuilis:& non famosa,subdistingue:quia aut est magna & ardua, aut est parua:si quidem est ciuilis,& non famosa,& magna,nõ est de facili deferendum,ff.de leg tut.legitimos.Si uero sit parua,re linquitur iudicis arbitrio,ut procedat,inspecta qualitate psona
‡ rum & consuetudine regionis.[f] Qualitate personarum:ut si quis non habens in bonis xx solidos,petit ab aliquo mille libras.hæc enim causa est magna respectu peremptis Vel si inter aliquos mag nos Comites agatur super decem solidis hec enim est minima re spectu personarum.Consuetudine regionis ut in oleo & uino & similibus,quæ plus valerent in uno loco,quam in alio, ut in Pro uincia de oleo,& de vino in Francia,quam in Anglia,melius fo rum habetur.& ita hisa iudice consideratis defertur iuramentũ
7 vel non,ext.de off.del.de causis.† Si uero sit causa mere spiritua lis,puta monachatus,uel matrimonii,tũc iudex forte nequit de ferre iusiurandum ob defectum probationis.Si autem nõ sit mere spiritualis,tunc forte potest,secundum Vin.Sed nec appellanti est indistincte deferendum iuramentum,licet pro eo sit præsũ ptio:sed tunc demum cum inspectis personarum & causæ circũ stantiis hoc faciendum uidetur,extr.de testi.Romana.lib.6.Item etiam propter enormitatem delicti rei defertur iusiurandũ acto ri,si non possit ablata probare,C.vnde vi,si quando. extra quod me.causa,c fi.¶Tertium quoq; est attendendum quis sc.melius sciat veritatem.Hinc est,quod ei,de cuius facto agitur, præcipue est deferendum,ext.qui ma.acc.pos.videtur.ibi,quienim melius admittuntur, &c. & ff.rerum amo.Marcellus.§.fi.In alieno enim facto non defertur,ne cogatur anceps subire periurium.ut ibi & ff.de in litẽ iurã,videamus in prin.& de iureiurãd.iusiurandũ.§.2. ¶Quartum etiam considerandum est,s.qualitas personarum,in præd.§ fane.s.quis melior,quis dignior & quis præstantior videa tur,vt illi deferatur,ut in præ.l legitimos.sicut alias in electione hæc omnia spectantur,8.q.1.licet ext de off.cust.c.fi.de ele.eccle sia nostra.2 & c dudum j.& in testibus illud idem,ext.de test.in p sentia,& c.Romana.lib.6.4.q.3.ver.testium.ff.fa.ercisci.Si quæ sũt ff de fide inst.l.2 His concurrentibus locus est,vt iudex iuramen-
s tum deferat,vt in §.fane.¶† Sed cui defertur prius,actori,an reo. Resp.dicunt quidam,quod ei,qui melius probat:ar.ext.de prob. ex literis.& c.licet.prope fi.vt quia actor probat per vnum testẽ reus nihil:ei ergo deferatur,ne probatio sit sibi inutilis: quod eũ non debet,vt ff.de leg.j si quando.in prin.& hoc puto.alii,quod reo:quia cum actor non plene probat,reus debet absolui,vt ext. de iur.c.fi.§.fane.Iura enim promptiora sunt ad absoluendũ,quã ad condemnandũ,vt ext.de prob.ex literis.ff.de act.& obl.Arria nus.ext.de fide inst.in ter dilectos.in fi.Vel dic, quod hoc per in
9 dicem expedietur cui s.deferatur,ut in §.fane.¶† Quid si actor habet vnam præsumptionem & reus aliam.vel vterque semiple
g nè probat?tunc dic,reo deferendum:g quia promptiores sumus ad absoluendum, & in dubiis melior est conditio possessoris,vt C.de cond.ob tur.cau.l.1 Inst.de interdic.§.commodum.Alii di cunt,quod est locus gratificationi arg.ff.ad Syl.si quis in grauí.§. sed cum omnes.& ff.de bo.aucto.iud.poss. si non expedierit. Ter tii dicunt,quod actori:quasi in iudiciis fauorabilior sit,ff de iu.si quis intentione.& l.solemus.ff qui satisf cog de die.Quarti dicũt hoc casu nulli esse deferendum:quia tunc demum ad hoc recur sus habetur,cum aliæ probationes desunt:ar.ext de prob.c.2.Sed
h prius dictum verius est.[h] ¶† Quid si actor fundat intentionem
10 suam per duos testes & plene probat.& reus exceptionem suam peremptoriam per vnum,nunquid defertur reo?Resp.non:imo condemnabitur,& ad solutionem iuris remediis vrgebitur,vt C. de ac.& ob.negantes.& ar.ff.de prob.cum de indebito in prin.ff. de test.ob carmen.& l.3.ibi,alias numerus,&c.quæ sunt 4.q.4.§.
i item in criminali hoc plene prosequere,vt ext de iurei.capit.fin.[i]
11 ¶† Quid si times,q iudex deferat iusiurandũ reo ex officio suo vt ext de iurei.c.fin.præclude sibi viam,dicendo,eum tibi esse sus pectum,ff.de re mil non omnes.§.à barbaris. Vtrum autẽ in prætoriis stipulationibus iuretur in litem,no sẽ cundum Ros.in li.in
k tit.de prætoria stipulatione.[k] In summa no.quod is,ad quem negotium proprio nomine spectat,iusiurandum deferre potest:p curator vero non, nisi in tribus casibus:puta,si habet ad hoc spe ciale mandatum:vel,si sit datus,velut in rem suam: vel si habet li
l beram & generalem administrationem:[l] & cum prælatus hanc habeat,potest deferre.quæ prosequere in Summa do.mei e.tit.§. si quis potest.uer.in reb.& seq.Quæ autem hic desunt, vide j. in tit.de iureiurando.

ADDITIONES.

a Quosdam. ¶ Acc.in l.in bonæ. & in l. admonendi. vbi idem dicit de fuga: de qua vide qđ dixi 5.tit.prox.§.2.super verbo,violenta.de vno teste,& de comparatione literarum,& idem Vin.in dec.fi.eo.tit.& Gof.in Sum.ad fi. 1.col. hoc etiam no.5.de proba.§.fi.ver.tertium.

b Ver.vl. ¶ De prob alle.5.ante uer.reus vero.

c §.fane. ¶ Vide,quod ibi no.& supra de off.iud.§.vltim.ver.6.

d Facta. ¶ Nec appellat delator,si ille iuranit,& obtinuit:de hoc.& quid de relatore,scripsi de iur.c.fi.super 1.gl.

e Videtur. ¶ Vide,quod scripsi de iur.c.fi.in gl.vt modica ver.sed quid dicemus.& versi.iste si tamen. hucusque fuit vltimum verbum Vincen.in præ. dec.ult.

f Regionis. ¶ Vide in gl.ad quam remisi.5.prox.hæc quæ sequũtur in prin.ip sius gl.

ADDE Ad uer.sequentem ibi,si nõ sit.ibi,uel matrimonii.adde dist.gl.in c.mulieri.extra de iu reiurand.licet ibi do.Abb.Sicul.posi Host.teneat ipsam gl.& forsitan minus bene,quia causa ardua est,& negari non potest.præterea in hac causa non est recedẽdũ à seueritate canonica, ut in c.fi.ext.de transact.ideo non potest per arbitrium expediri,c.causa. extra de in integ. resti.delatio aũt huiusmodi iuramẽti est potius de æq.tate:ergo.&c.Multa alia quæ pro hac opi.dici possent,breuitatis causa omitto.Io. Mari. Bion.

g Deferendum. ¶ Dicit Gui.de Suz.conditionibus personarum paribus.

h Est. ¶ Vt etiam scripsi de iud.in c.fi.in ultim.glossa,post prin.

i C.fi. ¶ Distingue,ut ibi scripsi in ult.gl.an plena actoris & semiplena rei sint incompatibiles ? & tunc procedit,quod est dictum:an uero compatibiles? & tunc posset locus esse delationi.ibi uide.

K Stipulatio. ¶ In vl.col.uer.item quæritur.

l Administrationem. ¶ De pr oc.qui ad agendum.in fi.lib.6.

ADDITIONES NOVAE.

* Vide ad hoc facientia.j.in speculo de iureiur.

Nota q iurandum est cũ manu,& nõ cum alio membro,no.in c.circa.extr.de ele.li.6.& Bal.l.fi minor.C.si aduersus uend.& iuramentũ hẽt tres comites.C.de nuptiis.Aut.quod super eis.super l.impe

De sacramento purgationis no. in l. si de meis. §. fi. de arb. & l. præsenti. C. de de his qui ad eccle. cõsu. & l. 2. C. de duo. re. & l. licet. de excu. tuto. & Auth. nouo iure. C. de pœna iud. qui male iudi. & l. fi. C. de fide instr. & c. quotiens ext. de purg. cano. & dicitur ibi q̃ præstantes huiusmodi sacramentum, debent sacra tangere euãgelia. in alijs aũt iuramẽtis nõ pſideraẽ hoc, sed sufficiat verbo iurare, vel alijs scripturis, nota. in Cle. j. de hæreti. ver. porro.

Nota quod ex leui præsumptione non defertur iuramentum, no. in l. idẽ que. §. illud. ff. de minor.

Nota quod in omni sacramento semper intelligitur excepta superioris authoritas. l. imperator. ff. ad municipa. c. venientes. de iureiur.

Nota quod iuramentum habet vim sententiæ latæ præcedentibus probationibus, l. sed & si possessori. fi. de iureiur.

Nota quod crimen periurij non est adeo ecclesiasticum, quin iudex laicus possit de eo cognoscere & punire, Io. An. in c. cum laicus. de foro compet. in nouella.

Procurator generaliter constitutus ad causas & ad iurandum quolibet genere iuramenti in animam ipsius constituentis an possit iurare solet no. in Cle. 2. de proc. & in c. qui ad agendum. de proc. li. 6. & l. iusiuran. c. fi. cũ l. seq ff. de iur. Bar. in l. qui bona. §. si alieno. ff. de dam. infec.

Pone statuto cauetur q̃ sacerdotes & clerici non iurent nisi in uirtute Spiritus sancti, an eorum procuratores hoc facient. Guid. de suza. per l. q bona. §. pen. de infec.

Cui potius debet deferri iuramentum. Bal. in l. qui accusare. de eden. dicit q̃ in triplici paritate vincit reus. primo quando nil probatur hinc inde de quo Inn. in c. solet. de sent. exc. lib. 6. secundo quando hinc inde. est semiplena probatio, l. diuus. de re mili. Tertiò quando vterque probat plene: quia fauorabiliores &c. Si aũt probationes non sunt pares, ille vincit qui melius ꝓbat, ut l. fi. C. de edic. diui. Adri. tol. & dic melius ꝓbare illũ cuius intentio magis ꝓsonat veritati seu rationi: de quo ꝓ Inn. in c. licet de ꝓba.

Nota q̃ ille qui repellitur a testimonio, debet repelli ab isto sacramento cum in hoc casu pars dicatur testis, l. quotiens. de fideiusso. & sic non deferretur fœneratori, qui a repelleretur a testimonio, ut l. si quis ad declinandã C. de epis. & cle. Bar. in d. l. qui accusare. & D. Bar. de sal. in l. in bonæ fidei. C. de iur. & ibi Bal. & no. j. de iureiuran.

Nota quod iuramentum quod est præstitum alicui tanquam officiali, eo depos. to non debet seruari, Inn. in c. venerabilis. ext. de electio.

Nota q̃ ubicunque certus numerus est de substantia probationis, actus qui geritur, tunc in defectum probationis non potest deferri sacramentum vt in ultimis voluntatibus, & donationibus cã mor. de quo per Bal. in l. bonorum. C. de bo. pos. secund. tab. Item in iis quæ sunt iudicij fundamẽta nõ possunt stipulari per iuramentum, ut no. in l. j. C. de proc. fac. quod no. Inn. in c. innotuit. ext. de eo qui fur. ordi. fusce. & est ratio, quia omissio substantialis formæ vitiat, l. si vnus de testa.

Nota quod si quis iurauit in contractu non potest contra venire nisi relatione iuramenti obtenta: alias incideret in periculũ, quia posset de periurio puniri, l. fi. de crimine stellio. nisi forte probari posset iuramentum dolo vel metu extortum. Ange. in l. qui iurato. qui satisd. cog.

Nota quod iuramentum super quolibet actu præstitum habet in se clausulam. si non potest ille actus valere vt agitur, ualeat ut valere potest. Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss.

Quod ubi mulier iurauit non uenire contra alienationem fundi dotalis factam per maritum, non potest contrauenire, siue mulieri possit aliunde consuli siue non glo. est in cap. cum contingat. de iureiurando, quam ibi sequitur do. Vinc. Item Arch. in c. quamuis de pac. lib. 6. super uer. omnino. Item Bald. in auth. siue a me. C. ad uelleian. iuxta fi. apparatus. referendo dictum suum ad textum qui loquitur vtrum possit mulieri cõsuli vel nõ. Itẽ Hostien. in summa de iureiu. §. quando censeatur. sub §. papa etiam a iuramento. ver. sed ꝑ quia alienatio. De ista materia vide in Specul. de renun. & concluſione. ultra medium. verſ. sed pone. & ver. itẽ beneficium iure hipothecarum. & latius de contrahen. emp. §. tertio loco. per duas columnas, vbi etiam vide pulchras formas in renunciatione vxorum in cõtractibus virorum, & alia pulchra circa alienationem fundi dota. Contra uidetur de iure ciuili, in l. prædium. C. de iure dotium, super uer. nihil. & gl. in l. j. §. cũ autem hypotheca. C. de rei vxo. actio. super uer. sed nec alienare. In renunciatione tamen hypothecæ facta per uxor. ubi dicit se esse securam, practicatur in collegio Mediolani q̃ sacramentum sibi non noceat, si illud reperiatur vltimum pignus. & ratio inter hanc renunciationem etiam cum iuramento. & iuramentum super fundo dotali, de qua §. prox. potest esse, qa ubi dicit se securam, nescit inquantum lædatur credens se securam. In iuramento autem facto circa fundum dotalem scit inquantum lædatur. Ex hac ratione êt sequitur q̃ si simpliciter renunciaret hypothecæ, & iuraret non venire contra, non dicendo se esse securam super alijs q̃ non posset contra uenire. Idem si diceret se non uenturam contra, & iuraret hoc addito, & si non esset secura, quia tunc scit in quantum lædatur.

Quod iuramentum cõtra alias impossibilitates quam in supplendo æquitatem nihil firmat de iure ciuili, nec aliqua ostantia remouet. sed de iure canonico secus, Bal. in l. pactum dotale. circa prin. C. de collati onibus.

¶ Bal de iuramenti delatione.

¶ Ex vno teste probante donationem, defert iudex sacramentum. Fallit in causa criminali: item in causa famosa. item in causa spirituali. Item fallit, ubi non sufficiunt duo testes, ut in testamentis: quia ibi deficit ius & probatio. Itẽ fallit, ubi aduersarius plene probauit. Item, ubi causa est nimis ardua. Item fallit, vbi persona est suspecta, vel ignota. G. ¶ Quandoque ista tur indicijs, & non iuramento, C. de in litem iur. l. 2. §. fi.

b sic[b]: Postquam de probationibus facti, quæ fiũt per testes, uel instrumenta, uel aliis modis, plene discussimus, consequens est, ut de probationibus iuris, quæ fiunt per aduocatos, s. de allegation. aliqua subnectamus Et licet s. de aduoc. §. nunc de exordijs & §. hic dicendum. de arengis & propositionibus plenè dixerimus, hic tamẽ specialiter de allegationibus quæ in finitione litis fiunt
c dicemus, & ad aliqua specialia descendemus Videndum [c] est igit quid sit allegare: quis ordo in allegãdo seruandus est: qualiter est allegandum: & qualiter allegationibus respondendum: quid pertineat ad officium iudicis allegationes audientis.

ADDITIONES.

a Pileus sui operis parte 4. posuit rubricam. qualiter aduocati debeant allegare, & quis primo? ¶ Tanc. parte 3. in fi. posuit rubricam, de allegationib. & responsionib. ¶ Aegi. fecit tres rubricellas allegatio actoris, allegatio rei, publicatio aduocati actoris. ¶ Totus libellus Vber. de Bob. fuit disputatorius actoris & rei, uel aduocatorum suorum: & per ꝑsequens sic. ¶ Io. de Deo. specialius tñ adaptat huic rubricæ pen. & ult. resp. lib. j. Cauil. in li. autem Iud. parte prima, & secunda tractat de disputationibus super testibus: reliqua uide super Rub. de aduocat.

b Vel sic. ¶ Secundum Tancredum, ubi s.

c Videndum. ¶ Omnia ista membra fuerunt Tan. & unum plus posuit ante ultimum, s. q̃ sit officium allegatiuum? q̃ auctor putauit non necessarium.

¶ Quid sit allegare.

1. §. **Allegare** seu disputare, est intentionem suam per probationes in iudicium deductas ostendere, & eam iurious asseuerare, & colorare, 9. q. 3. aliorum. 23. q. ult. conuenior. uer allegatur. ext. de fide instr. inter dilectos. & de
a re iud. abbate sane. lib. 6. & de concess. præb. quia cunctis [a]. Quod autem disputationes huiusmodi, & allegationes fieri debeãt ꝰ p
b testibus & actitatis, probatur in auth. de testib. §. qa uero multi [b]. & § nam partes. ext. e. in causis. de elec. dudũ. j. & C. de testi. auth. si dicatur. in fi. & in prę. uer. allegatur. Ideo autẽ dixi, Per probationes inductas. nam cum ex facto ius oriatur, ut ff. ad l. Aquil. si ex plagis § in cluo. & ff. de act. & obl. l. obligationum. § ex facto. & ff. de iure codic quidam referunt. uer. nullus ext. de eccl. ædif. c. pe. ext. de spon. de muliere nisi sit fundamentum facti, nullum bonæ allegationis potest ædificium supponi, ut j. q. j. cum paulus. ext. de presby non bap. ueniens. nec clientulus poterit tullum de allegationis nitore habere subsidium, ut 9. quæstion. 3. aliorum. Licet enim per subtiles allegationes & cauillationes lis quandoque indebitè protrahatur, ut ff. de uer. sig. ea est natura. & C. de iudi. rem non nouam. & l. properandum & ext. de exce. pia. in prin. lib. 6. & C. de iur. cal. l. 2. prope prin. tamen finaliter iustitia & ueritas sub equo iudice uale. & inualescit. ut 25. q. 9. graue. 8. dist. cõsuetudo. & in præ. l. properandum. § j. Ar. contra C. de aduoc. di.
c uer. iud. aduocati. [c].

ADDITIONES.

a Cunctis. ¶ ẽ. lib.

b Multi. ¶ Ver. si uero. & ibi not.

c Aduocati. ¶ Cesset contrarium, si intelligatur de aduocatis. qui sua subtilitate iustam reportant sententiam: si de iusta intelligo, illud casuale.

¶ Quis ordo in allegando sit seruandus.

a 2. §. **Nunc** breuiter [a] transeamus de ordine in allegãdo seruãdo. Et licet de hac materia dictũ fuerit s. de aduoc. § iam nunc. tamẽ hic aliqua specialius utile est commemorare. Ordo igitur in allegando is est. ut aduocatus actoris, primò proponat, quæ ad sũi clientuli intentionem iuuandam & fundãdam iuderit expedire, ut j. § prox. deinde uero rei aduocatus rñdeat allegatis, destruendo allegationes alterius partis, p dicta testiũ, uel instrumentorum, uel p confessionem, seu alias probationes inducẽdo etiam pro se iura, rationes, & exempla: & allegatis per partem alteram clare & aperte respõdendo distinguẽdo eorum iura, intellectum apertius exprimẽdo, ut j. §. post hoc. uer. iuribus. & seq. sicut facit Augustinus 28. q. j. sic enim. & Papa ext. de rest. spo. fireras. & de concess. præb. quia cunctis & de re iu. abbate sane. lib. 6. ext. de trãl. episc. c. inter. §. sed req. j. §. px. uer. fundata. Præmissis autem ordo proponendi probatur. nam actor laborare debet ad intentionẽ cãu æ sic implandã reus uero cõtra ad extenuandam. 4. q. 1. c. j. & 2. & arg. 23. q. 2. dominus. Et quod actor prius debeat proponere, probatur ext. de mu. per. c. j. & iuxta regulã, qui prior appellat, prior agat, ff. de iu. q prior ext. de ord. cog. c. 2. Deindè si reus exceptionis se credit iuuari bñficio, alleget prius, quæ faciunt ad fundandam et probãdam suã exceptionem et post actoris aduocatus respondeat et allegatio-
nes il-

ADDITIO.

a Nunc breuiter. ¶ Ordo iste quasi ad literam fuit Tanc.

legationibus aduocatorum[a]. Rub.
us publicatis, & instrumentis exhibi
onfessis, & aliis, quæ ad factum spe-
tris allegationibus insistendum, ut
& de postul. bonæ. i. ideo, &c. Vel

nes illius destruere fatagat, sicut prædiximus paulo ante. Merito autem reus primo tunc allegabat, nam in exceptionibus probandis, seu proponendis reus fungitur vice actoris: & qui excipit, probare tenetur, ff. de prob. si pactum & l. in exceptionibus. ff. de exce. l. 1. Demum si actor originaliter replicare voluerit contra allegationes rei, replicet, quod sibi videbit sub præscripto modo, cui etiam simili modo respondeatur à reo: similiter & in triplicatione, quæ datur reo, & in quadruplicatione, quæ datur actori: de hoc dic, vt ꝛ. de excep. §. si.

SVMMARIVM.

1 *Factum prius constare debet, quam disputetur de iure.*
2 *Ad factum qualiter, & quando sit in iudicio accedendum.*
3 *Causa rei confessi non est tuenda.*
4 *Funiculus triplex difficile rumpitur: & quæ non prosunt singula, multa iuuant.*
5 *Intentione per facti probationes in iudicio fundata, ad iuris defensiones descendum est.*
6 *Iudicandum est pro illo, pro quo plures bonæ fecerint rationes.*
7 *Argumenta toties sunt in iudicio repetenda, donec aduersarius intelligat & iudex plenarie instruatur.*

¶ Allegationes suas qualiter debeat facere actoris aduocatus.

3. §. Nunc videndum occurrit iuxta propositionis seriẽ qualiter faciendæ sint allegationes. Scias igit quod postquam publicatæ fuerint attestationes, & instrumenta ac aliæ probatiões exhibitæ, debet fieri disputatio super actitatis ¶† Prius enim constare debet de facto, quam disputetur de iure ff. de iure codic. quidam. ext. de eccl. ædific. ad audiẽtiam. extra. de re iud. abbate sane. libro. 6. in auth. de testi. §. si uero. ibi, in tempus disputationis, &c. quia ex facto ius oritur, ut ꝛ. §. 1. ver. ideo autẽ Ideoque die ad disputandum, seu allegandum specialiter põsita, vtralibet pars debet habere copiam omnium eorum, quæ fuerunt in iudicio actitata. Tunc autem deliberatione præhabita diligenti, surgat actoris aduocatus, ad quem specialiter pertinet officium disputandi, qui se habeat in surgẽdo, & in beneuolentiam iudicis captando, & in licentiam iudicis postulãdo, & eum de iustitia monendo, & in arengam faciendo, ac aliis, prout dixi ꝛ. de aduoc. §. nunc de exordiis. in prin. & uer. uel tali ad iustitiã. & per totum, & §. hic dicendum versic. item de iustitia. & per totum.

§ † Quo facto, statim ad factum hoc modo accedat. nã ipse debet cãm ampliare, vt ꝛ. §. prox. Si enim est iudex, de cuius iurisdictione possit merito dubitari, puta delegatus, uel arbiter, ut ext. d of fi. del. cum in iure. & C. de man. princ. l. unica, & 2. q. 6. §. quod de arbitris. aduocatus actoris incipiat, & dicat, qualiter causa fuit p̃missa, uel compromissum factum, & si necesse sit, legat literas cõmissionis, vel instrumentum compromissi: ree piloget etiam citationes, & subdelegationes. si quæ in causa factæ fuerunt: quæ omnia in promptu habeat, ut si quid ex his negetur, uel super aliquo immineat dubium, paratus sit per documenta causę facere plenam fidem. Postmodum uero proponat, quid petitum fuerit p suum clientulum: &, si necesse fuerit, libellum prælegat ab ipso porrectum, ut xxvi. dist. bene quidem. extra de lib. obla. c. 1. Dein de uero recensęat processum: pura litis contestationem, iuramẽti præstationem, positiones, & alia, quæ fiũt in causa: & maxime quæ sunt substantialia, de quibus dixi ꝛ. in proemio huius secundæ partis. Hęc probãtur extra de electio. dudum. secundo, § partibus & extra de prob. quoniam cõtra. & singula habeat in promptu, paratus ostendere, si necesse fuerit, ut prædixi. ¶† Sed & si aduersarius aliquam positionem, uel aliquid de intẽtione eius, uel libellum confessus fuerit, illud proponat iudici, vt iam quasi pro iudicato habeatur: imo perat sententiam, quia non est confessi causa tuenda rei, extra de transac. prætera. 2. C. de cõfes. l. unica extra eodem, c. 2. & 2. qu. 1. nos in quenquam. Ea uero: quæ pars negauerit, per probationes inductas fatagat asserere, s. p dicta testium, uel per instrumenta, uel per priuilegia à se inducta, uel per præsumptionem, uel per iuramentum, & etiam per alia genera probandi: de quibus dixi ꝛ. de prob. §. videndum. & probatur. 22. q. 1. omne, quod. & extra de fide inst. per totum, & de præsum. illud. dicens sic: per A. & B. & C. testes, & per tale instrumentum, vel ius probatur primus articulus, qui talis est per D. & E. & F. probatur secundus articulus, qui talis est: & sic de aliis. De hoc autẽ & de articulis vide ꝛ. de teste. §. publicatis. & §. nunc videndum. legendo, si necesse fuerit, dicta singulorum testium, nisi super articulo negato fecerit mentionem: & quãto plures testes concordes habuerit, tanto melius erit, ut lxxxi. distinctione: in omnibus extra de offi. delega. prudentiam. §. 1. 20. distinctione, de quibus quoniam alias numerus testium, alias dignitas, alias fama consentiens, confirmat rei, de qua quæritur, fidem, vt 4. quæstione 3. §. item in criminali. in prin. extra de testibus, in præsentia. Quod si aliqui testes discordes videantur, concordet eos, si potest de pœnit. distinctione 1. periculose. extra de testibus, cum tu. argumen. 11. quæstione 3 antecessor. ff. de liberis & posthu. si ita scriptum. C. de inoffi. dona. l. vnica, in authen. de exhiben. & intro. reis. § fi. ff. de rebus dubiis, quoties. Distinguat enim tẽpora, modos & qualitates, & cõcordet scripturam, 2. quę. 1. si peccauerit. super quo dic, ut in præd. §. publicatis. Item si præsumptiones, uel instrumenta faciunt cum dictis testium, alleget ea ad confirmandam testiũ fidem, arg ff. de probat. l. fin §. 1. 4. q. 3 uer. solam. C. de testibus. l. solam. Inducat etiam omnia iura & rationes, quæ faciũt ad id, qđ probare intẽdit, vt facit Nico. Papa. 3. q. 5. quia suspecti. vt iudex bene instruatur in causa, & simul cuncta iungat, & liget: quoniã

a qui allegat, alligat, secundum T.[a] vt omnibus simul conflictis &

4 sibi inuicem suffragantibus, probetur fortius, quod intẽdit. † nã triplex funiculus difficile rumpitur, extra, de treu. & pac. cap. i. & quæ non prosunt singula, multa, supple collecta, iuuant. ff. ex quibus cau. ma. necnon. § si quis sæpius. & ff. de pac. l. j. in fi. Inst. de o-

b blig. quæ ex consen. b ¶† Fundata vero intentione sua per probationes facti, tunc ad iuris probationes descendat, allegando & inducendo leges, & canones, & argumenta, exempla & rationes, q̃ suã fulciant intentionem, sicut Papa facit ext. de iud. nouit. § non igitur. extra de noui operis nuncia. intelleximus. & Augustinus xxviij. quæstione 1. c. sic enim valet. 11. qstione 3. c. summopere. ꝛ. §. proxi. versiculo primo: & si non habet casus expressos: argumenta & similia inducat, ff. de leg. l. non possunt. extra de rescrip. inter cæteras ff. de re mil. non omnes §. à barbaris & C. de quæst. milites. C. de prob. cum res. ff. de neg. gest. Nesennius. ff. si cer. pet.

6 lecta. ff. de excep. rei iud. singulis. ¶† Studeat autem multa prose inducere. nam pro illo iudicabitur, pro quo plures bone fecerint rationes, de pœn. distinctione. 4. §. finis. xlii. distinctione, duo, ad fin. Instit. de adopt § si uero. extra de probat. licet. in fin. lxv. distinctione, cap. 1. 2. & 3. de iur. & fac. ignoran. l. 1. ibi, tamen si non dũ satisfeciſti. Deterior enim est causa eius, contra quem plures faciunt rationes: extra de iure pat. suggestum. de re iudic. cum æterni. in fi. 28. distinctio. de Syracusanæ. Sed & ubi plura faciunt pro aliquo quam contra, pro eo pronunciatur, ut 23. quæstio. 6.

c cap. vides. & extra de iure patron. suggestum. cum suis concord. c licet sit argumen. contra 51. distinctione, designara. cum suis concord. Repetant etiam, & explanent argumenta sua toties, donec aduersarius intelligat, & iudex plenarie fit instructus: sicut facit Augustinus contra Pollentium, xxviii. quæstione 1. iam nunc prope finem, versic. intelligisne, quid dicam, & cætera.

7 ¶† Quòd si plures fuerint articuli, & positiones, ita faciat super quolibet: vel si iudices sint parati, exposito facto diligenter, & repetitis sub compendio quatuordecim, quæ continentur extra de prob. quoniam contra. dicat sic: Et quia scio vos gestare iura inscrinio pectoris vestri, idcirco ea coram vobis allegare omitto, vt C. de testam. omnium extra de appellatio. sæpe. in principio. Supplico tamen, vt ea, [& cætera omissa, suppleat discretio iudicantis, C. vt quæ desunt aduo. iudex suppleat, l. vnica, extra de postul. bonæ. In fine autem petat sententiam pro se ferri: petat etiam expensas, sic dicens: Per præmissa igitur, domine Iudex, constat luce clarius nos esse in causa victoriæ: vnde peto pro me sententiam ferri, & aduersarium mihi sententialiter condemnari: & expensas in lite factas mihi restitui, & restituendas esse per vos decerni, vij. quæstion. 1. capitul. sciscitatis. ibi, luce clarius, & cætera. & 3. quæstion. 6. hoc quippe. ibi, luce clarius. & 2 quæstion. viij. sciant. Quòd petere debeat expensas, probatur C. de iud. properandum. § fin autem. extra. de rescrip. capitul. fin. Prædictus modus allegandi probatur in concord. quæ sunt infra versicul. prædictus autem. Ager quoque sapienter, si quæ probata sunt; & per quos colligat: & ea cum suis allegationibus in scriptis consiliariis, vel iudici tradat, vt plenius deliberare valeant, quia non possunt de omnibus recordari: & ad hoc extra, de electio. dudum. j. titul. prox. verficul. auditis.

ADDITIONES.

a Secundum T. ¶ Vbi ꝛ. in 3. versi.
b Ex consensu. ¶ Supplet, per totum.
c Suis concor. ¶ Ibi not. in vlti. gloss. & solue: sed contrarium, vt ibi scripsi, scilicet. quòd in æquinalentibus singulariter & diuisim statur maiori numero: quando vero in illis est inæqualis autoritas, præfertur quandoque minor numerus personarum: de hoc de testi. in nostra. & rationum, vt in contrarijs: & est expressum ext. de elect. innotuit. Lanfran. in inferiori contrario se expediebat, dicendo, quod plus vi[illegible] emancipatum. & vide, quod no. 13. dist. duo mala

SVMMARIVM.

1 Instrumentum actoris, etiam testibus roboratum, multis modis impugnari potest.
2 Aduocatus rei potest allegare, iuribus & rationibus pro parte actoris inductis, non esse exemplis, sed legibus iudicandum.
3 Simili per unum inducto, & altero negante simile, cui incumbat probatio.
4 Allegationes partium qualiter sint in iudicio distinguendæ.
5 Iurium contrarietas multiplici ratione sopiri potest.
6 Contra ius causam perpetuæ prohibitionis habentis factum an ualeat.
7 In medio posita sepe ad principium & ad finem referuntur.
8 Dictio Forte, quandoque est nota assertionis, non dubitationis.
Vsque dictio quandoque exclusiue quandoque inclusiue ponitur.
Clausula, quidam alij, ad quid referatur.
9 Dictio Donec, dictio Amplius, & dictio Circiter, quomodo sumantur.
10 Vt dictio quandoque consecutiue, non causatiue ponitur.
11 Nunc dictio quid importet.
12 Causa cessante statuti, debet cessare constitutio & effectus.
13 Causa impulsiua quæ dicatur.
14 Argumentum à contrario non ualet, ubi ius expresse contradicit.
15 Præpositio In, multis modis sumi potest.
17 Masculinum genus an possit comprehendere fœminum.
18 Fœminium an possit comprehendere masculinum.
19 Apostolus denegat se habere consuetudinem contentiosorum.
20 Alleganda in iudicio duobus uersibus continentur.
21 Aduocatus rei, aut quilibet, quibus modis poterit soluere iura contra se inducta.
22 Fallacijs tribus possunt omnia contraria in iure solui.
23 Aduocatus debet factum suum aliter, quam actor proposuerit, asseuerare.
Oculi Domini super iustos: uultus autem eius super facientes mala.
24 Reus exceptionem in iudicio proponens, fit actor: & eam probare potest pluribus modis.
25 Allegationibus qualiter sit respondendum.

Aduocatus rei allegationes suas proponere debet.

4. §. Post hoc autem rei aduocatus, qui debet causam exercere, vt ẽ. §. nunc breuiter. surgat iuxta morem supra in principio præcedentis §. versi. nunc autem. est commemoratum, & per ordinem, quæ per aduocatum actoris fuerint proposita sub epilogo repetat, seriatim ad singula per eum proposita respondendo, & audacter cuncta per eum introducta prout poterit, destruendo: siue sit confessio, siue attestationes, siue instrumenta, siue aliqua supra scripta: dicẽs, Dominus talis superficialiter & colorate, sed non medullitus uisus est ostendere: q̃ suus clientulus foueat iustam causam: sed, ut cum pace sua loquar, non debuit coram tantis uiris propter salarium contra cõscientiam allegando ad gehennam ædificare, extra, de restit. spol. literas. ut eccle. bene. capitu. unico. Vel dic, ut supra de aduo. §. nunc de exordiis. Quod uero contra conscientiam dixerit, sic ostendo: confessionem igitur dicat fuisse reuocatam, quod dic,
1 ut supra de confess. §. fin. ¶ † Item testes, quibus actor suam intentionem fundauit, impugnet: quod multis modis facere potest, at signando contrarietatem, seu uarietatem, seu mendacium in dictis eorum, si potest, uel dicat, quod non reddunt causam sui dicti: uel quod non respondent ad interrogata: uel non deponunt super eo, ad quod inducuntur: uel quod sunt infames, uel alias inhabiles: & sic de aliis, quæ plene prosequere, vt supra de teste, §. primo. Item discordet eos per impossibile, & per præsumptiones, & per contraria, extra de probat. licet. in princip. extra, de causa pos. cum ecclesia. 3 quæstione. 9. capitu. nihil ominus. & capitu. pura. Item impugnet instrumentum: quod multis modis facere potest, ut dixi: uel de falso arguat. quod dic, ut supra de instrumen. edit. §. postremo. ¶ Item impugnet præsumptionem, dicens, eam temerariam, uel leuem, uel per aliam contrariam tollitur: quæ dic, ut supra de præsump. §. species. & sic de aliis, quæ in
2 facto consistunt, pro parte actoris inductis. ¶ † Exemplis quoque iuribus, & rationibus pro parte actoris inductis respondeat, dicẽdo, quod non est exemplis, sed legibus iudicandum: vt 2. quæstione. 7. §. hoc dicto. de consec. distin. 2 reuera. versic. sed quod. C. de senten. & interloc. omnium iudic. nemo. ¶ Iuribus etiam respondeat, dicendo, quod iura inducta pro similibus, non obstãt: quia aliqua dissimilitudo in eis inuenitur, ut 23. quæstio. 1. capit. sic enim neque. in 3. col. ver. non sunt itaque. & extra de sum. tri. capitu. 2. §. nos autem. ¶ † Sed si ego induco simile, & tu negas es-
3 se simile, quæritur, cui incumbet probatio? Rñ. tibi: quia verum[a]
a negas. ff. de proba. ab ea parte. præsertim si coloratè propono, & expressa sit identitas, seu similitudo, ut extra. de transla. inter. ver. sicut ergo. extra. de rescrip. inter cæteras. in fin. ¶ Præterea negãdo aliquid esse simile, implicas dissimilitudinem, & ideo eam probes, extra, de renun. super hoc. ff. de prob l. si filius. & melius, q̃ sint leg. per uenerabilem. §. uetum. & in præ. ver. non sunt itaque quod si hoc non probetur, non est simile, 27. q. 1. nuptiarum. in authen. de fide instr. in princip. Item respondeat distinguẽdo, & exponendo iura, vt ẽ. eodem. §. nunc breuiter. versic. ordo. & sol-
4 uendo etiam contrarietatem uel iam dicam. ¶ † Et generaliter distinguendo, partis alterius allegationes aliquas per interemptionem, uel per uim litere, ut facit Augustinus 23. q. 7. quod autem. & 8. distin. quo iure. Aliquas etiam per aliqua iura, & posteriora, & noua, ut ext. de rest. spoliat. sepe. 7. distinct. Moyses. ff. de legib. l. non est nouum. & l. seq. extra, de homi. si persodiens. Quasdam per ueriorem intellectum, ut 9. distinctio. quis nesciat extr. de fide instr. inter dilectos. Quasdam per rationẽ solam, 1. distinctio. consuetudo. & 9. distinct. sane quippe ratio. ¶ Prædictus autem modus allegandi & respondendi probatur 11. q. 1. quicunq; litẽ. 13. q. 1. §. 1. & 2. & per totum, & extra, de cõsue. cum dilectus. extra, de elect. cum nobis olim. extra, de probatio. licet causam de fide instr. inter dilectos. & in concor. quæ sunt in præ. ver. de or-
5 ¶ † Post autem iurium contrarietas multiplici ratione sopiri: puta dicendo illud prius, hoc posterius, vt ẽ. versic. & generaliter. & illud ius determinatur, seu interpretatur per istud, ff. de leg. & iõ. ut patet tertia quæstione tertia. offeratur. quæ determinatur quo
b ad possessionem mobilium, uel immobilium, per l. sciendum [b] ff. qui sãtisda. cog. extra. de maio. & obe. statuimus quæ deter-
c minatur [c] per illam, extra de constit. cap fi. ¶ Vel illud in ordinario, hoc in delegato: qui executioni mandata sẽtẽtia functus est officio suo, ut extra de offi. deleg. in literis. uel aliud in reali, aliud in personali: & hæ duæ solutiones probantur eodem titulo, quærẽti. ¶ Vel, illud de monachis, hoc de canonicis, ext. de statu mo-
d nachi. quod Dei. Argumen. contra ext. de postulan. ca. 2. [d] ¶ Vel, illud de Cistercien sibus, hoc de aliis monachis, qui non sunt tantum priuilegiati. extra, de rescri. cum ordinem. ¶ Vel illud in decimis prædialibus, hoc in personalibus, uel in primitiis, 16. quæstione j. quæst. ext de deci. ad apostolicæ. ¶ Vel, ibi erat lis contestata, hic non, ut extr. de dolo & cõt. prout. ¶ Vel, ibi agebatur petitorio, hic possessorio, extra, de resti. spolia. literas. §. nos autem. ¶ Vel, hoc illud expresse corrigit, extr. de consang. & affin. nõ debet & ff. de leg. 3. si quis in principio ff. de uerb. significationib. derogatur. extr. de iudic. uenerabilis. ¶ Vel, illud ius nõ fuit moribus utẽtium approbatum, 4. dist. §. leges. & 12 distin. diuturni. Institu. de iust. & iure, § ex nõ scripto. ¶ Vel à plurib. & melioribus hoc ius seruatur, quam illud, 19. distinctio. in canonicis. ¶ Vel, illud de rigore, hoc de misericordia, C. de iudic. l. placuit. l. distinctione, põderet. in fin. extra, de transactio cap. fi. 26. quæstione, ultim. alligant. ¶ Vel, illud de iuris asperitate, hoc de æquitatis misericordia seu mansuetudine, ob cõem utilitatem inductum, ut extr. de re iudic. abbate sane §. fin. libro 6. ¶ Vel, illud de consilio, hoc de præcepto, ut 5. distinctione, §. primo, & 14 quæstio. 2. quod præcipitur. & cap. præ. exemplum patet extra de obseruat. ieiu. capi. 2.
6 item de illis. & 23. quæstion 1. sic enim. ¶ † Vel, illud ius habet causam perpetuæ prohibitionis, & ideo non ualet quod fit contra illud, ut C. de legi. non dubium. extra de testibus, capitul. secundo,
e x. distinctio. uides. [e] 25. quæstio. 2. imperialem. hoc uero ius non habet talem causam prohibitionis: & ideo tenet, quod fit contra illud, ff. de uent. insp. l. 2. §. quod autem. Quidam tamen hanc distinctionem non approbant. Vnde potest dici, quod fit contra iuris prohibitionem, non tenet, nisi per aliud ius toleretur: quod contingit in multis casibus: ut ecce, simpliciter uolens prohibetur contrahere matrimonium: & tamen si contraxerit, tenet, 27. quæstione 1. nuptiarum. ¶ Item sẽtẽtia prohibetur ferri sub cõditione: lata tamen tenet, 2. quæst. 6. biduum. ¶ Item sententia excommunicationis prohibetur ferri monitione non præmissa: lata tamen tenet, extra de sent. excom. sacro. Item prohibetur, ne episcopus consecret ecclesiam in alterius diœcesi: si tamen cõtra fecerit, tenet, 7 quæstio. 1. episcopus in diœcesi. ¶ Item ne quis sine examinatione ordinetur: si tamen contra fiat, tenet, 24. distinctione, quando. ¶ Item præcipitur, ut de calumnia iuretur: si tñ omittatur, tenet processus & sententia. C. de iur. calum. l. 2. § sed
f quia uerendum. [f] & sic de similibus. ¶ Vel, ibi non ponitur ius, sed factum

ADDITIONES.

a Verum. ¶ quod ius sic scripsit de constitu. translato. super vltim. glo. vbi uidere potes, quorum sint hoc dictum.
b Sciendum. ¶ Nouum uidetur hoc dictum, quod authentic. determinetur per l. Digestorum: sed dic quod determinatur, id est, intelligitur.
c Determinatur. ¶ Hoc proprie.
d C. 2. ¶ Fateor, quod in multis differunt, licet & in multis cõueniant, ut ibi in fin.
e Vides. ¶ Vbi de hoc & ibi etiam aliqua not. de inferioribus exẽplis: de hoc etiam extra de sponsa. duor. tua.
f Veremur. ¶ Et de iur. calum. cap. j. & j. libro 6.

factum narratur,sic potest intelligi 7.q.1.præsentium.in princip. extra de re iudic.libro 6.abbate.& no.j. de appellatio.§. qualiter. versi porro.¶ Vel, in principio factum narrat: in fine cõcord. ut extra de fide instrum. ex literis. extra de appellat. secundo requi-
7 ris.† Ea enim,quæ in medio ponuntur, sæpe ad principium & ad finem referuntur. vt ibi dicitur. Argum.contra,quia non ad omnia præcedentia, sed ad sequentia interdum clausula refert, ut extra,de donat.cum dilecti. Item in eadem oratione cõtenta nõ debent ad diuersos intellectus referri,ut extr.de baptis.maiores. §.cæterum.Et no.quod clausula in medio literarum posita, complectitur tantum præmissa:sicut sunt plura negotia non se contingentia:sed si articuli sunt connexi, non refert, utrum in principio uel in medio,uel in fine ponatur:quia tunc,cum aliquid prohibetur in uno,etiam in aliis intelligitur esse prohibitum, quæ in literis continentur,ut extra,de appellat.inquisitioni.& in præ.capit. secundo requiris.& extra,de rescrip. olim.& vide, quod not. supra de edit.instrument. [a] Item clausula [b] illa. Et ultra, ad modicũ
a tempus refertur,nisi aliter in libello exprimatur ut extra de dila-
b
8 literæ.ff.de uer.sig.hæc ad dictio.¶†Item dictio, Forte, & dictio, Forsitan,quandoque est nota assertionis,& non dubitationis:extra de testa.quia ingredientibus,de procur.ca.tuæ 33. quæstione 2.admonere.cir.med ¶Item dictio Vsque, quandoque ponitur
c exclusiue,extra,de episcopo,qui renunc episco.c.1. [c] quandoq; uero inclusiue,ut 93.distinction. à subdiacono. ¶Item clausula, Quidam alij,ad quatuor tantum refertur,vt extra de rescri.cum
9 in multis libro 6.¶†Item dictio Donec,quandoque sumitur pro Vt,extra de uerborum significatio Ioseph. & capi. quod dicitur. Item dictio Amplius,ad modicam quantitatem refertur.Similiter & hæc dictio Circiter,& similes.extra, de uerborum significatio.cum inter uos ext.de despon.impub.c.fin.¶Item Diutius,extenditur ad biennium,vel quinquennium, uel arbitrium boni vi
d ri,ext.de coniu.lepr.c.1.ff. de pac.quod dicitur. [d] ¶Item Maxime,quandoque ponitur pro Tantum,ut ext.de fil. presb.ad abolẽ
e dam. [e]¶Item Mox,ponitur quandoque pro Incontinenti, ff. de testamen.hæredes palam.in fi.extra, de elect. quia propter. & cacum post.quandoque pro spatio decem dierum, ff.de constitut. pec promissor,quandoque pro anno,20.quæstione 2.si in qualibet.& capitul.puella quãdoque pro triduo, C.de iudic.cum specialis.¶Item qualiter intelligatur Celeriter,habes extra, de loca. & con.ca.fin.¶Item de uerbo Statim,ff. de damno infecto,damni.§ Sabinus.& ff. de solu.quod dicimus.¶Item de verbo,Quam primum,ff.de administ.rer.ad ci.pertinen.l.2. ¶Item de uerbo,
f Sine dilatione,in authent.ut nulli iud.§. illas. [f] ¶†Item dictio Vt,
10 quandoque ponitur consecutiue:& nõ causatiue,C. de seruitu. & aqua.lege prima,& 1.quæstione 1.benedictio.cum suis cõcor. ¶Item per clausulam Vocatis, qui fuerint uocandi,debent uocari omnes.quorum interest.extra,de iudiciis,exhibita. ¶Item qualiter intelligitur clausula illa, Quantum de iure poteris. habetur extra,de rescript.causam,quæ. ¶Item clausula illa, Quantum de iure poterimus, procedemus, semper ponitur post peremptorium.ut patet extra,de in integr. restitut.tum ex literis. in fin. de dol.& contum.cum dilecti. ¶Item de aliis clausulis vide s. de re-
11 scrip.præsent §.ratione formæ.¶†Item dictio, Nunc,importat, ut quid sine dilatione fiat,C.de inoffic.testam.sancimus § cum autem quis uersicul.sancimus.28 quæstione 1. iam nunc. ¶Item de uerbo,Tunc,ff de cond & demonstra.l.4.& l.si is ita. ¶Item quæ hic desunt,uide in Repertorio in titul.de uerborum significatio & in tit de rescript.¶Vel talis auctoritas sic debet ex vi literæ intelligi,ut in præ.§.cæterum. Argumen. contra 1. quæstione 1.Marcion.ext de uerborum significatio.intelligentia.& capitu.
g præterea. [g]¶Vel ibi interrogatio posita non infert negationem sed potius difficultatem,uel raritatem:not.de pœn.distinctione: 1.§.quod autem ver.sed huius.& §. sequen. & sic intelligitur 32. quæstio. 2. quid in omnibus. Quandoque uero negationem infert, ut extr. de elect. uenerabilem. prope princip. ibi, nunquid enim,&c.& ver.quod autem ¶Vel,illud uetus,hoc nouum: qd̃ soluere non ualet ouum: puta olim licitum erat episcopis deponere episcopum in concilio,vt 2.quæstione 1.primates hodie nõ ut 2.quæstione 6 ideo. & 3. quæstione 6. quamuis. & capitu. sequen.extr de offic.leg.quod trãslationem.& s. uer. generaliter. ¶Vel,illud est priuilegium,hoc ius commune,7 quæstione.1.petitii.3.distinct.priuilegia.28. quæstione. 2.non exemplo.de regularib. quia in insulis. ¶Vel, illud est priuilegium personale, hoc reale,extra,de inst.capitu.penultim. extr.de uerbo. significa. abbate.25 quæstione 2.§. fin. ¶Vel,illud, ubi timetur scandalum, hoc ubi non timetur,l distinctione.ut constitueretur.ext.de cle. excommunicato,latores ¶Vel,illud ubi quis plus,seu pluries deliquit:hoc,ubi semel,ut C.de episcop.aud.nemo. 25.q. 2. ita nos. extra,de iudi.cum non ab homine. ¶Vel, ibi Papa loquitur ma-
h gistraliter, [h] hic papaliter. ¶Vel,ibi de comparatiõ promissione,hic de iure,extr.de spon.ca. 2.in fi. ¶Vel, illud in foro animæ, hoc in iudiciali,extr.de senten. excom. inquisitioni. & extra, de spon.tua.¶Vel,illud statutum fuit ob necessitatem,quæ nũc cessat:hoc ab[s]q; ulla necessitate, 1.quæstione 7. quod pro remedio, & quæst.1 quod pro necessitate.extra,de elect. cum in cunctis.in
12 princip.† ¶Vel, illud statutum fuit ex causa, quæ nunc cessat, ideoque cessare debet constitutio,ut extra,de iureiurã.& si Chri
i stus.ubi de hoc,& de renun.post translationem.§. cæterum. [i] qd̃ uerum est in causa finali,ut ff.de cond.ob turp.caus l.1.& 2 C.de cond.ob causam,l dictam.non in impulsiua,ut no.in præd.decr. ¶Causa autem finalis est, cum constitutio ob fauorem inducta est, ut cum in fauorem condemnati statutum est, quod possit à grauamine appellare: & sic est causa finalis. Cessante ergo causa tali,scilicet grauaminis cessat ius extr.de appellat. cum cessante. ext. de uoto,magnæ.in fin.Sed contra 32. quæstione 7. capit. fin. ubi dicitur, quod licet aliqui iungantur matrimonialiter causa prolis habendæ,& sic est causa finalis,non tamen separantur,licet prolem nequeãt procreare. Sed illud speciale est in matrimonio,sicut & alia multa,quæ not.extr.ut lite non contest. capit.1. ¶Vel dic,quod non semper illa est causa nubendi: imo quando que quis nubit,quia nequit resistere stimulis carnis,ut extr.de eo
13 qui duxit in ma.Iordanę.& 32.distinctio.solet.& §. præd.¶†Causa uero impulsiua est,cum in odium alicuius aliquid statuitur:ut propter garrulitatem Calphurniæ statutum est, ne mulieres postulent,ff.de postul.l.j.§.sexum.Item propter fugitiuos & criminosos statutum fuit,ne clerici sine literis commendatitiis recipiãtur,ut 93 dist.n.§.1.& cap.Afros.& tamen extenditur ad nõ criminosos:quia licet causa impulsiua cesset, non ideo constitutio cessat,ut 19.quæst 2 duæ.¶Vel illud secundum leges,hoc secundum canones.x.dist. cap.j.extr.de offic.deleg.super quęstionum. §.intentionis.extra,de testa.filius. 33.quæstio.2.inter hęc uera ¶Vel,illud statutum fuit propter magnam importunitatem petentium & inconsulte hoc proprio motu & cum deliberatione, extr.de pur.can.c.cum in iuuentute prope fin.de rescrip. si quan-
k do.C.libro x.de petit.bo.sublat.l.1.de pœ.distin. 1.importuna. [k]
14 ¶† Vel,non obstat sensus inde à contrario sensu sumptus, cum in hoc casu ius expresse contradicat:& argumentum à contrario non ualet,ubi ius expresse contradicit,uel est contra bonos mores,ut C. de condi.insertis, l. 2. C de iurisd. om.iud nemo. C. de episcop. & cleric. conuenticula licet alias sit ualidissimum, ff. de off.eius,cui man. est iurisd l 1. extr. de reg. & transad rel. cum virum.extr.de his, quę fi à pręl.fin. con.ca. cum apostolica. in fin. 8.quęstio.1.sciendum.23.quęstio.2.sane.quod facit ad hoc 37.di
l stinct.relatum. [l] ¶Et breuiter dic, [m] quod quando Si uel quia po
m nitur in modum causę, tunc ualet, & fortissimum est argumentum à contrario sensu sumptum,ut in pręl.1.de off.eius,cui mã. est iurisd ff.de iure pat.adigere, si uero supponitur pro Quando, id est,in uim modi, tunc non semper ualet: & ad hoc facit extra,
n de uer.sign.abbate. [n] ¶† Vel In,ponitur pro Valde,ut extr.de si-
15 deiuss.c.j.& ff.de lib.& posthu.Gallus §.ille casus.in auth.quom. opor.epist §.quanta.ibi,irreprehensibilem,id est ualde reprehẽsibilẽ. Quandoque uero ponitur In,pro fine,vel Non.ut in authẽ. Colla.2 de incest.nupt. § & hoc quidẽ.ibi, innoxium.& de fide instr.respon 2 ibi,innumeras.& ff.de cõd.indeb.frater à fratre.ibi,indem-

ADDITIONES.

a Instrumen. ¶ §.nunc autem videndum.ver.item excipe.& vide quod infra dixi.

b Item clausula. ¶ Hucusque ad uer.vel talis. principaliter ponit de uerbor.signifi.de quo satis Azo in brocar.sub rubrica, de verborum effectu & significatione: sed hodie habentur de hoc uolumina per alphabetum ordinata.

c C.j. ¶ Et ibi plene de hoc scripsi super 1.gl.

d Dicitur. ¶ De hoc dixi de fide instru.c.fin.

e Abolendam. ¶ De hoc dixi super gl.hoc ideo.

f Illas. ¶ Et ibi de hoc.

g Præterea. ¶ Solue,ut ibi no.in gl 2.

h Magistraliter.¶ De resti.spo.literas.uersic.nos autem.& ibi no. in glo.2.

i Cæterum.¶ Vbi de hoc in glo.argum.est hoc:uide,quod ibi dixi, & ibi plena rémissio,& in regula,decet concessum.de reg.iur.libro 6.

k Importuna. ¶ Vel ibi gratia petita,hic proprio motu data: de præbend.si motu proprio.& cap.si pluribus.libro 6.

l Relatum. ¶ Multos canones, in quibus procedit.& in quibus non procedit arg. à contrario sensu, collegit Ioan. de Deo in distinctionibus char. 3. ¶ ADDE glo.& Doc.in c.significasti.extra de fo.comp.ubi habes, quando argum.à contrario procedit.

m Dic.¶ secundum Iacob.de quo dixi in remiss.quam infra dabo.

n Abbate.¶ De hoc scripsi de elect.publicato super ultim.gloss.circa fi.2.col. ibi,secundam opinionem coadiuuat.&c.habetur per Vber.super præd.l.1. talis doctrina,quod hoc argu. cessat, quoties eadem ratio est in contrario, quæ in prohibito:exemplum in legibus 1.& 3.superius alleg.

a bi, indemnis. & extra de rescrip. præsenti. in fi. ibi, impune, [a] quandoque pro Male, in auth. de iud. §. quia vero ibi, incautum, id est male cautum. quandoque ponitur pro Vt, ff. de cond. fur. l. j. quãdoque pro Propter, vel pro Circa, ff. de triti. in hac. secundum vnam literam, id est, propter, vel circa hanc. quandoque pro Cõtra, ut C lib. 10. de fide instr. & iure hastæ fisc. l. duplex. & 2. q. 1. si peccauerit in te, id est, contra te. quandoque pro Non, ut 40. distinctione, si Papa innumerabiles. & extra de sen. excom. Romana. §. fin. ibi, innoxios libro 6. & 25. distinctione. § nũc autem. ibi, irreprehensibilem. 43. distin. sit rector. in principio. ¶ Vel, licet contradicant sibi, quo ad superficiem, seu corticem literæ, non tamen quo ad medullam, seu radicem mentis, j. q. j. Marcion. de consec. distinctio. 4. nullus autem. ibi, hæretici scripturas habent ad speciem, id est superficiem, non ad salutem, id est medullam. ideoque distinguendum est, ut concordet scriptura, 2. q. 1. si peccauerit. 29. distin. capitu. 1. & 2. ¶ Vel, illud est comminatio, quæ non habet vim sententiæ, hoc verum ius est, C. comminatoria. uel epistolas. l. 1. & per tot. ¶ Vel, illud est canon, latæ sententiæ, 17. quæstione 4. si quis suadente. hoc dandæ, 30. distinctione, per totum: quod exemplifica, ut no. in Repertorio sub tit. de senten. excommunicat. in rubrica, casus, in quibus quis est ipso iure excommu-
b nicatus, & in titulo sequen. [b] ¶ Vel, ibi supplendum est Maximè
c vel Tantum: & sic non contradicunt, [c] ut extra de exceptio. aduersario. ibi, tempore motæ litis. & de conuer. cõiugatorum. charissimus. ¶ Vel, ibi exponitur Præsertim, scilicet Tãtum, vt extrá
d de dolo & contuma cap finem. secundum quosdam. [d] ¶ Vel, ibi non respondetur ad quæstionem propositam, hic sic, prima quæstione quarta, quia præsulatus. & extra de officio delegati, prudẽtiam. in principio. ¶ Vel unum ius tantum dicit illud, hoc plura asserit, ut ui gesima distinctione, capit. de quibus. in fi. extra de officio delega. prudentiam. prope principium. 81. distinctione. in omnibus. & in concordan. quæ sunt supra §. proximo, versic. studeat autem. ¶ Vel, hoc ius efficacioribus rationibus fulcitur, quã illud, ut in eisdem concor. & extra de re iudica. suborta. ¶ Vel, illud obscure dicit, hoc clare: quarta distinctione, erit. ¶ Vel, illud loquitur indistinctè, hoc vero cum distinctione, ext. de fer. capellanus. ¶ Vel, illud ius vagatur, tanquam incertum, extra corpus iuris, hoc in eo clausum est, extra de fide instrumentorum, capit. pastoralis, & in prooem. Decretal. §. sane. ¶ Vel, illud loquitur in tali casu, hoc in tali, de pœn. distinctione prima. §. quod autem. versiculo, sed huius. & §. potest etiam. & infra versiculo, uel tale. extra de his, quæ fiunt à prelatis sine consen. ca. c. cum apostolica. extra de translatio. episcop. inter corporalia, secunda quæstione prima, si peccauerit. ¶ Vel, illud secundum cõsuetudinem vnius ecclesiæ, hoc secundum consuetudinem alterius, extr. de decim. cum sint homines, 76. distinctione, capit. utinam. extra, de sepul. certificari. de consuetudine, cap cum olim. vndecima distinctio-
e ne, ca. in his. argum. contra 12. distinctione, illud. [e] ¶ Vel, illud generale hoc speciale, extr. de rescri. ca. 1. & ca pastoralis. ff. de reg. iur. in toto. ¶ Vel, illud speciale est in fisco ff. ad muni. simile. argumen. tamen contra ff. de pe. hæred l. 1. prope princip. C. de iur.
f fisci, iustas. & ff. e. [f] item ueniunt. super quo dic, quod si lex, quæ in filio loquitur, ponit ius commune, tunc trahenda est etiam ad priuatos, ut in præ. conc. & ff. quod cuius. vniuer. no. l 1. & in similibus: si uero ponit ius singulare, tunc non, ut in præl. simile. & similibus & 26. quæstione 2. non exemplo eod. s. ver. vel illud est priuilegium. ¶ Vel, tale verbum ibi positum, sic intelligitur, ut extr de transla. inter corporalia §. sed neque. ext. de verb. sign. abbate. Vel, non refertur ad proxime dicta, scilicet ad præcedentia: sic intelligo, & lego extr. de testamen. officij. in fin. vers. saluis. extr. de coniug. leprosi. c. 1. in fin. ver. quos si. & probatur extra, de do. cũ dilecti. & de resc. causam, quæ. de hoc s. de inst edi §. nunc autem. ver. item excipe. ¶ Vel illud de exceptione dilatoria, hoc de peremptoria, ext. de excep. pastoralis ¶ Vel, illud in cã criminali, hoc in ciuili, vel criminali, & ciuiliter mota. extra, de proc. tuæ. de accus. super his. in fi. 5 quæst. 3. in criminali extr. de reg. iur. libro 6. ¶ Vel, illud ius non excludit hoc. ext. de testibus, cum tu. de pœ. distinctione prima, periculose. ¶ Vel, illud de disputatione, hoc de rigore, ut extra, de cõsanguinitate & affinitate, qđ di
16 lecto. 13. distinctione, nerui. † ¶ Vel, ibi debet exponi Vel, [g] Vt,
g C. de nox. ac. l. 1. in prin. ¶ Vel dictio illa proprie & improprie ponitur, ut extra, de postulan. bonæ. 1. C. de iustin. Cod. [h] firman.
§. si quæ vero pragmatice. C. de ser. fug. quicunque. ff. de officio
17 proc. l. 2. ¶ † Vel, ibi masculinum genus comprehendit fœmininum, ut ff. de iure fisc. ait diuus, ita. C. de fideicom. l. penul. C. vnde
h vi, si quis in tãtam. [h] Super quo dic, quod masculinum genus aut profertur à lege, aut ab homine: si à lege, tunc fictione iuris comprehenditur fœmininum sub eo, ut quod traditur in masculo, intelligatur traditum & in fœmina: & hoc siue tractetur de odio, siue de fauore, ff. de verborum significatione, l. 1. [i] & l. testamento. & ff. de constit. pecun. l. 1. §. 1. ff. de negotiis gestis, l. 3 §. 1. & hoc nisi id, quod constituitur in masculino, tale sit, quod non con-
k gruat mulieri nam tunc non comprehenditur. [k] Vnde procurator est, qui negotia domini mandato administrat, ut ff. de procurat. l. j. Sed non est procuratrix, quæ mandato dñi negotia adminis-
l strat. ff. de procur. l. j. [l] quia hoc virile officium est, C. eo. alienam. ff. eo l neque. Licet sit arg. contra extra, de confir. uti. uel inutil.
m cum dilecta. § quia uero. [m] Idem est in multis casibus, quos no. supra de procur. §. j. versi regulariter. Si uero profertur ab homine, puta à testatore, aut tractatur de odio, aut de fauore: si de fauore, puta de legatis, de tutoribus dandis, & huiusmodi, tũc iuris interpretatione sub masculino comprehenditur fœmininum. ff. de lega. 3. qui duos mulos. & l. seruis legatis. si de odio, puta de exhæredatione, tunc non. ff. de uent. in pos. mit. l. j. § j. & est ratio, quia fauores ampliandi sunt, & odia restringenda, ff. de liberis & posth.
18 cum quidam. ¶ † Verum licet sub masculino comprehendatur fœmininum, non tamen hoc contingit e contra. hoc enim pernicio sum esset exemplo, ff. de legat. 2. si ita scriptum sit. Masculus enim dignior femina est, ff. de statu homin. in multis extr de pœ. & remiss. noua. Vnde honestius est, minus dignũ sub digniori cõprehendi, quam e contra ff. de acquirer. do. l 1. C. de transact. l. fi. de consec. eccl. uel altar. quod in dubijs. extra, de rescrip. sedes. In casu tamen speciale est fauore matrimonij, ut sub femina masculus comprehendatur. Nam lex Aelia Sentia, quæ prohibet patrono cõgere libertam iurare, ne nubat, locum habet etiam in liberto, ff. de iure pat. adigere. in principio, & l. qui contra legem. Posita quoque vna solutione, seu responsione, potest poni, & alia, ut extra, de resti. spo. literas. & poterit tũc uti uerbis Hieronymi su-
n per Euangelium, quod legitur in festo Innocentium: [n] posito enim

ADDITIONES.

a Impune. ¶ Hanc hodie non habemus: sed habetur idem ver. de consti. c. 2. lib. 6. in fin.

b In tit. seq. ¶ Vide in cle. de sen. excom. c. 1. in glo. est sciendum.

c Contradicunt. ¶ Iura, quibus fit altera illarum suppletionum. hoc dico, quia Maxime, comparatiue sumptum: & tamen bene sunt contraria: facit s. versic. item maxime. Circa quod sciendum est, ultra id, quod scripsi post Goffr. de causa poss. ecclesia, super ver. tantum, s. q. hæc dictio implicat negatiuam: nunc dico, q. quandoque designat quantitatem in numero, vel reportat vtrunque, extra de consti. cum M. primum ibi, 14. præbendas tantum, secundum Vber. nisi in tantum, &c. patet hoc, cum mandatur mihi tãtum dari, vt alius, vel ut illi, ut ibi ad fin. eo. ritu. cum omnes. de verbo. signi. olim. & tunc etiam ponitur relatiue: dixit Accurs. C. de cust. reo. l. fin. quod quandoque ponitur in ui nominis: ad hoc in authen. de rest. & ea, quæ pa. §. vnum si quidem. ibi, tantum tempus. ad idem in auth. de defen. ciui. ad fin. Colla. 3. ibi, quanto quis melioribus præst, tãto maior, &c. & hoc adapta-tur etiam in corporalibus, quæ non consistunt in numero, pondere, vel mẽsura. extra de iudi. nouit. ad fin. ver. ne ignorur. de simo. tanta. & c. in tantum. de excess. lib. præl. tanta. Quando vero aduerbialiter ponitur, regulariter habet separare, uel excludere omnes alios casus, uel personas: patet C. de patri. qui fil. distrax. l. 2. circa quod vidẽ, quod scripsi de reg. iur. in arg. lib. 6. sup. i glo. & facit ff. de pac. l. sed si tantum. Quandoque tamen non excludit omnes, sed certos tantum. C. de præd. mi. l. ob æs alienum. cum sua gl. de iur. om. iud. l. 2. etiam cum glo. ad idem ff. de acqui. pos. l. j. §. per seruum. 2. Quandoque nec certos, ff. de uerb. sign. cum in testamento. ubi dicitur Dum taxat, extenditur, ubi testator dixit, expendat in monumento centum aureos duntaxat. Quandoque etiam designat tempus incertum. ff. de stip. ser. si seruus communis Mœuii. §. fi. quantam pecuniam tibi in calendis mutua uero, tantam dare spondes?

d Secundum quosdam. ¶ Hostien. & Ab. contra, ut ibi scripsi: cõcor. vide 12. dist. illud.

e Illud. ¶ Verum est, quod aliquorum consuetudines non subuertuntur per consuetudines aliorum, ut ibi: sed per hoc non negatur, quin arctentur per proprias.

f ff. eo. ¶ f. de peti. hære. item ueniunt. §. cum autem. & §. aptanda.

g In princ. ¶ Decr. hoc verum, ut dicitur j. ante fi. tit.

h In tantam. ¶ ff. de adop. l. hoc autem. cum l. seq. ff. de iurisd. iud. si quis id §. 1. & ibi materiam habes per Guid. de Suz.

i L. 1. ¶ Ibi de hoc per Acc. & per Dy. de hoc etiam de ele. generali. lib. 6. in gl. 2. per Cyn. de ser. fug. l. quicunque. vbi prius Albericus antiquus doctor materiam distinxerat: & uide per Archid. ad saturitatem 17. quæstio. 4. si quis suadente. super 1. gl. & quia quod notauerat de hoc Hostien. in decre. Rayualdus. de testa. in prin. ipse satis ibi collegerat, & propter materiã decre. prolixam ibi non posuit: remissionem dedi: non tamen omittam, q. in l. quicunque. & c. si quis suadente. propter famositatem legis & canonis, posita est per prædictos hæc famosa materia: non, quia materiam textuum illorum directe respiceret. & in hoc Gui. de Suz. commendo, qui pertinenter posuit, ubi s. licet ẽt per eũ aliquid de hoc habeatur super l. quicunque.
ADDITIO. Adde tu omnino uidendum Bart. Soc. in suo tract fallen. in regula 255. ubi ponit regulã affirmatiuam, q̃ limitrat pluribus modis: & uide per Hippo. de Marsi. sing. 20. incip. masculinum genus. & singul. 39. incip. capias unum. & sing. 191. incip fæpius iam dixi. Henric. Ferrand.

k Comprehenditur. ¶ Bene facit de statu regul. ea quæ. in fin.

l L. i. ¶ Communiter non approbatur hoc exemplum: quia lex ista nõ dicit, quis possit esse procurator, sed diffinit: quæ diffinitio caderet in fœminam, casibus, quibus dari potest procuratrix, ut sequitur.

m Quia uero. ¶ Illud speciale in Papa, ut ibi no. in glo. fic ergo.

n Innocentium. ¶ Matthæi 2. ca. & loquitur de uerbo, ex Aegypto uocaui filium meum. quod habetur Oseæ 11. c.

enim ibi uno intellectu, subijcit sic: Possumus locum istum & ali
19 ter consolari, † propter contentiosos, quorum consuetudinem Apostolus denegat se habere. Sunt enim quidam curiosi, qui de illis, quæ nō expediunt, facile disceptant, ut extra, de sen. & re iu.
20 abbate sane. prope fi. lib. 6. † Et generaliter omne contrarium facile solues, si attendas. quæ his uersibus continentur:

Causa locus, tempus, persona, rigor, nouitasque.
Antiquum, bonitas, uetо, consulo, præcipioque:
His si iungatur permissio, ius uariatur:

quasi omnia, quæ in primo uersu continentur, probantur xxix.
a dist. c. 1. 2. & 3. [a] & 13. distin. sicut. Causa, vt in neophyto, 43. distin. c. 1. & 2. & in promotione monachorum ad sacerdotium, & ad curas animarum: quod ex causa, scilicet propter penuriam clericorum, obtinuit tempore Gregorij, 55. distinc. priscis. Locus, ut in orientalibus, vt 31. dist. aliter. & c. quoniã. & c. Nicæna. extra' de cle. coniug. cum olim. Tempus, vt in uxoribus Abrahæ, 32. q 4. obiciuntur. & in matrimonio in tertio & quarto gradu contrahendo: quod ex causa ad tempus cōcessum fuit Anglicis, 35' quæ. 3. quod scripsi. Persona, ut in Ambrosio neophyto electo, vt 63. dist. Valentinianus. 62. dist. § his omnib. vt 7. q. 1. petisti. Rigor, ut presbyter post lapsum deponatur, vt 82. distinct. presbyter. 3. q. 7. si quis. 50. dist. c. 1. & 2. j. vers. prox. Nouitasque, vt 35. q. 3. quædam. extra. de diuor. cap. fin. Antiquum, vt 35. q. 8 de gradibus. ff. de ritu nup diuus. alias incipit, qui in prouincia. argumẽtum contra, extra, de eo, qui dux. in ma. quam pol. per adult. cum
b haberet. extra, de consue. c. fi. [b] Bonitas, ut in hæreticis, i. quæstio. 7. conueniẽtibus. Vetо, vt 14. quæst. i. quisquis. ut de uxore nō dimittenda excepta causa fornicationis, 32. quæstio. 1. dixit. & quæstione 5. præcepit. & de non accedendo ad aliam, ut ea. causa, quæst. 6 non mœchaberis Consulo, ut 23. quæstione 1. §. 1. in prin. ibi, sed si qs re percussit in una maxilla, &c. & de uxore post fornicationem reconciliãda, 32. quæst. 1. quod autem. & de continentia capienda, vt ca. q. integritas & 33. quæstio. 5. qui sit it. & de non dimittenda coniuge infideli cohabitare uolente, 28. q. 1. iam tunc & c. sic enim. Præcipioque, vt Diliges dominum Deũ tuum, vt 3. distinctione, omnis. in fin. & 26. quæst. 5. nec mirum. in fin. & redde debitum uxori petenti, 30. quęstio. 5 c. 1. & 2. Permissio, ut in his, qui continere nequeunt, 28. distinctio. de his. & concubitu coniugali, qui fit causa incontinentię, qui permitti-
21 tur, ut grauiora uitentur, 13 dist. nerui. ¶† Item nota, quòd quædam iura loquuntur secundum iustitię rigorem, ut de peccante post baptismum acta pœnitentia non promouendo, 25. distinctione, primum. 48. distin. quoniam. de crimino sis post pœnitentiam tolerandis, i. q. 5. ca. 1. & fin. 50. dist. ponderet. 34. dist. fraternitatis. Item quędam sunt dare sententię, quędam dandę, ut §. Hęc igitur illa canonũ varietas, de qua dicit Ilidorus, q̃ ea ignorata & medullitus nō perscrutata, multi in erroris labyrinthum intrando impingunt, vt 29. distin capitu. 1. His igitur modis pōt advocatus rei, & quilibet peritus facile soluere iura contra se in-
22 ducta. ¶† In summa nota, q̃ fere omnia cōtraria in iure per tres fallacias soluuntur: scilicet per fallaciam equiuocationis, accidẽtis, & secundum quid, & simpliciter, siue per aliter, & per simpli
c citer aliud, & per secundum aliud. [c] De fallacia equiuocationis tale est exemplum. Dicit lex, quod mancipium, quod est in causa redhibitionis, debet emptor exhibere, ut C. de ędil. ac. l. fi. Sed contra: quia si mancipium emptum, quod erat in causa redhibitionis, mortuum fit, non debet exhiberi, ut ff. de edil. edic. q̃ si no lit. §. si mancipium. & l. redhibere. § fin. imo possibile est hoc, qa Exhibere est copiam uidendi & palpandi facere, ut ff. ad exhib. l. 2, & de lib hom. exhib. l. 3 §. ait ꝓtor. Sol. in prędl. de ędi. act. ponitur Exhibere, pro Probare, ut ibi no. sed in illa Ad exhibendũ, ponitur, vt faciat copiam apprehendendi, ut supra dic ergo, aliter hic, & aliter ibi. Item aliud exemplum: dicitur extra, de elect. quod sicut. in princip. quod per nominationem non acquiritur innominato: contra eod titu. cum in iure. & capitu. publicato. & 16. q 7 contra sanctorum sed dic, q̃ in c. quod sicut. nominatio sumitur pro tractatu, qui electionem precedit, in quo per uerba de futuro nominantur diuersi: in contrarijs vero ponitur pro expressione consensus per uerba de presenti de hoc not. 63 distinctio quanto. In fallacia uero accidẽtis sic exemplifica: De iure naturali debet nemo cum alterius iactura locupletari, ff. de condic. indeb. nam hoc natura. extra de pœnis, suam. sed contra ff. de usucap. l. 3. SOL. Inspecto hoc accidenti, iure naturali nemo cũ alterius iactura locupletatur: sed tamen inspecto hoc accidenti iure ciuili sic: & ita aliud ibi, & aliud hic. Item contrarietas illorum exemplorum, 16. quęstione 1. quoniam. & 12 quęstio 2. cum de notissimam. soluitur extr. de his, quę fiu. à prę. sine consen. capi. apostolica. Per simpliciter aliud in fallacia, secundum quid simpliciter, exemplifica sic: dicit lex, quod si patronus arrogat libertum suum, consequitur libertus iura ingenuitatis, ff. de ritu nupt. sciendum. 2 sed contra ff. de sta. hom. l. fi. vbi adoptatus libertus à patrono, non cōsequitur iura ingenuitatis. SOL. Consequitur ea, quo ad quædã, videlicet vt nec patronus, nec filius habeat ius patronatus in eum, quo ad successionem: & sic est ingenuus, quo ad quid, vt in d. l. sciendum. sed quo ad alia, remanet libertinæ cōditionis, vt in l. contraria: & sic aliud hic, & aliud ibi. Sic ergo cōtraria soluuntur per aliter, & per aliud, & per secundum aliud. Item aliud exemplum de secundo: aliud dicitur extra de elec. Cumana. quod persona electa non facit numerum: contrarium dicitur eod. titu. cum in iure. Sed primum obtinet de iure communi, secundum verò ex virtute compromissi: & ita ibi secũdum aliud, & hic secundum aliud: vel, alio modo loquitur hic, & alio modo
23 ibi. ¶† Studeat quoque aduocatus factum suum aliter, quam actor proposuerit, asseuerare, quibuscunque modis poterit: & tamen ipse licet nihil probet, absoluetur actore non probante,
d ext. de iure iu. c. fi. ext. de caus. pol. & prop. cum ecclesia. prope fi. [d] Sic igitur destructis, vel impugnatis quæ per aduocatum actoris constructa fuerant, dicat ex premissis: Domine iudex, luce clarius liquet, quod iniustam litem contra me pars altera mouit: quare Deo committo meam iustitiam, & vobis, & memores sitis eius,
e quod scriptum est: [e] Oculi Domini super iustos, & aures eius ad preces eorum: vultus autem Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Omnis enim qui recte iudicat, statim in manibus gestat, 45. distinctione, omnis, qui. extra de re iudic. cum æterni. libro 6. Et qua mensura mensi fueritis, &c. extr. accu. qualiter. 1. & de pœ. & rem. cum ex eo. Vnde cum sim euidenter in causa absolutionis, peto me sententialiter absolui, & actori silentium perpetuum imponi: quia semper innocens petit absolui, t 1. quæstione prima, c. Christianus. extra de præsump. nullus. Peto etiam aduersarium mihi in expensis legitimis condẽnari, extra, de pœnis, calumniam & de dol. & cont. c finem litib.
24 in gl. mag. ¶† Cæterum si reus aliquam proposuit exceptionem cum in ea sit actor, ut supra §. nisi breuiter ipsam exceptionem confessionibus, testibus, instrumentis ac præsumptionibus probare laboret, sicut supra diximus de actore: & ei ab aduocato actoris respondeatur, sicut iam in reo prædiximus. Eodem quoq; modo in replicatione procedatur, vt in præ. §. nunc breuiter. Et conclusio tibi, quod si potes, tis vltimus in loquẽdo: quia quæ ultimo audiuntur, melius memoriæ mandantur, de consec. distinctio. 2. liquido. & verba vltimo prolata, quæ nullo gladio percussa, nullo que telo vulnerata sunt, præstantiora sunt. nam per contradictionem res dubia efficitur, C. quibus ad liber. proclam. nō licet, l. 3. Qui enim vltimo proponit, non solum potest, quod asserit, rationibus & iuribus fulcire, ac colorare, sed etiam potest, quod ex aduerso propositum est, decolorare, & annullare.

ADDITIONES.

a Et 3. ¶ Ideo super illa distinctione Richardus in distinctionibus suis posuerat hos casus ad modum antiquum per tractus colami vnicẽdo: vbi etiã ad literam posuit hos versus, saluo quod posuerat Pietas, vbi hic est Bonitas: & nescio quare mutatum: postea Ioã. de Deo in prin. suarum distinctionum posuit hos casus solum pro prosa.

b C. fi. ¶ Illud in his, quorum transgressio inducit mortale.

c Aliud. ¶ Subscripsi in prœmio decre. super glos. quia nulla. Fran. Vercel. has fallacias ibi posuerat. qui licet alia exempla poneret, huic remittendo decidi: postea ibi prosequebatur decem prædicamenta, quæ etiam non posuit, quia videri possunt per Azon. in princip. suæ Summæ. illa etiã Lau. breuiter posuit. & Archid. posi eum, 50. distinctione, ferrum. Breuiter autem, exempla ipsius ad fallacias erant de decr. vestra. de cohab. cleric. circa contrarietatem ibi, in tex. solutam. & decre. cum apostolica. ad fin. de his, quæ fiunt à prælat. aliud dabat decret. 2. de no. ope. nun. in quantum soluit contrarium de scandalo vitando, vel non. Tertium dabat de contrario soluto in decre. statuimus. de ma. & obed. in gl. 2.

d Prope finem. ¶ Nec obstat ei, quod assumpsit onus probandi, vt dixi supra de probat. §. 1. supra versic. sed vbi uterque.

a Est. ¶ Psalmo 33.

SVMMARIVM.

1 *Acta inter iudicialia debent disputationes & allegationes contineri, & inferri.*
2 *Allegationibus aduocatorum finitis, non est tutum unum sine altero à iudice recedere.*
3 *Aduocatus leges allegans an teneatur dicere nomen legis.*
4 *Leges an possint in causa ecclesiastica allegari.*
5 *Papa an possit leges tollere, declarare, uel modificare.*
6 *Veritas rerum errore gestorum non uitiatur.*
7 *Imperitus contra sapientes disputans risui patebit.*

5. §. Porro aduocatus actoris, cuius allegationes si cõstra
a gat, ac fatigata reparet: ut C. de aduo diuer iudic. aduocati. [a] Satagat igitur

ADDITIO.

a Aduocati. ¶ Bene adaptauit hic auctor, quod posuerat in princip. tit. Pil. & Tan.

gat igitur re ædificare, & reparare q̃cquid rei aduocatus visus est infringere, iuxta posse, & incipiat arengare, vt in præ. §. nunc de exordiis. verisimile hęc autem. ibi, vel ita nihil omnino respõdere &c. & per totum: post modum vero sigillatim reparet, quicquid rei aduocatus visus est diffinire cõtra eum, dicens: Stupet admodum meus animus, quomodo aduocatus ille non erubuit, in tot & tantorum præsentia ex tam euidẽter falsis & friuolis procedere, & aures vestras, domine iudex, & audientium, tot inanibus ambagibus pregrauare. Nec enim eum adeo resupinũ, seu iuris ignarum existimo, vt credam eum latere, quod confessio reuocari non potest, nisi demum errore probato: quod dic, vt ff. de cõfes. §. fi. Item nõ erubuit instrumentum ex parte nostra productum de falso arguere: cum euidens sit intra terminum peremptorium ad hoc datum eũ nihil omnino dixisse. Sed nec erubuit duobus è nostris testibus excommunicationem obijcere, cum tamen liquido ipsorum absolutione legitime in iudicio facta fuerit fides: & sic de alijs singulis capitulis prosequatur. In fine igitur sic concludat: Euidens ergo est, domine iudex, nos esse in casu victoriæ: nam plures rationes pro parte nostra faciũt, quàm pro illa: unde adhuc id petimus, quod & primo, vt ff. §. nunc videndum. versic. studeat. simpliciter postulans, ut ius nostrum seruetur illęsum: cętera suppleat religio iudicantis. ¶ †Et no. quod inter acta iudicialia debent disputationes & allegationes contineri & inferri, ut extra. de elect. dudum. 1. 30. quæstione 5. iudicantem. in authent.
2 de testibus. §. si vero. & §. nam partes. secundum Io. de Deo.[a] De renunciatione autem allegationibus facienda, & de conclusione dicetur ff. titulo proximo. Vtrùm autem aduocatus teneatur in vulgaria allegare, vt ab aduersario intelligatur? Item de eo, qui falsas leges allegat, vel falsum instrumentum, vel testem producit, vt legitur, & not. ff. de aduo. § nunc de exordiis. in fin. & §. vtriusque. ver. item caueat. ¶ †Et nota, quòd finitis allegationibus consulo ne recędas, altero aduocato cum iudice remanente, ne sibi suggerat, quod cum moueat, te absente: extra de reseri. cęterum. in fin. vel aliquam scripturam ei ostendat, quæ non fuerit in iudicio exhibita, ut supra de aduo. §. sequitur. versi. item sit cautus. & sequen. ¶ Item nota, quod miles, qui in causa omisit iuris ignorãtia allegationes competentes, poterit eas proponere, cum ex sententia cõperit conueniri, ut C. de iur. & facti. ignoran. l. prima. Quid si omisit allegationem iuris? Videtur, quod post sententiã possit eam ꝓponere sicut minor, ff. de minorib. l. minor 25. annis omissam. Cõtra in eo, qui potuit deliberare cum peritis, ut supra de aduo. §. nũc tractemus, ver. habito. Vel dic, quod iudex videat; an sit talis, per quam poterat obtinere: & tunc audiat eum,
3 alias non. ¶ †In summa not. quod aduocatus non cogitur dicere nomen legis, uel decre. nec titulum, vbi sit lex, uel decr. sufficit enim dicere mentem, scilicet hoc dicit lex, uel decr. vel non: uel sic est in Codice, uel in Digestis, vel in lib. Decretalium, vt 2. quæstione 5. omnibus. in fin. & argumen. extra de spon. continebatur
b & extra de cohab. cleri. & mul. vestra. in principio,[b] 1. questione
c j. ut euidenter. & extra de præben. cap. nullus.[c] 2 & de proba. cau
d sam. 45. distinctione, neminem in supra scriptis, & pen.[d] 27. q. quæstione i. si quis desponsauit. 24. quęstione 1. pudenda in fi. 11. quęstione 3. qui consentit. 2. quæstione j. § hoc idem postea. iudex. C. de indi. uidui. l. ambigua. ibi, secundum ea, quę de, &c. C. de iudi. apertissimi. ubi dicit, statuimus. nec dicit ubi, & C. ad l. Falc. authen. sed cum testator. ibi, secundum modum, &c. & extra de resti. spol. literas. ver. secunda. & ff. de rei ven. si nauis. ibi nec est cõtra, quod de pecunia, &c. nec dicit, ubi est illud. Argu. contra, q̃d agatur, ut in prę. auth. sed cum testator. ibi, diximus in titu. de leg. &c. & Instit. de pœn. te litig. in fi. & ff. de acqui. hęre. l. necessarijs. ff. de postulan. l. 1. in fin. ibi, sub. tit. de in ius uo. Potest dici, ꝙ prima iura obtinent, cum aliquid iuri consonum allegatur: contraria verò, vbi à iure communi deuiare videtur. tũc enim non credetur, nisi ius, quod hoc dicat, ostendatur, extra de fid. instrumẽ. pastoralis. ff. de prob. ab ea parte. Non tamen parti, sed iudici cogitur hoc dicere: & iunge, quod not. ff. de aduo. § consequenter. ver. item caueat. Item sufficit dicere hoc dicit decima, uel quinta decima lex. vel dec. talis, tit. vt i. quæstione i. eos. vel sic habet in i. lib Decretalium, vel in secundo, ut extra de frig. & malefic. cap. i.
4 in superscriptione. ¶ †Sed nunquid in causa ecclesiastica possunt
e leges allegari, & canonibus deficientibus secũdum eas iudicari?[e] Videtur, quod sic: extra de no. oper. nunc. c. i cum suis concord. & expresse extra de cau pos. & propri. cap. 2. Ar. contra 33. quæstione ii. inter hæc. Dic, ꝙ legibus utendum est in ecclesiasticis
f causis, nisi canonibus contradicant, vt no. in præ. decre.[f] Tamen distingue super hoc nam aut leges sunt ꝺriæ canonibus, aut nõ. Si non sunt contrariæ, tunc sunt permissim allegandæ & seruandæ leges cum canonibus in foro ecclesiastico & ciuili, ut in præ. decre. & 10. dist. si in adiutorium. & ca. seq. & extra, de fid. instru. pastoralis. 9 q. 3. summopere. 2. q. 1. in primis. Si autem sint ꝺriæ, aut sibi contradicunt expresse, aut nõ: si non, stabitur in vtroque foro illi, quæ expresse casum, seu causam determinet, ut in
præd dec. de no. ope. nun. vbi expressis legibus statur super nunciatione noui operis etiam in re ecclesiastica demolienda: idem in foro ciuili, vbi canones expresse declarant articulum aliquẽ, in quo leges nihil statuunt. exemplum habes in eod. titu. capitulo penultim. & fin. item aliud exemplum de duabus quartis deducendis. extra de testa. Raynutius. & cap. Raynaldus. ar. ad hoc extra qui filij sint leg. per uenerabilem. circa mediũ §. rationibus. versic. si difficile. & prope. fin. versicul. cuius sententiam. Taceãt autem quidam Legistæ, & eorum gloss. volentes contra casus in canonibus expressos per argumenta legalia & per exquisitas rationes disputare, nam indubitate in expressis in eis casibus acquiescere debent canonibus, vbi iura ipsa ciuilia casus ipsos expresse, non ponunt. Si vero sibi non contradicunt expresse, aut lex potest sine peccato seruari: & tunc statur ei in foro suo, & canoni in suo, extra de testamen. cum esses. & capitu. relatum. Aut non potest sine peccato seruari: & tunc statur canoni indistincte, quia omni consuetudini & constitutioni tali est derogandũ, dum, extra de præscrip. capitu fin. Porro in defectum canonum sunt leges inducendæ & seruandæ: vt 11. quæst. 3. summopere. & in præ. capitu. si in adiutorium. vt 3 quæstio. 6. iudicet. & ecõtra 10 distin. quoniam idem. in spiritualib. autem leges nullius sunt momenti aduersus canones, vt 10. distin. constitutiones. & C. de
5 sacrosan. eccl. omni nouatione. ¶ †Vtrum autem Papa possit leges tollere, declarare, uel modificare, no. in præ. capitu. constitu
g tiones.[g] & dicam in const. Gre. X de usuris, quanquam. in fi. libr.
h 6 & de postul. properandum. prope princip.[h] Et scias, quod rationis ac iuris penuria ducitur, qui in materijs sacramentorum leges mundanas inducit. An rubricæ possint allegari, dicam infra
6 §. prox. ad fin. ¶ †Sed quid si aliquis male intelligens legem, uel canonem, illam, vel illum pro se inducit: & tamen inuenitur in aliquo contra eum facere? Dicunt quidam, non debere sibi præiudicare: quia veritas rerum errore gestorum non uitiatur, ff. de offic. præsi. illicitas exactiones. §. illicitas. & in iure errans potest se corrigere, nec sibi præiudicat, ut supra de confess. §. fin. & arg.
i extra de postul. bone. 1. C. si ex falsis allegat. per totum: de hoc, secundum Papam. extra de exce. cum venerabilis.[i] ¶ † Et nota, ꝙ
7 imperitus matheseos. i. idiota,[k] aduersus mathematicos, i. sapiẽtes disputans, risui patebit: & ignorans documenta philosophorum, aduersus philosophos disputans, ut 38. dist. qui de mensa.

ADDITIONES.

a Ioan. de Deo. ¶ lib. Iud. parte 1. vbi de disputatione: sed hoc non seruatur apud nos.
b In princ. ¶ Et ibi induco quinque noua iura hic non inducta, quæ hic repetere non expedit: & ibi vide dom. Abb. Sicu. & alios. item vide gloss. in cap. ut euidenter. 1. quæstione j.
c Nullus. ¶ In superscriptione.
d §. penulti. ¶ Vbi de hoc.
e Iudicari. ¶ de hoc scripsi de no. ope. nun. cap. 1. fuger gl. 2.
f In præ. decre. ¶ prius allegata.
g Constitutiones. ¶ De hoc de reg. iur. c. 2. lib. 6. in 1. gloss.
h Prope prin. ¶ Quam hodie non habemus.
i Veneralis. ¶ Vbi scripsi in glo. magna ante fi. ver. item nota, quod si quis
k Idiota. ¶ Hoc exposui ff. de arb. §. defert. super ver. inferendo.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet aduocatos patienter audire, nec subito eis silentium imponere.*
2 *Officio iudicis incumbit supplere, quod à partibus uel aduocatis est omissum, uel minus dictum.*
3 *Veritas erroribus non uitiatur.*
4 *In iudicio male probata, uel facta, debent à iudice suppleri, & declarari aliter se debere fieri.*
5 *Iudex quandoque debet supplere de facto, & quandoque non.*
Iudicis officio congruit excommunicatos, infames, milites, & similes personas ab officio procurationis expellere.
6 *Iudex potest supplere in sententia prolatione.*
7 *Iudex non potest supplere in his, quæ nouit, ut priuatus.*
8 *Quis iudex possit supplere.*
9 *Arbiter an possit in iudicio supplere.*
10 *Iudex quando possit supplere.*
11 *Iudex an possit in iudicio supplere, ubi de fructibus, aut expensis est aliquid omissum.*
12 *Iudex an in causa criminali possit supplere in expensis omissis.*
13 *Iudex debet tantummodo secundum acta & probata iudicare.*
14 *Iuris necessitati non subijcitur, quicquid iudici permittitur.*
15 *Rubricæ legum an sint authenticæ, & an ponant ius, aut possint allegari.*

¶ Iudices qualiter in audiendo allegationes se debeant habere.

6.§.Satis clare aduocatos instruximus, qualiter in allegationibus se habebunt: ad vberiorem igitur doctrinā restat, vt & iudices, qualiter in audiendo allegationes se hre debeant, instruamus. Et quidem ad eorum spectat officiū, tunc sedere, & non stare, vt ȝ. dicam de sen. §. iuxta. versi. item est nulla ratione modi. Et diligenter inuestiget, & intelligat, quæ dicentur, & quæ ad instructionem causæ faciunt, interrogandi, respondendi, obijciendiq; præbita patientia ab eo, donec actio amb arum partium sit pleniter luminata. hæc leguntur 30. q. 5. iudicantem. extra, de off. dele. super quæstionum. §. intentionis. C. de iudic. iudices. quia veritas sæpius exagitata magis splendescit in lucem, 3 5. q. 9. graue. Nec motū animi sui multum aperiat, sed dissimulet, nunc pro hac parte, nunc pro illa allegando & respondendo, ut C. ad l. Cor. de fal. vbi, ibi, nec vlla interlocutione diuulget, qd sentiat, postrema sententia, quid sibi liqueat, prodituru vt ff. de offic. præs. obseruandum. ibi, cuius animi motum vultus detegit. Nec nimium debet dictum vnius aduocati extollere, ne alteri honorem, detrahat, dum alteri nimium impendit honorē. vt 89. dist. nullus. in fi. & c. ecce. nec quicquam vni honorabilius exhibeat, vñ alter scrupuloso corde moueretur, 16 q. 7. decimas. cum enim nimium vnum commendat, alium vituperat, arg. extr.
1 de præsump. nonne 25. dist. qualis. ¶†Item patiēter audiat aduocatos, nec etiam subito eis silētiū imponat: qd̄ dic, ut ȝ. de aduo.
2 §. nunc de exordiis. versus prin. ¶†Item ad eius spectat officium, supplere. qd̄ à partibus vel aduocatis est omissum, uel minus dictū, vt C. vt quæ desunt aduoc. par. iudex suppleat. l. unica, & extra de postul. bonæ. 1. quod verum est in his, quæ sunt iuris, puta, si aliqua iuris allegatio sit omissa. Potest etiam allegatis respondere, & pro vtraque parte plenius allegare. & leges & canones inducere, ut ibidem patet. Potest etiam inducere casum ꝑ similem, uel ducendo ad inconueniens, vt ff. de leg. 3. Ofidius. & obijcere, & respondere, vt in præ. c. iudicantem & hoc argumentando, ut ff. de mune. & ho. l. fina §. ante pe. ¶Item si aduocatus malam, vel falsam legem inducit, uel impertinentem, poterit hoc iudex di-
3 cere, & apertam inducere: † quia veritas erroribus non uitiatur, ff. de offic. presi. l. illicitas §. veritas. Et inducens falsam legem vel abrogatam, & iudex autem præbens, crimē falsi incurrit, ut ȝ. de aduoc. §. utriusque. versi. item caueat. De sententia uero per falsam allegationem lata, dic, ut extra de proba. licet. Potest etiam actionem ineptam corrigere: quia hoc potius est iuris, quam facti: quod dic, ut ȝ. de offic. iud. §. deseruit. versiculo, in sententiæ: & ȝ. versicu. item in sententiæ. & libellum ineptum reiicere, ut in eo. §. in prin. versi. item faciet libellum. & similia, quæ ibidem cōtinent in facto. Aliter dicit Pla. ꝙ potest supplere, arg. ff. de pet. hæ. l. fi. & 28. dist. priusquam. ext. de ele. cum nobis olim. extr. de consue. cum dilectus. Sed in præ. l. potius consulitur iudicis offi-
a cio, quam iure ordinario. [a] Vnde dic, secundum Azo & Acc. ꝙ non potest de facto supplere, nisi sit tale factū, quod sibi sit tanꝙ iudici, notum: tunc enim potest. sic intelligitur. C. de transac. age
b cum Geminiano. [b] & C. de edend. is, apud quē. ff. de testi. l. 3 §. j.
4 ibi, tu magis scire, &c. ext. de fideiuss. cōstitutus. iu fi. ¶†Quid ein si sciat ꝑfessiones partium, dicta testium, uel aliquam exceptionem propositam, vel interlocutoriam fuisse latam, uel citationē per eum fuisse factam, uel instrumentum coram eo exhibitū vel aliqua partium illa proferat aliter, quam sint, uel etiam omittat? certe tunc iudex, etiam tacente parte altera, supplere debet, & allegare, & ostendere aliter se habere, quam proferantur, & dicere talem exceptionem fuisse propositam, uel interlocutoriam latā & sic de facto sibi, ut iudici, noto potest supplere, ext. de ap. constitutus. prope fi. licet soli sibi non credatur in talibus, ut extra de probat. quoniam contra. Poterit etiam dicere, non contineri in instrumento tantum, quantum, uel sicut peritur, uel nō esse probatum, quod dicitur, & similia. ¶Item si dicatur probatum per P. testem poterit dicere, non est ita, sed per H. Item si dicat aduocatus, reum fuisse confessum se debere decem, ipse potest dicere, non est ita: imo aliter in instrumento continetur: & sic de aliis. In facto autem sibi noto, tanquam priuatę personæ, non potest supplere, ut 2. quæst. j §. quando autem. & 3. q. 7. iudicet. Argument.
5 ad præsumissam distinctionem ff. de suspec. tu. l. 3. §. præterea. nisi prout dicam ȝ. versi. porro. ¶†Et breuiter nota, quod iudex potest quandoque supplere de facto, & quandoque non: potest autem supplere in facto sibi, ut iudici, noto, ut dixi. Item potest supplere de facto in lite, absente parte, quam defendere debet: secus si præsens sit. Potest etiam dicere tempora fatalia fore lapsa, ut C. de app. l. fi. prope prin. & C. de temp. ap. l. 2. § fin. ¶Item potest contra naturam actionis ferre sententiam, ut ff. de ædil. edi. l. bonem. §. aliquando. & arg. ext. de concess. præben. ex parte: & Inst. de actio. §. minus. Sed hoc potius est supplere de iure, ȝ. ver. item in sententiæ. ¶Item in his, quæ sunt ad substātiam electionis, potest supplere, & de his proprio motu inquirere. 47. distin. de Petro. & 61. distinct. Catinen. extra de elect. cum nobis olim. Et est ratio: quia ibi tractatur communis vtilitas, argum. ext. de consue. cum dilectus. & de elect. nihil est. ¶Item in his, quæ spectant ad substantiam iudicij. vnde repellit excommunicatos, & infames, & militem, & similes, ab officio procurationis, ratione publicæ vtilitatis: quæ dic, vt ȝ. de officio omnium iud. §. impedit. ¶Item potest actionem, vel libellum facere corrigi, vt prædixi. ¶Item si creditor ante diem solutionis, vel euentum conditionis petit, potest dicere: non recipiam libellum, quia inutiliter petit ante diem, vel conditionem, ff. de pignor. grege. §. fi. ff. de excus. tutor. cum ex oratione. & l. si is qui tres. ff. de ædil. edict. bouem. §. final.
¶Item si aduocatus volens se ostendere conscium, vel ignorantem, forte aliqua dicit, vel facit in præiudicium cliētuli sui, iudex illud supplebit, licet semper secūdum veritatem actorum & probationum debeat pronunciare, 3. quæstion. 7. iudicet. versiculo,
6 examinet. ¶† In sententiæ prolatione potest supplere, vnde si quis petiit fundum iure dominij, vel quasi, nullam exprimens in libello actionem: & sic totum ius suum videtur in iudiciū deduxisse, vt extra de re iudic. abbate sane. §. cæterum. lib. 6. & ff. de excep. rei iudica. si mater. §. & an eadem. postea vero interrogatus, quam actionem intentabat ad vendicationem fundi: respondebit ꝙ exercitoriam, vel aliam ineptam ad uendicationem: certe iudex nihilominus pronunciabit, ac si respondisset rei vendicationem: ar. 3. q. 7. iudicet. ibi. sed sicut se habet natura, decernit, &c. quia ipse potest emendare in fine. ¶Item etiam post sententiam supplet, ff. de re iudic. Paulus. secundum Iac. But. hæc enim respiciunt potius rem, quam factum. ¶Item supplet in causa, ubi verteretur periculum animæ, si sententia ferretur: puta, si quis contraxit cum consanguinea sua, ut extra de clan. despon. cum inhi-
7 bitio. & sic de similibus. ¶†Porro, non potest supplere in his, quę nouit, vt priuatus, vt ȝ. Item non potest supplere in causa, quæ tāgit priuatam utilitatem: vt si quis petit centum, vel fundum ab alio: tunc non potest supplere de facto, nisi uideat partem absentem ius suum ꝯ iustitiam perdere; arg. C. de app. leg. fi. in princip. ¶Item in facto sibi, vt priuato, noto, supplere potest quærendo & disputando, non autem ponendo: argu ff. de quæstio. l. 1. §. quiꝯstioni ff. de ędi. ædic. ædiles. §. itē sciendum. nisi in prædictis casibus. Sed & premissas suppletiones faciat de plano, non placitando, vel allegando: non stando, sed sedendo, ne duplici officio fungi uideatur, C. de postulan. quisquis. & de offic. assess. leg. fin. & extra de insti. cap. fi. 89. dist. singula. dicendo sic, videtur talis testis super hoc multa dicere: item talis lex videtur facere pro te: nec dicat, hæc lex decidit quæstionem, nisi sententiaret: quia tunc potest inducere leges omissas quæstionem decidentes. potest enim iudicare omissi allegationibus, vt ff. de his, quæ in testam. delen. proximè. in fi quæ licet non fuerit allegata, ratio tamen legis intelligitur esse inducta, arg. 3. q. 7. iudicet. ibi, sed iuxta leges & iura
8 pronunciet. ¶† Sed quis iudex potest supplere de iure? Respō solum ordinarius, sed etiam delegatus, licet quidam cōtra in delegato, per legem ff. de reiu. ait prætor. in prin. & C. ad l. Corn. de fal. l. vbi. ibi, nec vlla interlocutione diiudicet, q̄ sentiat, &c. Sed certe fateor, ꝙ nulla interlocutione debet ostendere, quid super principali sentit: sed per diffinitiuam sic, vt ibi dicit. Tamen non propter hoc neget, quin supplere possit, si quid extrinsecus contingat. Sed nec prædicta l. ait prætor. obstat: quia loquitur de arbi
9 tro, qui habet notionem, non iurisdictionem. ¶†Delegatus autē habet utramque, extra, de officio dele super quæstionum §. porro. & ff. de verb sign. notionem. Sed nūquid arbiter supplere potest? Quidam dicunt, ꝙ non, eisdem rationibus, quas dixi in delegato. Sed dic contra: quia partes iudicis sustinet, ff. de arbit. Pomponius. §. recepisse. & arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum,
10 ff eo. l. 1. C. de iudi. rem non nouam. ¶†Sed quando potest iudex supplere? Respon. ante litem contestatam, & post: argu. ff. de interrogat. actio. vbicunque. & 30 quæstio. 5. iudicantem. extra de fide instru. inter dilectos. prope fi. & supra eo. §. Arg. tamen contra ff. de ædil. edict. ædiles. §. item sciendum. Sed licet quæ post litem contestatam accidunt, valde spectent ad officium eius, (vt ibi dicitur) nihilominus tamen & ea, quæ ante accidūt, ad ipsum spectant, ut supra de off. iud. §. deseruit. ver. ut autem. & seq. Sed nunquid de fructibus iudicabit? Respon. sic. vt ff. de rei uen. & ex
11 diuerso. §. primo. ¶†Quid si de fructib. & expensis fuit omissum nunquid poterit iudex supplere? Resp. sic eadem die. ff. de re iud. Paulus. ff. de ædil. edict. l. illud. § fi. s. de expen. §. nunc de expensis. in prin. Imo videtur, quod etiam post multos dies, argum. extra de dote post diuor. resti. de prudentia. sed illud fit auctoritate secundi

ADDITIONES.

a Ordinario. ¶ Vt ibi no. in vlt. glo.
b Geminiano. ¶ Vbi no. hoc Accurs. & C. vt quæ aduo. def. l. una.

2. cundi mandati. Rof. distinguit. [a] nam de fructibus post litem cõtestatam perceptis, qui non veniũt nec iure actionis, nec iudicis officio, quod interuenit loco principalis actionis, sed veniunt of
b ficio iudicis mercenario, vel executoris, vt ff. de vsuris. l. cuictis. tunc eodem die supplere potest, vt in prædi. l. Paulus respõdit. [b] nisi dixerit in sententia, de fructibus diffuli iudicare, quia mihi de illis ad plenum non liquebat. tunc enim Potestas iudicabit, vt C. de fruct & lit. expen. l. 2. Si vero sunt fructus, qui petuntur iure actionis, vel officio iudicis, quod loco principalis actionis intenditur, tunc etiam de illis potest post sententiam iudicare, ar. C. de iudic. l. 1. Quid si nolit supplere? Respond. si dolo faciat, ne supleat, punietur in veram litis æstimationem: si per imprudentiã, inquantum visum fuerit iudicanti. ff. de iud. si filius. ff. de var. &
c extr. cogn. l. fin. extr. de re iu. cum æterni. [c] ¶† Quid si actio sit criminalis? Respondeo, & tunc supplebit in expensis omissis: aliquin de proprio refarciet eas. C. de iudicijs. properandum. §. siue autem quod intelligere de factis post litem contestatam, etiam nõ petitis, ut in prædicta l. ædiles. §. item sciendum. In factis autem ante litem contestatam non, nisi petitæ fuerint, ff. eodem titulo. de ædil. edict. item si serui. §. quas impensas, secundum Alberic. Papien. Vtrum arbitr- pronunciabit super fructibus? nota supra
13 de arbit. §. finali. versiculo, sed cum supra. ¶† Licet autem dixerim, de facto iudicem supplere posse, iuxta præmissa, non tamen sic supplebit, vt secundum conscientiam iudicet, siue causa sit ciuilis, siue criminalis, sed secundum allegata & probata tantum, vt tertia quæstione, septima. iudicet. secunda, quæstione, prima. §. quando autem. & hoc est, quod supra dixi, quod potest supplere de facto sibi. ut iudici. noto: de hoc extra, de officio delega
d ti. pastoralis. § quia uero. [d] ¶† Sed nũquid iudex tenetur supple-
14 re ex officio suo, prout dicit prædicta l. C. vt quæ desunt aduocatis Et certe uidetur, quod non tenetur, nisi uelit: quia nõ quicquid iudici pmittitur, iuris necessitati subijcit. ff. de iudiciis. nõ ergo i. C. quomodo & quando iudex, lege prima: extra de officio. iudic. delegat. consuluit. Dicunt quidam contra, ut C. vt quæ desunt aduoc. par. iudex supple. in rub. quia hæc dictio Vt, in rubposita, importat necessitatẽ, vt ff. in ius voc. ut eant. & C. ut cautæ post pu. adsit tu. & C. lib. 10. ut dig. ord. seruetur, & C. ut intra certum tempus, & in auth. ut prepo. no. imp. doc. & ut oẽs obed. ind. prouin. & ut litig. iur. & extra ut ecc. benefi. & extra ut lite non contest. & probatur ff. de lib. leg. liberto. §. Lucius. ff. de fideicom. lib. cum in testamento. ff. de leg. 3. si ita legatum. extra de vsu pallii. ca 1. nam & alias à rubricis argumentatur. ut C. ne fideiuss. do. dentur, per totum, ff. si cer. pet. l. si extra de testi. ad hęc
e quia. [e] ¶† Et no. quod rubricæ legum authenticæ sunt, & allega-
15 ri possunt, & ius ponunt, ut patet in præ. l. j. si cer. pe. & C. de nouo Cod. facien. §. quibus specialiter. ibi, congruis subdere titu & de pœn. dist. 1. hæc autem. ibi, de hoc quæ est ff. quod quisque iur. l. j. §. hoc autem. & in præd. concor. Idem dico de rubricis Decretalium, ut patet in præd. decre. ad hæc. & extra ut eccle. bene. c. j. prope fin. ubi idem ponitur, quod & in rubri. & in procemio constitutionum nouarum, ibi, sub suis tit. &c. Secus autem est in rubrica Decretorum: tum quia alius fuit cõditor Decretorum,
f & alius earum: [f] tum quia illæ quandoque falsæ reperiuntur. ut
g patet 3. quæst xj. chartæ. & 16. q. 3. placuit. 2. & alię quædam: de
h hoc dicam in procemio consti. Greg. X. [h] Prima tamen rub. Decretorum authentica est & generalis. Cæterum finitis allegationibus, iudex se habeat, ut j. tit. prox. iam dicetur.

ADDITIONES.

a Distinguit. ¶ Tit. de offi. iud. quomodo petuntur fructus. in fin. tractat etiã de hoc de rei ven. ad fi. pe. col. vbi etiam quærit, si non condemnat eadem die, nec referat, an de suo refundere teneatur ad exemplum expensarum. C. de iudi. properandum. §. fin autem. dicit, quod sic, cum victor contra victum nullam habeat actionem, C. de fruc. & lit. expen. l. terminato.

b Respondit. ¶ Sup. postea non, nisi, &c.

c Aeterni. ¶ Libr. 6.

b Sponsoribus. ¶ Dominus meus in legibus,in sua quæst.quæ incipit, habeo debitorẽ.tenuit,q̃ si amica debitoris mei,cuius bona iussa erant capi,& ia capta,rogauit,q̃ bona sibi relaxarẽ,promittens mihi soluere certa die: qua elapsa eam puenero,non poterit petere prius principalẽ cõueniri, vel eius bona excuti:cum ex tali forma mandati renunciatũ videatur illi beneficio fideiussorum,vel mandatorum,per præd.auth.de fideiuſ.eis p̃cesso,cui renunciari poterit,vt sequit.ff.de pac.l.pacisci. Patet ex prædictis,q̃ ipse tenuit inter creditorem & amicũ debitoris fuisse mãdatũ: refert tñ,q̃ aliqb. tunc videbat agi debere certi condictione ex stipulatione. quasi omnia videantur acta solenniter,p verbũ Promittens. Sed ipse dicit q̃ his obst.gl. C.de usur.l.j.dicit,q̃ alijs videbat fuisse ꝯctum innominatũ, Facio vt des: & sic agendum Præscriptis verbis,vel Do,vt facias ff.de præscri.verbis, l. naturalis.§.q̃ si faciam alijs videbatur agendum, Constituta pecunia ff.de constit.pec.l.qui autem.in fi.& l. quidam. Sed istis obuiat eo.tit.l.1.§.eum, qui inutiliter.

ADDE,quod si secundo loco promittens, p̃mittat soluere absq; aliqua exceptione,q̃ tamen poterit opponere,q̃ prius excutiatur principalis,secũdum Rom.consi.211.

c Fideiu. ¶ Scilicet authenticorum:dixit hoc Alb.Gal.rub.de fideiuſſ.& verum dixit:tibi vide in ver.secundo quæritur.

d Quid. ¶ Iste ver.cum ver.seq.sunt Alber.Gal.tit.de duo.reis.

e Summa eo.tit. ¶ Scilicet de duob reis,in fi.

f Falci. ¶ De hoc plene scripsi super respon.de sol.j.

g Primo. ¶ Secundum Alber.Gal vt prædixi.

h Renunciante. ¶ Comperi(vti infra dicam)ex similitudine dictionis hic esse defectũ post ver. renunciante. quia Titius postea vendidit alteri prædiũ vxorẽ consentiente,& renunciante demum,&c.& tunc optime sequit verſ. cæterum.qui puertit casum,& omnia clara.i.q.j.& 2.op. quæ sic posuit Alber.Gal.de excep.ver.sed pone,q̃ Tanc.Hic aũt sciendum,q̃ Gui.de Suz. super aut.q̃ locũ. C.de colla. instat circa casum hic puersum, quẽ ampliat ponendo,q̃ marito alienanti q̃ plura prædia p̃sensit vxor,& renunciauit: postea vnius,vel plurium alienationi nõ p̃sensit:& agit hypothecaria ꝯ em ptorẽ:dicamus vltimũ,cui non p̃sensit:ille excipit, q̃ non põt cedere ꝯ primos emptores,quib.p̃sensit:quærit,an exceptio illã repellat? Dicit pluries iudicatum,q̃ sic,per l.mulier.ff.qui pot.in pig.hab.& per l.Stichũ.§.pe. ff. de sol.Ipse tenet ꝯrium, tum quia habet hypothecariam in prædijs, quib. non consensit viro alienanti: tum quia personalem habet contra maritum, quam cedere potest,ut in præd.l mulier.

ADDE,an ille,qui consentit alienationi,possit repelli ab actione hypothecæ,tanquam non habeat beneficium cedendarum? Bal.consi.388.Et quando competat beneficium cedendarum,per eundem consi.367.j.lib & cons. 386.3.lib.Feder.consi.241.

ADDITIO. An beneficium cedendarum possit implorari in executione sententiæ, vide Bald.consi.109.incip.quilibet iustus.in 3.volu.in verſic.si autem.Henr.Ferran.

a ad Velleia.iubemus.[a] Alij ꝫ. nam statim empta domo, acquisita fuit mihi dicta exceptio, quę mihi auferri nequit, ff.de pactis, l. fi. Iusto enim possessori cedenda sunt iura, ff.qui pot.in pig hab.
b mulier.[b] ff.de leg.j.si res. Cęterum si vir vendit primo, & mulier consensit, & renunciauit: deinde vendidit secundo, nec renũciauit: si nunc agit ꝫ secundum, non obstat ei exceptio cedẽdarum actionum: argu. ff. quod quisque iur. l. 3. secundum Alber. Ga. &
c vide ꝫ. vers. item beneficium iuris hypothecæ. [c] Potest autem fi-
d deiussor proponere exceptionẽ cessionis, etiam ante[d] sententiã
23 ff.de fideiuss. si fidejussor. §. idem respond. ¶†Quid si cessio facta est ex interuallo post solutionem? Dic, quod nõ valet cessio, vt ff.de sol. Modestinus. & distingue, prout no. ff. mã. l. Papinianus. ff.de sol. Stichũ. Quòd si sunt plures fideiussores, cessio facienda est pro parte, & non in solidum, vt no. Azo in Summa in tit. de fideiussor. § quentus. Sed pone, A. fideiussor B. fuit pro huiusmodi fideiussione condemnatus T. ad decem: nunc T. conuenit ipsum A. actione iudicati pro illis decẽ: ille vero opponit exceptio
e nem cedendarum actionum, nunquid potest? Respon. sic, vt ff. de fideiu. fideiussor. §. fi. [e] Item pone, venditor post venditionem acquisiuit aliquam exceptionem: nũquid emptor poterit uti ea? Dicunt quidam, quod non, vt not ff.de hæred. vel act. ven. l. emptori. Sed illud locum habet in actione: vnde in exceptione dic
24 quod sic, vt ff. de reb. eorum qui sub tu. illicite. de hoc not. ff. de petit. hæredi. nec vllam. §. pe. ¶†Quid si creditor consensit venditioni pignoris? dic, q̃ acquisita est exceptio cedendarũ actionum fideiussori, vt in procuratore in rem suam constituto: alias dixi. ¶ Et nota. præmissa beneficia locum habere, nisi eis fuerit renunciatum: quod fieri potest, vt supra dixi: & tunc non possunt desiderari, vt 7. q. j. quam periculosum extra. de reg. & trãseunt. ad relig. ad apostolicam. Item quære hic, vt infra de oblig. & sol.
25 §. j. ver. illud etiam quæritur. ¶†Sunt & alia beneficia, quib. quotidie in instrumentis renunciat, & eis renunciari potest: puta Cõdictio indebiti: quia si quis soluerit, quod soluere nõ tenebatur, ideo repetere potest, vt C. & ff. de condi. indeb. per totũ. ¶ Item condictio sine causa, quæ dicit, quod obligatus sine causa vel ex iniusta, non tenetur, vt C. & ff. de condi. sine causa. ¶ Item Actio in factum, quę competit ex varijs figuris causarum, de qua supra de act. seu pet. §. 2. vers. rursus. & seq. ¶ Item exceptio doli mali, scilicet cum quis asserit se dolo & caliditate alicuius ad aliquid inductum: & huic exceptioni ob dolum præteritum renunciari potest, vt ff. de doli except. & C. & ff. de dolo malo, per totum. ¶ Item beneficium conditionis incerti, quod locũ habet, cum hæres rogatus est mihi restituere hæreditatem, vel partem eius: seu quando sum ei substitutus in eo casu, si contingat eum decedere sine liberis: & hoc incertum conditionis ei remittere & renunciare possum. C. de pac. l. j. & l. cum proponas. j & C. de trãsa. de fideicommisso. & dic, vt infra de empt. & ven. §. 3. ver. si autẽ.
f & extra de testa. Raynutius. [f] ¶ Item beneficium iuris hypothecarum: quod competit vxori in bonis viri, quia omnia bona viri sunt ei tacite pro dote obligata: & huic potest ipsa renunciare tã viro, quam cõtrahentibus, certificata tamen de ipso, C. de pac. con. tam super do. l. fi. ext. de pign. ex literis. ad fi. & ꝫ versi. cessat autem. & dic vt in præ. §. 3. ver. sed & si. & ver. j. & seq. & ꝫ. versic. sed pone. ¶ Item etiam beneficium iuris hypothecarum, quod cõperit creditorij, cui bona sui debitoris sunt expresse, vel tacite obligata, C. de pig l. 2. quæ res pig. oblig. post l. fi. ¶ Item beneficium Velleiani senatusconsulti: de quo supra uersic. ius vero publicum auctoritate. ¶ Item mater, vel auia recipientes tutelam filij, vel nepotis renũciant secũdis nuptijs & Velleiano. ut C. quã-
g do mulier tut. offi. fun. potest, auten. matri. g [g] Item generaliter renunciari consueuit omni legum auxilio: quæ renunciatio parũ
h valet, [h] licet lex eam ponat, C. quando mulier tut. offi. fun l. fin. [i]
i ¶†Sunt etiam & alia beneficia, quibus potest, quo ad quid, renũ
26 ciari, & quo ad quid, non. ¶ Est enim beneficiũ rehibitoriæ, cõpetens ementi ignoranter rem morbosam, uel vitiosam. potest nãque contra uenditorem agere intra sex menses utiles, ut red-
27 dat pretium, & rem recuperet. ¶†Item est & beneficium, quod dicitur Quanto minoris: quod dicit, ut emẽs ignoranter animal uel rem uitiosam, possit agere intra annum utilem contra uenditorem, petendo illam partẽ pretij reddi sibi, quam non dedisset si uitium sciuisset hæc probantur ff. de redhib. actio. sciendum §.
k fi. & l. sequen [k] Et his beneficijs renunciare potest emptor, & renunciatio uenditori ignorãti morbum, uel vitium, prodest si autem sciuit, & tacuit, nec emptorem certificauit, ratione doli sui non valet renunciatio, ff. eo. quæritur §. si uenditor. & §. sequẽ. de hoc dic, ut infra de locat. §. iam dicendum. ver ad euidentiam & de emp & uen § nunc dicendum. versi quid si uenditor. ¶ Est etiam & beneficiũ feriarum, ne quis in eis in ius uocetur: de quo dic, ut supra de fer. §. nunc uideamus. ¶ Sunt prærerea & alia beneficia, quibus renunciari non potest, ut beneficiũ Macedoniani, de quo dixi supra uersi. cui autem iuri. ¶ Item beneficium restitutionis in integrum, quod competit minoribus sui facilitate læsis, ut not. infra de in integ. restit. § qualiter. uersi sed nunquid
28 minor. ¶ †Item beneficium, ut quis condemnetur in quantum facere potest, id est habita ratione ne egeat: quod competit marito & eius patri ab uxore conuento: & uxori & eius patri a uiro conuentæ: & patrono à liberto conuento: & socero à genero cõuento: & patri à filio, uel a filia conuento: & huic renunciari potest. hæc probantur in concord. quas habes supra de except. § di-
29 cto. uersi. hoc tamen fallit & § j. uersic. anomalæ. ¶†Item est beneficium, quod dicit, ne liber homo obæs alienũ obligetur: cui renunciari non potest, quia hoc esset contrarium libertati, ut C. de act. & oblig. l. obęs alienum. extra de pign. cap. 2. cum suis cõ-
l cord. [l] Contrarium tamen faciunt Doctores Bonoñ. qui scholares, quibus pecuniam mutuant, faciunt prædictis legibus obæs alienum specialiter renunciare ut eos valeãt detinere: & pro eis facit ff. de his quæ in frau. cred. ait prætor. §. si debitorem. ubi dicit, quod debitorem. meum fugientem mea auctoritate capere possum: ergo & per pactũ hic conueniri potest, sicut alias, C. de pigno act. l. penulti. & de pigno. creditores: Sed dic, tale pactum nõ ualere in scholaribus, C de patribus. qui fil dist l. j. In scriptoribus autem ualere potest si conueniant, ut debeant in certo loco stare, uel scribere, quo casu etiam in compedibus poterũt retineri. Et idem in obsidibus, ut extra de iurejur. ex rescripto. pro-
m pter consuetudinem generalem, secundum Vber. [m] ¶†Item ex-
30 ceptio non numeratæ pecuniæ, siue non traditæ, uel redhibitæ rei, quandoque competit intra duos annos, quandoq; intra 30. dies, aliqñ intra annum, aliquando intra tres menses. Si enim debitor

ADDITIONES.

a Iubemus. ¶ Ibi vide eum in vlti. q. vbi in fi. auctorem vocat corniculam
b Mulier. ¶ In meis voluminibus finitur hic dictum Alber. Gal.
c Hypothecæ. ¶ Vide supra de cessio. actionum. §. j. ante fi. vers. sed pone. & duo ver. seq. fuerunt etiam Alb. Gal. saluo. quod statim dicam.
d Etiam ante. ¶ Alb Gal. dixit post: & hoc magis conuenit legi: sed auctor voluit facere secundum Vbert. hic, de illo post: vel forte prius fecerat illum.
e §. fi. ¶ Quatuor sunt ibi leges, quę sic incipiunt, ex quibus vna sola habet §. & illa non facit. veritas est, q̃ lex allegata ꝫ. versi. põt hoc probat, & §. ibi nominatus est etiam vlterius: & vide. quod ibi dixi.
f Raynutius. ¶ Et ibi not. ante fi. 3 glo. vt not. ꝫ. eo. §. ver. quid si quis in secũda solutione.
g Matri. ¶ De nup. Dic, vt ibi in auth. sacramenta. Item sunt & alia quædam vt patet infra. de solu. §. j. versicu. porro. in fin. & in alijs formis, ut in eod. §. litis. & versi. 2.
h Valet. Dixit Vber. q̃ valet ad excludendum tertium testem, quem requirit l. antiquam. C. ad Velle.
i L. fi. ¶ Per hoc potest idem dici, cum renunciatur in genere beneficio statutorum: si uero in specie, sit locus distinctioni positæ supra ver. item iuri publico. de hoc Gui. de Suz. in quęstione statutorum. 2.
k L. seq. ¶ Quod dixi, vide de fimo. licet Heli. super gl. sic ꝫ.
l Suis concor. ¶ Formam libelli pro creditorem in hoc casu vide j. de pig. § j. ad fi. ver. item obæs.
m Secundum Vber. ¶ Quod dictum est de scriptoribus, not. per Accur. ff. de no. oper. nunc. l. stipulatio. §. fiue autem in j. glo. quæ dicit, quod sicut ibi publica vtilitas, quæ ladetur ex contemptu edicti prætoris, inducit, q̃ quis præcise cogitur ad factum, sic & hoc casu turbaretur publica vtilitas, studium scilicet: & dicit omnes Doctores Bonoñ. residentes in hoc cõcordasse. Vnde Dyn. ibi dicebat pro glo. quod non erat ibi inuenire maiorem rationem quam de scriptore, dicens, quod licet ibi pareat edicto, præcise tamen compellitur ad demoliendum: inducit etiam pro glo. ff. de procu. sed & hæ. §. præter. cui concor. cle. de procu. c. 1. inducit etiam ff. quod me. cau. si cum exceptione. §. sed & si quis. in fi. cui concor. de iureiuran. Quintauallis. & capit. venientes. in fi. Ipse tamen tenet contrarium in scriptore parato soluere rerum interesse: quod est regulare in quocunque, qui tenetur ad factum, ff. de re iudic. si quis ab alio. §. fin. etiam si factum consistat in operis ff. de uerbo. obligat. in stipulationibus. §. operarum. inducit etiam prædl. obæs. Et quia stare in carcere, est quædam species seruitutis, ff. de lib. ho. exhib. l. 2. ad id. ff. de condit & demonst. l. Titio. §. Titia. de hoc etiam quãdoque aliquid dixit in alia. §. eleganter. ff. solu. matr. Ad §. illum respondet, quod ibi non cogitur suis manibus demoliri, sed præstare patientiam & impensas. Item ibi actio ex stipulatu subrogata in locum actionis in factũ quæ datur ex eo edicto ad demoliendum illius naturam sequitur, ff. si quis cautio. si eum. §. qui iniuriarum. Temperat tamen hoc dictum dicens, glos. secundum quosdam locum habere posse, quando esset electa persona industria, ff. de solu. inrer artifices. & extra de off. deleg. c. vlti. §. 2. alias stabitur regulæ, de qua supra. Et si de electione dubitatur, præsumetur electa industria, ff. de leg. 3. fideicommissa. §. fi. Concurrit cum his materia, qua quæritur, an quis renunciare possit beneficio cessionis bonorum, de quo C. quibo. ced. post. l. j. ubi plene Cyn. tractat hanc quæstionem, ponens ad literam consilium Iaco. de Are. super hoc datum in Vrbe: & tenet, quod si per pactum in contractu fiat renunciatio, ualet: alias non: ibi uide.

ADDE, quòd Federic. consilio. 9. idem tenet, si pactum est iuramento firmatum.

debitor confitetur se mutuo pecuniam accepisse quam in veritate non recepit, potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, intra duos annos à die cõfessionis factæ: creditor vero, qui confessus est sub spe futuræ numerationis creditum suum recepisse à debitore, habet exceptionem nõ numeratæ pecuniæ, intra 30 dies, C.de non num.pec.l.in contractibus.respon.j in fin. & §.super cæteris.& Inst.de literar.obl.in fi.Quid si renuncietur? 31 dic, vt j.de oblig.& sol.§.j.versic j.ad fin.¶ † Sed & marito, qui confessus est sub spe futuræ numerationis se dotem accepisse, cõ petit exceptio non numeratæ dotis intra annum post solutum matrimonium: & hoc, si matrimonium durauit minus duobus annis: si vero durauit plus biennio, sed minus decennio, tunc intra tres menses est proponenda, C.de dote cau.& non nu.l.final. & authen.quod locum. Nec renunciatio obest, quominus intra dicta tempora agi possit. In hoc tamen prode(t), quia renũciatio transfert onus probandi in renunciatorem. De his exceptionib. not.supra de excep.§.j.ver.anomalæ.& supra d ver.quid si pro- 32 curator.& sequent.¶ † Item est & beneficium, seu priuilegium fori: nam reus debet conueniri coram iudice suo, iuxta regulam Actor forum rei sequi debet: & huic priuilegio solo pacto renũciari non potest, secundum quosdam: imo ad hoc, vt reus possit coram non suo iudice conueniri, promittet se soluturum vbi a cunque fuerit ab eo petitum: [a] clericus autem non potest priuilegio fori sui renunciare: quæ dic, ut supra de compet.iudic.adi §. 1.versicul.22.& sequent. Est etiam beneficium fori, quod competit scholaribus, quod dic, ut supra de reo, versicul. item cle- 33 ricus.& versicul.item scholaris.¶ † Vltimo not.illud, quod in Romana curia frequentatur. Nam aliquo prælato, seu alio mutuo pecuniam recipiente, fit super hoc contractu publicum instrumentum: postmodum vero contrahentes accedunt ad aliquem auditorum, coram quo creditor petit sibi satisfieri de debito, prout in ipso instrumento continetur: & is, qui recipit mutuum, confitetur id coram eo, supponens se iurisdictioni ipsius, ita quod, nisi statuto tempore soluerit, in eum sententiam excõ municationis ferat, & aliter procedat, prout conuentum fuerit inter partes, quæ submisso videtur ap probari à iure. ut extra de b offic.delega. P.& G. [b] extra de electio.cum dilecti.ad fi.& 1.q. 7. quoties. Tamen videtur reprobari extra de foro compe sign ficasti. licet possit defendi, quia existentes in curia, subsunt iurisdictioni auditorum: quare se eis submittere possunt. Super hoc ergo sic conficitur instrumentum:

¶ FORMA. Vniuersis, &c. talis auditor salutem in domino. Nouerit vniuersitas uestra, quod constitutis in præsentia nostra P.& G. idem G. petijt sibi sententialiter condemnari dictum P. in centum libras, in quibus tenebatur eidem, prout patet per publicum instrumentum manu talis notarij confectum: protestans etiam de expensis, damnis & interesse. Vel dic: Idem P. petitionem obtulit in hæc uerba, Coram, &c. dictus uero G. uolens bonam fidem agnoscere, & nolens sumptibus & litibus ma c niter se grauare, litem contestando, [c] confessus fuit in indicio coram nobis, petita uera esse, & se ad præmissa teneri: sed cum tũc soluere non posset, obtulit & promisit se talibus, loco & tempore dicto P. uel eius nuncio hoc instrumentum restituenti, integre dictum debitum solutuum. Nos igitur auditis & intelectis confessione & protestatione prædictis in iudicio habitis coram nobis, uiso quoque ipsius debiti publico instrumento, Christi nomine inuocato, de consensu & uoluntate expressa dictorum P.& G. qui se mihi sponte, nostroque iudicio submiserunt, eis præsentibus & sententiam postulantibus in his scriptis dictum G. ad solutionem dictæ pecuniæ faciendam, & eidem P. uel eius nuncio sententialiter condemnamus: præcipientes eidem G. ut ipsi P. seu nuncio hoc præsens instrumentum restituenti dictis loco & termino integre satisfaciat de pecunia memorata. Nos enim exnunc trina monitione premissa in ipsum G. eius accedente consensu expresso, in his scriptis excommunicationis sententiam proferimus, si dictis & loco & termino cessauerit in solutione præfata, uel aliquo præmissorum: & si in dicta solutione cessauerit, damus de consensu & uoluntate dicti G. liberam potestatem eidem P. quod ex tunc sua auctoritate, sine alia monitione, uel alterius licentia eum possit, ubi & quando sibi uidebitur, tamdiu facere excommunicatum publice pronunciari, quousque dictus G. plene satisfecerit eidem: quæ omnia & singula dictus G. acceptauit, & approbauit, & promisit solenniter se ea obseruaturum. & in nullo contra uenturum sub debito corporaliter præstiti sacramenti, promittens quod non appellabit, nec ullam exceptionem proponet. Item quod non opponet dictam sententiam ante terminum solutioni præstitum fore prolatam: in cuius rei testimonium, &c. ¶ Forma uero mandati ad mutuũ in curia contrahendum, & ad se iurisdictioni alicuius iudicis supponendum, not. supra de procur. §. ratione formæ uersicul. qualiter autem.

ADDITIONES.

a Petitum. ¶ Vber. de Bob. ponebat plenius, scilicet quod renũciet fori priuilegio, & quod possit coram quocunq; iudice conueniri, & constituat se soluturum quocunq; loco, quo deb tum fuerit, ab ipso petitum, nõ opposita exceptione fori: allegat. ff. de eo, q̃ cer. loc. l.j. de actio. & oblig. ẽxisse. de bon. auctor. iud. posl. l.j. Dicit etiam, q̃ pactum renunciationis, de quo supra, licet possit conueniri, obligat tamen ad interesse, ff. de re iudi. si quis ab alio, in fine, & de uerb. obli cum stipulatus. in fi.

b P.& G. ¶ Hæc decr. faceret contra, si diceretur, auditores habere delegatam: de quo no. in cle. de rescr. auditor. in j. gl. vide j. de libel. concep. §. iam nunc videndum. ver. quid si fueris.

c Litem contestando. ¶ Hoc ponitur, ne procedat diffinitiua: & vide infra de sententia, §. 2. ver. est quoque. & quod ibi dicam.

ADDITIONES NOVAE.

* Circa materiam renunciationis, vide gl. in l. si minor. quod met. cau. quam tamen gl. Bal. ibi reprobat. & an renunciatio det titulum. Bal. in l. de tutela de in integ. resti. C.

Nota quod aliud est confiteri, & aliud renunciare, l. si cum maior. de pe. hæred. per Bal.

Nota q̃ partes non possunt renunciare solennibus in vero iudicio, sed in compromisso sic. Hoc. in c. de causis. de offi. deleg.

An renunciatio & conclusio in causa sint idem. Io. An. in c. fi. de in integ. resti. dicit q̃ sic. Bal. in auth. iubemus. C. de iud. Arch. in c. si aduersus. de in integ. resti. lib. 6.

Quid si actor renunciat instantiæ litis absente aduersario, an talis renũciatio prosit aduersario, no. in l. post quam liti. C. de pac. per Bart. Bal. Iac. But. & domi. Segnorolum.

Quid operentur verba posita in instrumentis per notarios qui dicũt, talis renunciauit omni iuri quod habet, vel habere põt, vel sperat. Bart. in l. si vxori. §. diuus. de adul.

Quid si aliquis remisit omne ius q̃ habet ẽ me, an valeat remissio ẽt de eo de quo non est cogitatum, nec fuit certioratus: q̃ esset necesse. vt in auth. quomodo oport. epis. coep. §. dum ex frequenti. die quod bene valet, per l. Lucius. 9. fi. cum gl. fi. de pac.

An post conclusionem causæ admittat exceptio vel allegatio facti? Spec. no. hic: pro quo fac. q̃ no. Arch. in c. fin. de in inte. resti. lib. 6. Ibidem Ioan. And. in Nouella. Bal. in auth. qui semel. C. de proba.

Super Rub. C. de pactis, si mulier prohibetur ẽ here sine licentia propinquorum suorũ, non intelligitur prohibita simplex renunciatio: quia aliud est renunciare, aliud est ẽhere. fac. Bar. & Albric. in l. iubemus. ad Velleia: & Bar. in Auth. si qua mulier. eo. ti. fac. Albr. & Bal. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pac. cum ibi not.

Nota q̃ in causa pcludit per renunciationẽ vtriusq; partis & renũciantis & absentis q̃ in causa vlterius non procedat, & aliquid nõ producat, in c. pastoralis. de causa poss. & propri. Io. An. in c. fi. de resti. in inte. lib. 6. in Nouella. & nota q̃ partib. præsentib. pcludit per renunciationẽ: sed altera parte absente, tunc pcludit qñ disceptationis via penitus impeditur, ita q̃ nihil restat nisi ferre sententiam, l. Quis. de adult. Itẽ nota q̃ inquisitus põt pcludere in causa inquisitionis renũciando productionib. & allegationib. Contrariũ no. in l. pactũ inter hæredem. de pact. sed ibi renũciabat liquidæ defensioni q̃ fieri põt. l.j. §. si qui, vltro, de quæst. & l. non tantum. ff. de appel. Item aliud est nominatim renũciare tali defensioni, aliud est pcludere suo iure in cã seu suo ordine. Nota tũ q̃ iudici non pcludit, quia nõ põt renũciare: tũ loco pclusionis est q̃ nihil restet nisi ferre sententiã. fac. c. cum Iohan. herenita. de fid. instru. & l. 2. de turib. balneariis. facit etiã quod no. in l. fi. ff. de feriis. & auth. Iubemus. de iudi Et an procurator possit renũciare & concludere, Inno. in c. pastoralis. de causa poss. & prop. & c. fi. de restit. in integ. lib. 6.

* An quis possit renunciare, vt non possit probare nisi per instrumẽta, Bal. in authen. iubemus. de iudicijs. & glo. in autheutic. ut marres debitrices. §. quia vero.

Nota q̃ conclusio causæ principalis non extenditur ad causam appellationis, Inn. in c. cum venisset.

An procurator possit renunciare exceptionib. dilatorijs vel peremptorijs. Inn. in c. cum olim. de off. deleg.

An procurator possit concludere in causa, no. in c. pastoralis. & in c. fin. de in integ. resti. lib. 6.

In c. exposita. de arb. dicit Inn. q̃ si presbyter vellet non posset renunciare nec dimittere ius ecclesiæ, 12. q. 2. fine excep. ét si iuramentum interueniret, vt c. sicut ex literis. extr. de iureiu.

An renũcians omni iuris beneficio, intelligat renũciare beneficio statutorum. Bal. q̃ non, in l. sed & si quis. §. quintum. si quis caut. fac. l.j. si quis in ius voc. non ier.

Nota q̃ non sufficit renũciatio generalis, imo debet esse specialis, no. in l.j. in fi. si quis in ius voca. non ie. & dicto §. quintum. si quis cautio. & C. ad Velleia. l. 2 per Bal. l. pacta nouissima. C. de pac. per eundem.

Nota q̃ legi annullanti ipso iure ẽctum nõ põt renũciari, itẽ nec legi disponenti negatiue, l. quenire. de pac. dotal. & l.j. C. ne fideiuss. dot. dent Itẽ legi iubẽti aliquid simile per pactũ nõ põt renũciari, l. pacisci. ff. de pac. Itẽ vide gl. in l. inter pactũ. Defensioni non põt renũciari: sed delationi bñ põt renunciari, eo. tit. & tũc nõ vt renunciare defensioni. notat gl in l.j. ff. de furib. baln. & hoc in pũcto iuris sed in pũcto facti secus. de hoc p Bal. in l. pactũ inter. Itẽ legi, phibẽti & puniẽti nõ põt renuciari, in Auth. sed hodie. de actũ. & obli. Itẽ legib. prohibitorijs non põt renunciari, l.j. C. ne fideiuss. dot. den. Circa quod dicit Bal. in auth. generaliter: de episc. & cle. vbi dicit q̃ iurib. seu legibus prohibitorijs quæ diriguntur ad personã iudicis in fauorem partiũ bene põt renunciari secus si dirigantur parti: & sic intelligit dictã Aut. Item contra legem pœnalem vel quasi non licet pacisci. Bal. in l. consensu. de repud. Quod si aliquis facit pacem cum bannito, non potest

renunciare

renunciare legi de non offendendo eum Bar. vbi ſ. Bal. no. aliquid in l. 2. C. de reſcin. ven. Bal. in l. j. §. fi. de temp. app. & quod no. Bal. & Bar. in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pac.

In cap. ex literis. de tranſactio. dicit Hoſtien. quod ſi aliquis ſcribatur in inſtrumento venditionis videtur renunciare iuri ſuo. ratio quia in venditione obligantur perſonæ non res: ſecus in obligatione realis: quia tunc obligantur res & non perſonæ, & per conſequens qui ſe ſubſcribit, non videtur conſentire, nec iuri ſuo renunciare. de hoc in c. nonne. de præſumpt.

In l. diem proferre. §. ſi heredis. de arb. nota q̃ ius offerẽdi trãſit ad hęre dẽ. & per hoc ſoluit qõ. Quidam patet deceſſit de relictis filijs maſculis, & vna fœmina quæ fœmina remiſit oẽ ius q̃ habebat in hæreditate patris, ſub ꝓditione ſi fratres ſui darent ſibi certã partem, quæ ſibi faceret: & promiſit & iurauit nihil petere de hæreditate patris: modo ipſi fratres ipſis viuentibus, non aſſignarunt eidem, ſed hæredes eorum uolunt aſſignare ei. Quæritur quid iuris. & terminatum fuit quòd ſic, per iſtum §. & per l. ſi prædio. de in diem adiectione & per l. veteris. de contrah. & commit. ſti. ſed male fuit terminatũ: quia iſta remiſsio fuit conditionalis, ſi fratres aſsignarent partem, quæ non poteſt impleri per hæredem, l. à teſtatore. de condi. & demon. ſecundum Cynum in l. ſi plures. de conditio. inſer. C. ſed q̃ illa ſententia fuerit bene lata. fac. q̃ illa remiſsio fuit ex cauſa onerosa: ubi cõditio tranſit ad hæredem, l. 2. de pac. inter emp. & vendit.

In l. cum hi. in prin. de tranſ. nota q̃ ſi teſtator facit uxorem ſuam maſſariam & vſufructuariã, q̃ tali iuri non põt renũciare niſi prætor interueniat idem in filia q̃ pater voluit habere recurſum ad domũ fratrum, & cum dote ſua eſſe contentam iuſsit. tali iuri renũciari non poteſt, niſi prætor interueniat: etiam ſi ipſa iuret: quia defendi poteſt tale iuramentum non valere. Bald. ubi ſ.

An poſsit renunciari inſinuationi in donatione fienda, not. in l. illud. C. de ſacroſan. eccle.

Aliquis conſtituit procuratorem ad fideiubendũ pro aliquo: iſte fideiuſſor renunciauit beneficio de fideiuſſoria. an talis renunciatio teneat. Bart. in l. ſi fraudator. de his quæ in fraudem creditorum. & l. ſi quis delegauerit. de nouationib.

In l. ſi quis in conſcribendo. de pactis. pone aliqs renunciauit exceptionibus præſentibus & futuris, & poſt. a quæſuit ſibi aliquã exceptionẽ an poſsit ipſam opponere, non obſtante dicta renunciatione. de hoc plene per Cynum in l. ſi quis in conſcribendo. de epiſc. clc.

In l. fi. ff. de ſol. Bar. quærit. an iuri quæſito ex cõctu, poſsit renũciari in præiudiciũ creditorũ ſuorũ, vel iuri quæſito ex vltima voluntate. 1 tẽ quid de iure quæſito per ſtatutum. fac. l. ſi abſentis. ſi cer. pet. per Bal. in l. qui autẽ. §. apud Labeonem. ff. quæ in fraud. credit. ſi.

An vxor poſsit renunciare iuri hypotheca. in bonis mariti ſui, Bar. in l. §. in ſumma. quar. re. ac. non dat.

An appellans poſsit renũciare appellationi, Bal. in l. poſtquam liti. C. de pac. dicit q̃ In. in c. ex parte. ext. de reſc. tenet q̃ nõ. quãdo appellans deſiſtit appellationi. itẽ Bal. in l. j. de pactis dicit in iudicio põt renũciari appellationi factæ. ſic intelligo l. ſi. de temp. app. & qd no. in l. ne in arbitris. C. de arb. & l. poſtq̃ liti. C. de pac. ſed in cõctu non põt renunciari appellationi, niſi per viam pacti de non appellando, non per viam ſimplicis renunciationis quod not. Bald.

An proteſtationi factę in iudicio poſsit per proteſtantem renũciari, Bal. in l. poſtq̃ liti. dicit q̃ In. in c præſentium. de teſti. dicit q̃ non, qñ proteſtatio poteſt vtramque partem iuuare: & ſic proteſtatio proteſtanti nocet, l. ſi. ff. pro dereli.

An quis poſsit renũciare reſcripto à ſe impetrato. Bal. in l. poſt quã liti. dicit aut illud reſcriptũ aliquid cõtinet pp q̃ aliquod ius quæritur præter inſtantiã, & non poteſt renunciare in præiudicium aduerſarij. ff. eo. tit. i. fi. & Inn. in c. ex inquiſitione. de reſti. ſpo.

An quis poſsit renũciare dilationi petẽti, Bal. in dicta l. poſtq̃ liti. dicit q̃ ſic quo ad ſe, nõ quo ad aduerſariũ, q̃ gaudet eadẽ dilatione, l. poſt mortẽ §. fi. de bon. poſ. ſ. tab. Cy. & Bal. in l. petendæ. C. de tẽp. in int. reſt. pe. dicunt p̃riũ, per l. ſi iudex. ff. de mino. Bal. tenet p̃rium in eo qui meruit dilationem a iure cõi, ſed in eo qui meruit dilationẽ a iure ſpeciali per beneficiũ reſtitutionis in integrum, tunc dictũ Bar. rationabile eſt: quia ius ſingulare eſt ꝓbatum pro ſingulari fauore. ſed iure cõi attendit æqualitas in iudicijs Bal.

Quando dicatur concluſum in cauſa Bal. in l. nec cauſas. de app. Archi. in c. ſi. de reſt. in integ. lib. 6.

An poſt quam eſt concluſum in cauſa poſsint produci iura. Bal. vbi ſ. In no. in c. paſtoralis. de cauſ. poſſ. & prop.

Nota q̃ Iac. de Bel. in auth. vt cum de app. cog. §. ſi vero. & in auth. de teſti. § q. a vero. dicit q̃ iud. ces ante ſententiam debent facere concludi in cauſa & allegationibus renunciare. quod nota.

Circa renũciationẽ vide quod no. Bal. in l. j. ſi quis cauti. & Bal. in l. ſi q̃s in ius voca. non ier. & l. ſed & ſi quis. §. quintũ. ſi quis cauti. & Bal. in l. pactũ C. de collat.

Nota q̃ licet quis renunciet liti & cauſæ nõ propterea renunciat dominio, Bal. ſecun. Bar. in l. ſi pro fundo. in fi. C. de tranſac.

Quod communiter in ſecularibus foris non ſit concluſio, ſed in eccleſiaſticis ſit per partes. glo. in Clemen. ſæpe. de verbo. ſignifica. ſuper verſiculo concluſione.

¶ Bald. de Renunciatione & Concluſione.

¶ SVPER iure futuro non cadit mera renunciatio, ſed pactum: quia mera renũciatio ſumit vires a ſolo renũciante: & eſt priuatio, quam habitus præcedere debet, & fit per verba de præſ: ſed pactũ obligationẽ ꝓtinet, & fit per verba futuri temporis. de hoc not. in l. 1. C. de pac. uide ꝑ. eo. §. Titius. ¶ Poſt concluſionem nulla admittit exceptio, vel allegatio partis. verſi. & G. ¶ Eo ipſo, q̃ allegationibus, & diſputationibus eſt renunciatum, videtur eſſe concluſum. ver. & not. q̃ G. vide c. fin. de reſtitu. in integ. in Nouella. li. 6. ¶ Concluſio in cauſa principali non officit in cauſa appellationis, quia impoſſibilis eſt concluſio in futuro iudicio, ver. hoc aũt. ¶ An valeat generalis renũciatio, Omnib. exceptis dilatoriis, ſine alia ſpecialiori ſpecificatione, an vero nomina exceptionũ dicẽda ſunt? ver. pone ergo. G. Tutius eſt pactum opponi, q̃ merã renũciationẽ, ſm Vber. vide ſ. eo. §. 1. Quid in verbis legitimis ſ dic, vt l. 1. ff. q̃ vi, au clam, & C. de adul. l. ita pudor. p Cy. ¶ An poſsit renunciari exceptionibus competituris ſ & videtur: q̃ nõ ſola renunciatione, ſed pacto ſic: vt no. ff. de reg. iur. l. qui poteſt. §. q̃ d. ver. quid ſi quis. G. non diſtinguit an exceptio ſit honeſta, vel non, ſicut alibi diſtinguitur. ff. de man. l. ſi fideiuſſor. §. quædam. Cui autẽ iuri renunciari poſſit, no. plene in ver. cui autẽ. G. ¶ Differentia eſt inter ius cõſtitutionis, & ius partis. Si eſt ius ꝓſtitutionis, tũc aut continet certam formam in actibus hominũ, & non poteſt ei renunciari, vt ff. de le. 2. l. codicillis §. fi. & hoc ſi ſit formalis ſolennitas: ſecus ſi beneficium, C. de teſt. l. non dubium. §. 1. Si ergo eſt beneficium aut cõceditur perſonę inhabili & poteſt renunciari: C. quando mul. tu. off. fun. po. l. 2. & in auth. matri & auiæ, niſi lex procedat p hibendo & annullando: quia tũc non ꝓt renunciari, C. ne fideiuſ. do. den. l. 1. C. ad Velle. auth. ſi qua mulier. per Cy Si uero ſit odioſum, & ius ſtatutũ in odiũ, tunc non tenẽt renunciatio, vt no. ff. ad Macedon. l. tamet ſi Bald. ¶ An autem in contractibus poſsit renunciari probationi teſtium, vt not. in authenti. vt ſine prohib. ma. debit. §. qui vero. Collat. 7. vide ſ. de proba. §. licet. ¶ Quatuor ſunt beneficia, quibus communiter renunciatur in inſtrumentis. ſcilicet beneficium epiſtolæ diui Adriani, quod conceditur fideiuſſoribus: mandatoribus: & conſtitutoribus: & ꝓtutoribus: ad exemplũ prædictorũ in hoc bñficio diuiditur actio inter eos, qui ſunt ſoluẽdo & ꝓſentes. ¶ Secũdũ beneficiũ eſt nouæ ꝓtutionis de fideiuſſoribus: q̃ eſt, vt prius excutiatur reus q̃ fideiuſſor, vel quaſi fideiuſſor: q̃ onus ſuſcepit alterius ex diſpoſitione legali, ff. commo. l. vnde quærit. ¶ Tertium beneficiũ, eſt nouæ cõſtitutionis de duobus reis: per qd beneficium diuiditur actio inter reos principales: qui ſunt præſentes & ſoluendo: hoc eſt introductũ, ad inſtar beneficii epiſtolę diui Adriani: & duo rei principales videntur ad inuicẽ quaſi fideiubere, ff. ad Vellei l. vir vxori. §. fi. Iſti ergo correi principaliter in ſolidũ obligati habẽt bñficiũ diuiſionis, nõ tñ excuſſionis ¶ Quartũ eſt bñficiũ cedẽdarũ actionũ: q̃ petit oibus: q̃ obligati ſunt vna & eadẽ obligatione, itẽ cõpetit iuſto poſſeſſori quẽto hypothecaria: ff. qui potiores in pig. hab. l. mulier. & in hoc differt a iure offerendi, quia ius offerendi competit etiam prædoni, ff. qui pot. in pig. hab. Paulus. §. qui pignore ſ. cus in beneficio cedendarum, argu. ff. de tute & rat. diſtra. l. j. §. nunc tractemus. ver. & quoniam. cum ſ. q. per G. ¶ Sed an iſtis beneficijs poteſt renũciari? Dic. q̃ ſic, vt no. ff. de pact. l. niſi. in aut. de fideiuſ. in princ. nemo ſi ꝓſumitur quiſquã renunciaſſe niſi appareat, vt no. ff de ver. obl l. ſciẽdum. ¶ Sed an valeat renunciatio, ſi renuncians non eſt certioratus de bñficio ſuo? q̃dã dicunt q̃ non: alij, quod ſic, ver. ceſſat autem. G. Tu dic q̃ quædã priuilegia præeuntur ꝓſonis, quæ ꝓſumuntur ius ciuile ignorare, vt in muliere & minore: & tunc exigit certioratio. oportet etenim, q̃ propriã vocẽ intelligat ille, q̃ renunciat: not. in d. l. ſciendum. & ff. de nouation l. doli malꝝ. Quædã conceduntur perſonis, quibus non conceditur ius ignorare, vt in beneficijs ceſſionis: & tunc non eſt neceſſaria certioratio: & ita concor. opin. Bald. Et nota, quòd prudenter facit tabellio, ſi dicit: Renũciauit beneficio Velleiani certificata à me notario de dicto beneficio, ibidem. G. ¶ Si vxor conſenſit cuidam alienationi: & cuidam non, & agit hypotheca contra illum, cui non accomodauit conſenſum, an repellit per exceptionẽ cedendarum? ver. ſed pone: emi. G. ¶ Iſta exceptio nõ dat iuſto poſſeſſori. niſi offerat debitum. aut ergo durat matrimonium, & non poteſt offerri, nec ceſsio peti. C. qui pot. in pigno. hab. cum tibi. per Iaco. & Cyn. Aut eſt matrimonij diſſolutum: & tunc mulier tenetur cedere perſonalem, nõ hypothecariã, ſi nõ haber. nam de perſonali loquiſt l. mulier. vnde p̃ poſſuere hypothecariam, ſi obſtat exceptio cedẽdarũ, C. ad Velle. l. iubemus. & au. h. ſiue. Bal. ¶ Valet pactũ, q̃ fideiſſor poſsit capere p̃ debito ꝓpſius creditorem, verſic. item eſt beneficium. G. Iſte tamen non tenebitur in carcere creditoris. ſed ducetur ad carcerem iudicis. Et Adde, quod not. ff. de neg. geſt. l. nam & ſeruus. Bald. & facit Lucę xij. c. & Matthæi xviij. cap. & vide Dy. ff. de lib. hom. ex hib. l. 1. & de furtis, l. interdum, §. qui furem. Bal. ¶ In curia vadunt partes poſt contractum ad auditorẽ domini Papę & cõfitetur reus debitum, & recipit p̃ceptum. & ſubmittit ſe iuriſdictioni, & ſententiis, omnia iſta valent: uerſi. vlt. no. G.

a ¶ De requiſitione conſilii.[a] Rubrica.

ADDITIO.

a E practicis autoribus nullus poſuit hanc rubr. præter Aegid. q̃ illam etiã aſſeſſoribus coniunxit, vide ſ. de aſſeſſore. & c. 25. ponit rub. de dando conſilio. Vber. de Bo. ſine rub. tractat de his, mihi chart. 8. & ipſius verba ſ. ſignabo. ¶ Io. de Deo pen. rub. 1. li. Cauil. formauit, quid agat, aduocatus actoris coram conſiliarijs. & in lib. Iud. 4. parte poſuit Rubri. de iuriſcõſultis, & ipſorum præmijs: & aliam de pœna fraudulenti conſiliarij.

SVMMARIVM.

1 *Iudice aſſeſſores cum quibus de cauſa deliberet, non habente, vel habente, ſed diſcordantes, qualiter prouidere poſsit.*
2 *Præmium recipere pro ſto conſilio licitum eſt.*
Iudex ſpernens conſilium, tenetur de cauſa laſa, vel male agitata.
3 *Partibus in eligendis conſiliarijs non cõcordantibus, qualiter index prouidere debeat.*
4 *Mere Legiſtæ an poſſint in cauſa mere canonica recuſari.*
5 *Conſiliarij electi debent fideliter, & pro vtraque parte conſulere.*
6 *Sententia de conſilio ſapientum pecunia corruptorum lata, non eſt defendenda.*
7 *Affectio dominatiõis: affinitatis, & familiaritatis, amor, timor, odiũ & auaritia, ſenſus & opiniones peruertũt: & intellectus humanos hebetãt*
8 *Clericis an potius credendum ſit, quam laicis, & qui poſſint in iudicio ad iurandum compelli.*
9 *Peritus an cogi poſsit in aliqua cauſa alicui conſulere.*
10 *Iudice poſt deliberationem cum peritis decedente, an ſucceſſor deb. at tale conſilium ſequi.*
11 *Abſolutio, vel condemnatio in iudicio, qualiter & quibus peractis ſit formanda.*

12 *Aduocatus niti debet, & honeste, vt sciat continentiam consilij peritorũ, vt ex hoc instruatur quid agendum sit.*
13 *Iudex sciens consilium, etiam peritorum, esse cõtra ius, an illud sequi debeat.*
14 *Ad officium iudicis spectat, multitudinem suspectorum refrænare.*
15 *Electio consiliariorum ad alicuius actus determinationẽ non seruatur in curia Romana.*

¶ Iudicantem oportet cuncta rimari.

QVoniam pertinet, auditis & in scriptis habitis allegationibus, conclusoq; legitime in negotio, q̃ iudex & deliberare & peritos consulere debet, qualiter pronunciandũ sit, extr. de consue. ad nostram. & 20 dist. de quib. 9 5. dist. esto & s̃. de aduoc. §. nunc tractemus uer habito igitur. & uer. porro. idcirco de consilijs & consiliarijs aliqua p-
a tractemus. a ¶ Nota ergo, quod concluso in negotio iudex recepto salario pro assessoribus uel cõsilio requirendo, ut s̃. de assess.
b §. salarium. b debet cum eis diligenter super negotio cõferre inspiciendo petitionem, iuxta quam sententia est formanda, ut extra de acc qualiter. 2 ad fi. & de simo. licet Heli. & positiones, & rñsiones, & si necesse sit, attestationes, & allegationes, & totum causæ processum, ut ex his assessores animum suum informent ad recte consulendum, iudex autem ad recte pronunciandũ, extra de renunciat. in præsentia 4. quæst. 3. §. item in criminali. Iudicantem enim oportet cuncta rimari, ut infra uer. proxi Quod si assessores discordent in dando consilium, tunc iudex tertiũ assumat, ut ext de offi. dele. suspicionis. Quod si malitiosè discor-
c dare se fingũt c ad sui exonerationem, & ne partiũ indignationẽ incurrant, ad hoc ut tertius assumatur, iudex eis p̃cipiat sub pena excommunicationis, ut ueritatem dicãt an p̃cordare possint? &
d si necesse fuerit, eos excõmunicet uel iurare cogantur. d Debent autem ipsi illi tertio suum salarium participare, ut s̃. de assess § sa-
1 larium uer. quid si. ¶ † Si uero non sit aliquis assessor in causa, cũ quo iudex deliberare ualeat, tunc secundum cõsuetudinem. Italię generalem, eligantur concorditer a partib. sapientes, qui examinent acta iudicij, ut s̃m eorum dictũ iudex pronunciet. Quã consuetudinem reprobo: quia & reprobatur in prædi. decret. ad
e nostram. e & multa enormia possunt p tales iudices committi. Melius est igitur, quod iudex ipse scrutetur diligenter acta negocii ad rerum ueritatem, & plena inquisitione discutiat, quã sic se exoneret ad dictum illorum, ut 30 q. 5. iudicantem oportet cuncta rimari. C. de iudic. l. iudices. & auth. ad hęc. ext. de offi delega. super quæstionum. § intentionis. ext de fi. instr. cum lo. prope fi.
2 & post super dubijs cum ceritis deliberet diligenter. ¶ † Vt autẽ tam generali consuetudini seruiamus, aliqua de præmissis consiliarijs inter seramus. Nota igitur ante omnia, q̃ licitum est pro iusto consilio præmium recipere: q̃ dic, ut s̃. de salar. §. sequitur. Plerunque tamen periti recipiunt pro iniusto. Itẽ iudex, qui sper
f nit consilium, f tenetur, si per imprudentiam, uel dolũ ledit causam, ff. de iu. filiusfamilias. Instit. de iniur. § j. ext. de cõsan. & affi. c. j. in fi. Punit etiam in æstimatione litis, extra de re iu. cum æterni. lib. 6. C. de pœ. iu. qui male iu l. j. & 2. Insti. de obli. quæ ex qua si malefic. in princip ff. de calum. l j. ff. de condict. ob tur. cau. l. 2. Secundum canones tamen iudex, cuius mala sententia reuocat, in quatuor casibus punitur, scilicet si propter odium, uel cupiditatem, uel gratiam, uel timorem pronũciauerit, ut 2. q. 6. hoc ẽt
3 placuit. ext. de re iu. cum æterni. lib. 6. ¶ † Scias igitur, quod si iuxta morem Italiæ partes in eligendis cõsiliarijs nequeant concor
g dare, g tũc iudex partibus præcipiet, ut certo termino ad hoc eis
h assignato h sibi dent in scriptis peritos, quos habent in aliquo loco suspectos, & quos recusant, 3. q. 5. qa suspecti. & p̃ sulo, q̃ ille
q dat suspectos, illorũ nomina faciat in scriptis redigi, ne iudex ex illis

vel assessor cogatur stare consilio, vel aliud sequi? de hoc j. versi. quid si iudex. j. & 2. ¶ Octauo, an consiliarius electus possit recusari? de quo j. versi. sed nunquid huiusmodi. ¶ Nono, qualiter consilium receptum debeat pronũciari: de hoc datur remissio, ver. porro huiusmodi. ¶ Decimo quæ pars salarium consulentium soluere debeat? de quo statim dicam. Item ꝑter infra scripta addi potest. ¶ Vndecimo, scilicet quam formam tenere deat consulens in consulendo: de quo j. ver. porro. ¶ Duodecimo, quid, si dolo, vel imprudentia male consulat: de quo in ver. consiliarij. ¶ Decimotertio quid si ad consilium corruptorum feratur sententia: de quo j. ver. quid ergo. ¶ Decimoquarto soluitur vna quæstio de loco committendi consilium, in versi. quid si est. ¶ Decimoquinto instruitur aduocatus, quid agat ante datum consilium, & quid post, ver. hos autem. & ver. tu autem. Vltimo tractat de consiliarijs ciuitatum.

b Salarium. ¶ Hic intrando decimum articulum summæ, petet, non procedere, quod ibi allegatur, f. salarium solui debere per victum, per l. properãdum. §. finautem. C. de iud. cum concor. cum non appareat solutionis tempore alicuius victoria, extra de dolo, finem. Quod autem vtraque pars soluat, facit ff. ne quid in loc. public. l. j. §. pen. C. de iur. calum. l. 2. in fi. de reb. cre. l. pen. §. his de præsentibus. & regula, quod omnes concord. de reg. iur. lib. 6. Quod soluat petẽs facit ff. ex quib. cau. in pos. ea. l. prætor. §. defendi. versic. de hoc. & de edend. prætor ait. in fin. cum l. sequen C. fin. reg. si quis. §. fin. de rescript. statutum. §. penultri. cum concor. lib. 6. Soluitur: ibi ponderandas consuetudines & statuta circa hoc: quib. cessantib. soluet petens, p vltima: neutro, vel vtroque petente, fiet solutio communiter, per iura secũda, & per decre. statutum. §. assessorem. lib. 6.

c Fingunt. ¶ Quod sæpe vidi fieri. vt dicit Aeg. cuius fuit iste ver.

d Cogantur. ¶ Fori secularis. Aeg. facit lex C. de his, qui ad ec. confu. præsenti. §. fane. de iur. calum. c. 2. in fi. lib. 6. Et per hunc modum soluitur: quia is articulus summæ de vno solo consultore qui dicit se dubitare, petit socium sibi dari: pro quo facit C. de rel. l. fina. de iu. eum quem temere. §. 1. Item iustæ deliberationes nulli sunt auferendæ, ff. ad trebel. sed & fi. §. plane. de iureiur. iusiurandum. & ad pecunias. in fi. extra de procu. dilectus. de dilat. c. j. vt vitetur anceps periurium, ff. rerum amot. Marcellus. de in litẽ iuran. videamus.

e Nostram. ¶ Solue, vt ibi no. in gl. 2.

f Consilium. ¶ Datum: vel loquitur de dando, scilicet quia non vult recipere consultorem, forte partibus id petentibus: & sic faceret ad secundum articulum summæ, qui tamen, secundum Gui. expeditus videtur, cum supra proxi. & infra prope fin. improbat consuetudinem de consiliarijs assumendis. Ad partem, quod assumere teneatur, inducuntur iura de habendo consilio. ff. de fund. instr. l. quæstum. in princ. de dam. infec. in ędibus. de dona. l. Aquilius Regulus. de bon. poss. in bonorum. C. de legi. humanum. vbi Gui. de Suz. tenet, quod sequitur, de inge. ma. 3. de fid. ei commiss. l. fina. de iure delib. l. final. de repud. l. dubium. 20. distinctio. de quibus. de offic. deleg. prudentiam. Soluitur ibi, quod suæ voluntati relinquatur, habere consilium: facit de rescript. statutum. §. assessorem. libr. 6. & si videt frustratorie peti, non debet concedere, ff. si cert. petat. l. quidam dicunt tamen, ibi Vbert. de Bob. tenuisse, iudicem vel assessorem peritum non teneri dare consultorem: alias, secundum eum, tenetur de iure & bona consuetudine. Si autem statutum haberet, quod omnes sententiæ ferrentur de consilio sapientum, certum est, consultorem assumi debere: alias sententia non valeret, secundum Rof. q. sua 45. alleg. ff. de re iu. l. 4. § condemnatum. C. de senten. & interloc. l. prolatam. idem Ol. in sua q. quę incipit, antiquum statutum. alleg. ff. de admi. tut quidam decedens. §. 1. & l. Titium & Mæuium. in prin. ne quid in flu publi. l. 1. §. quod autem. de alb. l. Pędius. in fi. de acquir. her. si quis mihi. §. pater. versi. si coram & quod ibi nota. & quod scripsi post Inno. de offic. deleg. & pro debilitate. in glo. putat Inno. idem Nico. Mat. in q. quam vide super regula, nullus ex consilio. li. 6. Sed sciendum est, quòd duæ quæstiones contra hoc terminari videntur per Lamber. de Ramp. & per Gui. de Suza. quorum vterque tenuit, Primus in q. quæ incipit, statutum est in villa. secundus mihi sub litera C. quod si statutum habet, quòd Potestas condemnationes facere teneatur de consilio quatuor hominum loci, quòd tenebit condemnatio facta non hominibus requisitis. tenet enim, quòd necessitas non arctabit ad requirendum. Vterque rationem reddit: quia illi non erant in officio cum Potestate, nec esse poterant eo loco. C. de assess. l. in consiliariis. ff. eo. ti. l. si eadem. ex qui. cau. maio. l. hi qui. & l. sequen. in princ. inducitur præ. l. quidam decedens. §. Papinianus. & gloss. quæ ibi incipit, quia sine matre, & eod. titul. Titium. § j cum gloss. quæ incipit, non arbitrio. Fatebatur vterque, quòd secus esset, cum duo essent ad vnum officium, quod vult l. præ. Titium. in principi. ibi, si administrationem Mæuio dedisset. & 4. glo. ipsius legis: sic etiam loquitur l. 1. ff. de exercit. §. si plures. cum sua gloss. Per prædicta apparet solutio contrarietatis, ponebat enim primus terminos in villa subiecta eptscopo, ita quod non ab hominibus villę, sed ab ipso habebat Potestas officium, & sic videretur in quacunque ciuitate, in qua regimen committeretur a maiore, & statuta fierent per ciues: Curiosus, qui se dilatare vellet in his, videat quæstionem prædictam Old. cuius in hoc dicto perplexitas per hęc breuia verba claresci.

g Concordare. ¶ Premittit illa Summa, quòd si statutum, vel consuetudo loci, dat certam formam circa habenda consilia, illa seruabitur: quibus nõ extantibus, procedet iudex, vt sequitur.

ADDE, quando iudex teneatur consilium admittere, & illud sequi Pau. de Cast. consilio octuagesimo septimo, per Ang. consili. 136. & 186. & melius 188. Bald. consilio 380. j. lib. Et an coram consultore sit instantia? & an consilium præsentatum extra tempus à statuto præfixum, a iudice tamen confirmatum, sit nullum, per eundem Bald. consilio 154. Et an iudex sequi debeat consilium imperiti, per eundem consi. 116. Et an consultor assumptus ad consulendum super omnibus articulis, possit super aliquibus consulere, & aliquos reseruare? per eundem consili. 437. 3. libr. vbi etiam prox. allegata.

h Assignato. ¶ Dicit s. quem scribi faciet.

ADDITIONES.

a Pertractemus. ¶ Si auctor super hoc vidisset. Alberic. Papien. vel Iaco. de Aren. ordinarius scripsisset, quærendo cum eis per modum summę de decem. ¶ Primo, quo ordine per iudicem, vel per assessorem procedendũ sit ad p̃silium habendum: de quo vide j. ver. scias igitur. ¶ Secundo, an iudex, vel assessor de iure inuitus cogatur habere consilium: de quo dicam super ver. vt autem. ¶ Tertio, an electus in cõsiliarium, inuitus cogatur recipere: de quo dicam infra ver. sed nunquid potest. ¶ Quarto, si recepit, an iudex cogatur bonum dare consilium: de hoc j. ver. item facit. ¶ Quinto, an si dicat electus se dubitare, debeat sibi dari socius? vide q̃ dicam post prin. ver. q̃ si. ¶ Sexto, an dato consilio possit illud mutare, corrigere, emẽdare vel declarare? de quo dicam infra ver. porro auditis. ¶ Septimo, an iudex

a ex illis aliquem fortè eligens valeat malignari : [a] quo facto ipse eligat aliquos probos viros, quos partes non dederint pro suspectis : & terminus ad id datus lapsus sit. Quæ si forte pars alterutra dicat, omnes in ciuitate, vel diœcesi sibi suspectos esse, propter alterius partis potentiam, vt sæpe vidi, tunc iudex faciat eā iurare, q̄ id non malitiosè, p̄ponit : sicut hoc sæpe feci in partibus Lōbardiæ, arg. ext. de elec. cum dilecti. & de resti. spol. literas. ff. ad exhiben. thesaurus. ar. ff. de no. ope. nunc l. de pupillo. § qui opus. Sed nec passim & sine cā dēt huius recusatio admitti: ex causa tamen
4 potest. †vt si causa sit merè canonica, siue spiritualis, [b] bene possunt merè Legistæ recusari, ext. de consan. & affin. c. j. 20 diff. § j.
c Potest etiam iudex restringere talē multitudinem, [c] inspecta personarū & negotij qualitate, dicens: quælibet pars det mihi suspectos usque ad decem, uel 25. præsertim vbi est copia peritorum arg. extra, de rescrip. sedes. & in c. cum in multis. Nos tamen plerunq; partes hoc modo in personis eligendis concordamus: præcipimus eīs vtriq; parti, q̄ nobis nominet in scriptis decem, vel 12. bonos, uel legales, expertos, literatos uiros tali loco habitantes, ex quibus possimus eligere unum: quam scripturam in actis secrete poni facimus: & cum raro tot tales inueniantur, sæpe par
d tes in nominando concordant. [d] ¶ †Consiliarij autem electi de-
5 bent fideliter & pro utraque parte cōsulere, ut 14. q. 5. non sanè. C. de assess. nemo. Quod si conuincantur de dolo, & iniquè consuluisse, de dolo tenentur, & alias puniuntur, ut ff. de reg. iur. l. cōsilij non fraudulenti. ext. de renun. sanè. & c. lectæ. ff. de fur. q̄ seruo persuaserit. §. j. C. de assess. p̄siliarios. ¶ Et contra iniquè consulentem uidetur, q̄ possit agi, quanti interest alicuius consilium datum non fuisse, ff. de dolo, l. arbitrio. §. dolo. & si non sit soluendo, uidet, q̄ debet restitui litigator ad pristinū ius, ff. e. l. & eleganter. §. pen. ff. de eo, per quem fac erit. l. fi. Et falsus p̄siliarius potest excommunicari, ut extra de sen. excom. c. nouerit. & c. grauem. & quandoq; suspenditur, & infamis efficitur, ut ext. de hær. si aduersus. & c. excommunicamus. § credentes. Arg. tamen cōtra, q̄ nemo ex p̄silio obligetur, ut ff. man. l. 2 in fi. Instit eo. tit. §. ex diuerso. in quibus not. de hoc. Sed illud uerum est de nō fraudulento
e cōsilio, ex quo nemo obligatur, ut in præ. l. p̄silij. [e] Absit enīm, ut ea quæ p̄ bonū & licitum facimus, nobis debeant imputari, si qd præter nostram uoluntatē inde p̄tingat, ut 33. q. 5. de occidēdis. Sed si per imprudentiā falsum dedit p̄silium, non uidet excusari imo debet puniri, ut ff. de uarijs & extraor. cog. l. fi. Inst. de oblig. quæ ex quasi malef. in prin. quia imprudentia cūlpa annumerat, Insti. ad l. Aquil. §. imperitia quoq;. & ff. eo. sed & si. in fi. & l. seq. in prin. ext. de homi. tua. ext. de æta. & qualit. ad aures. Fatuus tñ est, qui imperitum elegit consiliarium, & sibi imputet, Insti. quibus modis re cōtra. ob. §. præterea. & pro socio, §. fi. Vnde in Ecclesiastico c. 6. Consiliarius tibi sit unus de mille. Quid si p̄ imperitiam aduocati quis causam p̄dit? dic, ut ff. de aduocat. §. fi. p̄pe
6 fi. ¶ †Quid ergo erit de sententia ordinarij, uel delegati, uel arbitri lata de consilio sapientum pecunia corruptorum? Respon. non est defendenda est enim res mali exempli, ff. de pœn. siquis aliqd. §. 3 ff. ad leg. Cor. de fal. l. 3. Nec corrūpens ex corruptione commodum consequetur, C. de pœna iu. qui male iu. l. 1. & 2. ad instar patroni, qui præuaricatus est, C. de aduoc. di. iu. l. 1. 2. q. 3. §.
f notandū, [f] m Vber. [f] ¶ †Tu igitur Italice, not. q̄ electis cōsiliarijs
7 iudex dicet partib. Tales sunt consiliarij per me electi: ite ad illos & iura uestra & rationes omnes illis ostendite, & coram ipsis al-
g legate. Cum autem [g] iueris coram eis, caue tibi, quia multas fraudes consueuerunt committere: & attende, an sint inimici tui, uel saltē partis alterius amici, 3. q. 5. quia suspecti. Affectio enim dominationis, affinitatis & familiaritatis, amor quoque, timor & odiū & auaritia, humanos hebetant intellectus, sensus & opiniones peruertunt, ut 3. quæstione. 5. accusatores. uel testes. 11. quæstio. 3. quatuor. Item uide, si sint tales, qui non sint suæ salutis im-
8 memores, j. q. 7. sanctimus. de consec. dist. 4. sanctum est. ¶ †Item fac eos iurare rectè consulere. quare enim eis absque iuramento credes: cum & testis. iudex, & aduocati iurent? C. de testib. iurisiurandi. ext. e. nuper. C. de iur. calum. l. 3. prope prin. C. de iud. rem non nouam. in prin. & auth. ibi posita, ext. de iureiur. ueniē-
h tes. extra, de iud. [h] in const. Greg. X. properandum. [i] Tales igitur,
i eligant, si clerici sunt, quibus sine iuramento fides possit adhiberi: quibus magis creditur, quam laicis, ut ff. de inst edit §. compēdiosè. uersi. item p̄ ius canonicum. qui etiam de facili nō debent iurare, ut 2. q. 5. c. j. & 2. ext. de iur. cal. c. j. C. de epis. & cle. cū clericis. Si uero sint laici, & sint officiati, qui iurauerūt forte p̄silere fideliter Potestati, uel dñō, uel eorū officialib. tūc nō exigit aliud
k iur̄m ab ipsis. Reprobat enīm crebra iuratio, iuxta illud, [k] Vir multū iurans replebit iniquitate, nec recedet à domo eius plaga. ext. de iureiu. & si Xp̄s. C. de cur. fur. l. pe. in fi. Si uero sint extranei & priuati, aut est ardua causa : & tunc iurant : aut minima, & tunc non iurant, quare enim iurant pro decem solidis forte, habita ta
9 men consideratione qualitatis eorum. ¶ † Sed nunquid potest peritus cogi in aliqua causa alicui consulere? Respon. non puto,
l ut dixi s. de salar. §. sequitur. [l] ¶ Sed nunquid huiusmodi cōsiliarij iurati, uel non iurati poterunt ex noua causa recusari? Puto, q̄
m sic [m] ut extra de officio delegati, insinuāte. 3 q. 5. q̄a suspecti. C. de iu. apertissimi. cū & iudices, q̄ hñt iurisdictionē, recusari possint,
10 ut dixi s. de recusatio. ¶ †Quid si iudex postq̄ deliberauerit cū peritis, decedat? Dic, q̄ successor nō dēt sequi illud p̄silium: quia ēt ille uiuens non hēbat illud necessario sequi, arg. eius, q̄ dr̄ de tutore, ff. de adm. tu. qdam decedēs. Arg. ꝯ ff. de iu. mortuo. & l. edictū. & C. de re iu. gesta. extra de rescr. sup̄lris. p̄pe fi. [n] Hos aūt cō
n siliarios tu aduocate, uerbis, honore & blando sermone ac p̄posito in tuā satagas trahere sniam, sicut & de iudice dixi s. de aduo. §. hic dicendū. uer. cū aūt. & si iustā foues cām, quare bene pe-
o ritos & fideles: si uero malam: uereor tibi suadere peccatū, [o] extr. de pœ. & remis. cū infirmitas. l. dis. minor. Hoc aūt audacter suadeo, ut tūc cedas, uel p̄ponas. extra de ele. dudū. 2. in fi. ext. de trās. c. fi. Deinde tu aduocate corā eis p̄cedas p̄ omnia, & alleges, sicut corā iudice p̄cedendū dixi s. de disput §. nunc uidendū. qa
11 corā eis tales faciunt Italici disputationes ¶ †Porro auditis partiū disputationib. & actis causæ examinatis, & p̄siliarij deliberatione præhabita diligenti p̄silium in scriptis redactū, ne iudici relinquatur uia malignandi, ei secrete offerāt, prout eis iustū & æquum uidebitur, qualiter iudex debeat condemnare, uel absoluere: cuius quidem scripturæ forma talis erit:

FORMA. Consilium nostrum, scilicet nostri talis, & mei talis, in quæstione, quæ inter talem & talem coram tali uertitur, cuius quæstionis tenor talis est, &c. (pone totam quæstionem.) tale est Dicimus enim, q̄ talis est condemnandus, uel talis absoluendus. Vel sic: Consilium mei B. super exceptionibus propositis per E. corā D. iudice, quæ tales sunt, Coram uobis domine, &c. tale est: Dico enim primam exceptionem, quæ sic incipit, &c. admittendam non esse: vel dico, eis non obstantib esse testes aperiendos,
p uel exceptionē admittendam, uel iudicē grauasse, & similia. P Et nota

ADDITIONES.

a Malignari. ¶ Illa summa dat hoc consilium iudici, vt tutus sit contra partem, que diceret, eum elegisse illum, quem dederat: suspectum: communiter seruatur, quod suspecti in scriptis dantur iudici, nec scribuntur in actis: quia nolunt partes incurrere indignationem illorū, quos recusant: si tamen pars vellet illos in actis describi, sibi parendum est, de prob. quoniam.

b Spirituales. ¶ Maxime sacramentalis: vide s. tit. 2. §. porro. ver. sed nunqd in causa. 10 fi.

c Multitudinem. ¶ Ad id ff. de test. l. 1. extra. eod. titu. cum causam. de rescri. c. 2. lib. 6.

d Concordant. ¶ De more vocemus hos confidentes.

e Consilij. ¶ Et de reg. iur. nullus ex consilio. lib. 6.

f Secundum Vber. ¶ In charta 3. vbi tractat de sententia delegati ver. quid de sententia.

g Autem. ¶ Hic incipiunt verba Vber. mihi charta 8. ver. cum autem veneris ad consiliarios. & totum, quod sequitur, vsque ad versic. porro auditis, quo ad verba, vel quo ad mentem, fuit eius, excepto versi. sed nunquid potest, & versi. quid si iudex.

h De iudi. ¶ De postul. erat.

i Properandum. ¶ Quam hodie non habemus.

k Illud. ¶ Ecclesiasti. 23.

l Sequitur. ¶ Ver. non allegat: & merito, quia nil ibi de hoc dicit, si loquatur secundum materiam de consilio iuris dando iudici super causa finienda, vel aliquo eius articulo. in præ. §. soluitur, q̄ eligens, si suus iudex est, illum cogere potest, si iustam causam renuendi non habet, cum iudicare sit ius publicum, ad quod inuiti coguntur, ff. de mun. & hon. l. munerum. §. iudicandi & de vacat. mun. l. penu. §. qui autem. C. de aduoc. diuer. iud. sancimus. quæ licet in delegato loquantur, eadem tamen ratio est in consultore. vt not. C. de prox. sacr. scrin. lib 12. & sic seruatur. Procederet ergo dictum Gui. quādo preciperet aliquod dari consilium in camera.

m Sic. ¶ Etiam si de consensu partium fuerint: facit ff. de arbit. non distinguemus. §. cum quidam. de procurat. c. 2. lib. 6. & tunc necesse est iustificare causam, ante consensum non: & sic seruatur.

n Prope fi. ¶ De facto statur huic contrario, nisi patens sit error consultoris: & vide j. ver. quid si iudex.

o Peccatum. ¶ Verbum fuit Vberti.

p Similia. ¶ Occurrit hic vj. dubium Summæ, an dato consilio possit illud mutare? q̄ possit, inducitur l. vlt. C. de fur. §. sed cum. Ad cōtrarium ff. de re iudi. iudex. Soluitur, q̄ incontinenti ante q̄ diuertat, potest, & videtur inesse, ff. si cer. pe. lecta. de elec. officij. & quæ incōtinenti fiūt, suspicione carent, in authen. de æqua. dotis. §. si antē. Collat. 7. Item poterit, si ex intervallo, si bona ratione, vel lege mouet, ff. de iure patro. l. diui. quia prætor quandoque variationem admittit, ff. de col. bonor. nonnunquam. alias nō auditur, ff. de transact. cum hi. §. in causa. de his, qui no. infa. l. 2. §. ignominiæ. de dona. l. nuda. ff. de testi. qui falsa. præsumitur enim machinatio. vt in præ. §. de æqua. do. Circa declarationē remittit. ad l. in ambiguis. ff. de reg. iur. & eo. tit. contra eum. lib. sexto. Mart. de Fan. reuocationem consilij æquiparat reuocationi testis: de qua dic, vt extra de testi. cog. præterea. Alii ponderant tempus statutum ad dandum consilium, an duret, an sit lapsum: facit de offi. deleg. de cautis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nota, quod consiliarii non tenentur exprimere in consilio causam quę ipsos mouet: & sic in arestis in curia Franciæ obseruatur, infra de senten. §. qualiter. uersic. uerum. & supra de disput. & alleg. §. porro. versicu. in summa. nec est fieri consuetum. Quidam autem sic in consilio dicunt: Per ea, quæ vidi & au-
12 diui, ita dico & consulio, &c. ¶ † Tu autem aduocatæ labora scire consilii continentiam, si id honeste fieri possit, ut ex hoc instrui possis, quid tibi agendum sit, an scilicet debeas ad sententiam, uel concordiam properare, vel aliquid de processu ostendere, uel beneficium restitutionis in integrum postulare, uel alia remedia adhibere. Nota, quod non solum super decisione quęstionis principalis eliguntur huiusmodi sapientes, quinimo & super quolibet litis ambiguo casu. Porro huiusmodi dato consilio, iudex secundum illud sententiam diffinitiuam, seu interlocutoriam formare curabit, sicut dixi supra
a de exceptio. §. viso. versicu. porro in Italia[a]. & infra. de sen-
13 tentia. §. ut autem, versic. in partibus ¶ † Quid si iudex videt consilium esse contra ius? dic, quod si ipse consiliarios elegit, spreto consilio pronunciet secundum ius: alioquin facit litem suam, ut supra. non enim pretextu consilii excusaretur: immo magis accusaretur, vt Instit de obli. quæ ex quasi deli. in principio, ff. de var. & extraor. cog. si iudex. & melius in authentic. vt iudic. sine quoquo suffrag. § eos. debuit enim deliberare, utrum sibi expediebat consilium, vt ff. manda. l. secunda. in fin. & ad hoc facit in authentica, ut defunct. seu sun eorum. §. fina. extra de consuetudi. ad nostram. ff. de his, quæ in testamento delent. proxime. ibi, remotis omni, &c. extra. de arbitr. cum olim. extra de electio. ne pro defectu. & c. cum in ueteri vigesimasexta distinctio. deinde. versicu. quæro. sexagesimaoctaua distinctio. cor episcopi. Si autem de partium
b consensu electi fuerint, tunc dicunt quidam[b], quod debet iudex iuxta eorum consilium pronunciare: argum ff. de re iudi. si conueneri. extra. de offic. deleg. super quæstionum. §. uerum. Contra credo, ut in præ. decret. ad nostram. ad idem. ff. de administr. tut. pater tutelam. Debet enim iudex secundum allegata & probata iudicare, ff. de offic. præ. illicitas. § secundo & 3. quæsto. septima. iudicet. cum suis concord. Nec obstat l. prędicta, si conuenerit. quia ibi exponitur, quid, id est, super quo, non cuius consilio. Item non obstat ff. de administ. tut. Titium & Mæuium. respon. j. quia verba illa, quod sine eo fit, irritum, &c. contrarium tollunt. Nos tamen ad cautelam scribi in actis facimus, quod partes petunt & consentiunt, quod iuxta illorum consilium pronuncietur: & idem faciemus in exa-
c minatoribus rubricarum concorditer a partibus electis[c], vt vi-
14 delicet diffinitioni eorum a partibus stetur. ¶ † Quid si est statutum in aliqua ciuitate, ꝙ nō eatur ext. illam pro cōsilio habēdo nisi partes haberent omnes illius ciuitatis suspectos: nūc altera pars tātum habet omnes suspectos, quæritur, vtrum possit iri extra illam ciuitatē pro consilio? & videtur, ꝙ ñ, nisi utraque pars omnes habeat suspectos: ga in statuto dicitur, nisi partes, &c. & a uerbis eius recedēdum non est, ff. de leg. 3. nō aliter. & fa. C. de bo. quæ lib. cum non solum. §. ipsum autem filium. ibi, ex vttaq; parte vertitur Sed dic contra, argumen. in præ. §. ipsum. & in authen. Col. j. de hær. & Fal. §. fiat. ibi, tabularis, & c. ff. de eo, ꝙ quē fac. est. l. j. §. si plures. & ff. si quis cau si duo. § j. & ff. demanum. testa. si ita. ff. de pact. rescriptum. §. si pacto. C. de appel. in of ferendis. Ad officium autem iudicis pertinet multitudinem suspectorum refrænare de quo not. in auth. ut nulli iudic. §. si
15 vero. ¶ † Item not. quod electio huiusmodi consiliariorum in curia Romana, uel extra Italiam non seruatur: sed iudex prius quam aliquid diffiniat, auditis causæ meritis & discussis, vt tertia. quæst. septima. iudicet. deliberat secum prius diligenter, & postmodum cum peritis, quos discretos nouerit & fideles referendo eis plene rationes & iura partium, & quæ rendo, qualem negotio finem imponere debeat, vt supra in principio huius § & dicam j. de relat. §. qualiter. in fine. Non enim debet iudex nimis prorumpere, & suam sententiam precipitare, Augustini & aliorum exemplo, ut 6. quæst. prima. Deus 11. quæst. tertia, summopere. C. de sentent. ex breui. recit. l. secunda. Immo debet diu deliberare, vt infra titu. proxim. quia tempore indigemus, ut aliquid maturius agamus, l. dis. ponderet. in principio. & lenta virtus, &c. vt supra. de aduo. § hic
d dicendum[d]. Nec premissi consiliarii audient disputationes aduocatorum, sicut in Lombardia & Tuscia vidimus obseruari:
e quem quidem morem propter lucrum aduocatorum[e], & ad exonerationem imperitorum iudicum esse innolitum æstimamus. Sed cum ratione careat, extirpandus est, vt sexagesi maoctaua distinctione, cor episcopi & hunc morem dominus Papa Clemens IIII. lumen iuris, sæpe reprobat. Vitium enim magnum est Reipublicæ, si iudices non ex sē quid agendum sit sciant, scilicet lites decidere, sed aliunde. iudicandi enim discant honestatem, & ab aliis quæraut, quæ ipsos in iudicando eloqui decet, vt in authent. Collat. sexta, de iudicibus, prope principium, versicu. illi autem. & 1. quæstio. septima. conuenientibus. Sed ubi iudex imperitus est, bene potest assessorem habere: quod dic. vt supra de assessor. §. salarium. Iudex tamen non tenetur sequi consilium, ut infra de senten. §. iuxta. versicu. quid si sunt tres. Quid iuris autem sit, si prouisio, uel electio, uel aliquid aliud mandetur fieri de consilio alicuius. nota. plene secundum Vincentium, extra de constitu. ex parte. & de electio. cum in veteri. versicu. etiam de hoc se-
f cundum Papam & alios. & extra de arbitr. cum olim[f]. ¶ Et quoniam hic de consilio loquimur, not. quod si in consilio alicuius ciuitatis aliquid firmandum, uel refirmandum est, debet Potestas, seu Rector in consilio sic proponere concionando: Domini, quid vobis placet super hoc: & tunc arengatores proponent, quod eis videbitur: quo facto instantiabitur & firmabitur per rectorem & consilium, quod maiori parti placuerit, & inde fiet publicum instrumentum, in quo propositio rectoris, & consilia arengantium & partium & reformatio
g continebuntur[g].

ADDITIONES.

a In Italia. ¶ Et ibi dixi, an sufficiat dicere. lecto consilio pronuncio, ut in consilio continetur.

b Dicunt quidam. ¶ Alb. Papien. nisi consilium esse expresse contra ius, quod sequi non debet, C. de præd. minor. prædia. & sic contra ius, vel vtil. public. l. fin. & ille auctoritatem perdit, qua abutitur. C. de Iudæ. Iudæos extra. de priuileg. capitu. tuarum. idem Guid. de Suz. super l. humanum. C. de leg. & super l. 2. ff. quod quisque iur. alleg. in auth. de iu. ad fi. §. omnis autem iudex.

c Electis. ¶ De quibus ſ. de teste, §. publicati. ſ. in fi.

d Docendum. ¶ Sub uer. cum autem tempus.

e Aduocatorum. ¶ Qui allegant coram consiliariis: uel forte ponderauit, quod aduocatis illius loci, vel fori, qui in causis illius, non patrocinantur, solent talia committi. Quod sequitur de imperitis iudicibus fatemur, cum ex quo tales sunt, vniuersalis est consuetudo, quam Italici dicunt inductam, vt frœni temperies apponatur iudicibus fœuire volentibus. C. de custod. reo. si quis in ea. Nec posset negari, quin consuetudo habeat finem & respectum bonum, scilicet ut in decisionibus litium seruetur iustitia, C. de legibus. l. humanum. & sic sunt gubernaculū iustitiæ. facit. ff. de euic. scapham. Item cum iura permittant assessores haberi, sufficiat sequens remissio: quare de his consiliariis sic turbatur, cum etiam experientia doceat, propter occupationes iudicum marcescere causas, quæ per iudices sine talibus consiliariis terminari debent, quæ cum eis cito expediuntur: & hoc appetunt iura. quæ sunt not.

f Cum olim. ¶ Tu excluſa diſt. præpoſitionum De, & Cum, dic, vt ſcripſi de reg. iur. nullus ex conſilio. li. 6. poſt finem quæſtionis.

g Continebuntur. ¶ Vt aliquod præambulum detur huic fini, est sciendum, quod dominus meus in legibus disputauit quæstionem, quæ incipit: in quadam lege municipali. & erat quæstio, si statutum ciuitatis habebat, quod certus actus expediri deberet per concilium arctius, non per concilium maius, cum duo talia concilia ibi essent: & in illis duobus conciliis simul congregatis expeditus fuit ille actus, an ualeat? Quod ualeat, probatur: quia factum est præsente & consentiente illo concilio, ad quod spectabat id agere: & maxime, cum hoc casu contradicere possent: ad hoc mistum alleg. ff. de re iudic. sæpe. §. cum autem ff. de arbit. si in tres. de re iudic. duo ex tribus. de uerb. signifi. coram: & quod not. ff. de pigno. actio. l. Caius. Illi ergo de consilio maiori fecerunt ex abundanti: & quæ superabundant, uitiare non solent. ff. de regul. iuris. non solent, nec inutilis adiectio uitiat, sed uitiatur, C. de donat. ſ quis argentum. ff. quod fal. tut. l. prima. Item hoc non fuit factum aliud, sed plus: nec forma mutata, sed ampliata. ad hoc ff. mand. rogatus. de statu. hominum. non sunt liberi. in fine. Item dubia interpretantur, uel interpretamur, ut res ualeat. ff. de rebus dubiis, quoties. Contrarium tenens inducit, debiliorem esse naturalem possessionem mistam cum ciuili, quam solam, quæ solo animo retinetur, iusta not. ff. de vi & vi arm. l. prima. §. interdictum hoc. & l. tertia. §. vnde vi. & ff. de acquiren. possess. naturaliter. Item cum minor portio iungitur maiori, minor eatinguitur, ut si alienum brachium statuæ meæ iungo, ff. de acquirend. rerum domin. l. adeo. & l. quicquid. & grex auctus idem remanet, ff. de usucap. l. eum qui ædes. & l. rerum mistura. Concluditur ergo ex his, illud unitum fuisse maius: ergo, &c. ad hanc partem facit l. pedius. §. primo. de arbitr. ubi mistura liberi & serui uitiat compromissum: allegat idem de iure canonico, cum in electionibus miscentur clerici cum laicis, extra de elect. Messana. & cap. cum terra. Non ergo promiscuis actibus rerum turbentur officia, C. de epis. & cleric. l. repetita. & de testa. l. consulta diualia. Item facit ad factum, ff. de fur. l. pe. vbi patet ꝙ tacens metu, vel reuerentia, habetur pro contradicente. Sed quando artifices sunt in maiori consilio cum nobilibus & maioribus, metu vel reuerentia suum animum non exprimunt; ergo pro contradicentibus habentur: & sic essent contraria: ad idem facit ti.

de fur.si quis in seruitute. Et hæc fuisse videtur consideratio statuti, & iustificat solutionem.

ADDITIONES NOVAE.

* Consultor debet a.tendere verbum prophetiæ dicens. Iudicium & iustitiam vestiebat. de pœni. distin. 4. cap. dominus, & consilium cuiuslibet consulentis debet esse vestimentum iustitiæ non voluntatis propriæ seque la.4.quæstione.v.capitulo,iudicet.in fine.& concludas consultori hoc modo, Virtus consulentis in medio diminuat,& superfluum circuncidat: de vultu Dei prodeat iudicium vestrum, & oculi vestri videant æquitatem.

Nota q̃ illud super quo consilium postulatur debet dari in scriptis q̃d hodie in practica appellamus articulum,ut no.in l.fi.C.de legationibus. li. x.super ver.formata.

In l.hac lege.de sen.ex breui.rec. dicit Bal.q̃ iudex quantumcunque peritus seu doctor potest dicere se velle habere consilium vel colloquium cum sapientibus.

Item Inn.in c.super quæstionum, de offi. del. dicit quod iudex potest committere causam consulendam inuitis partibus,& debet formare articulum de conscientia partium,l.j.de relat. & si partes non volunt formet articulum de per se.Io.An.in nouel.in c.statutum.ext.de rescri.l.6. Sed cuius expensis debet committi quæstio consulenda.Bart.in l. fi postulaue rit. de adul.

Quando quis sit excusatus sequendo consilium,& quando non,Bar.in l. in bonorum.de bono. poss.

An pendente commissione possit iudex interim aliquid facere in causa.Bar.in l.j.nil no.ap.pen.

An iudex possit commissionem reuocare,& ipse de causa cognoscere. Bar.in l.ad principem.ff.de appel.

An sententia lata pendente commissione sapientis debentis consulere valeat,Bar.in d.l.ad principem.fac.quod no.in l.si conuenerit.de re iud. nota quod Ia.de Aren.fecit in hac materia vnum tractatum.

An iudex possit habere consilium cũ aduocatis partiũ. Nicol.de Neap. in l.proxime.de his quæ in test.del.& l.non distinguemus.§. cum quidam. de arbit.

* An consultor electus si incipiat semel audire causam & allegationes, possit postea cogi acceptare. Bar.in l.prætor.§.post causam. de vaca.mu.

An cogatur quis suscipere quæstionem sibi commissam & consulere, not.in l.2.§. corporum.de vaca. mun. & l. si quis magistratus. de mun. & hono.per Alberi.

Pone,statuto cauetur, q̃ iudex teneatur omnes sententias dare cum consilio sapientis:aliquis iudex commisit quæstionem,consultor in suo cõsilio dicit,q̃ suadebat iudici debere sic dicere & pronũciare:postea in syndicatu opponitur iudici q̃ non tulit sententiam cum consilio sapientis:an sufficiat ipsum pronunciasse consultore sic fieri suadente. Guil. de Cu. q̃ sic per l.an apud in fi.de manu. vin.

Pone statuto cauetur,q̃ iudex teneatur committere omnes quęstiones: aliud statutum dicit,quod in quibusdam casibus iudex debeat procedere summarie, an in his etiam casibus debeat committere. Barol. in l. prætor. §.si quis.vi bo. rap.

Quid si partes discordant in electione consultoris. dic q̃ electio transit ad iudicem.no.in l.in venditione.ff.de bon.auth.iu.possid.per Dy.& Ray. Item quid si discordãt in formatione articuli,dic quod iudex debet illum formare.Bar.ibidem.

Consultor assumptus vt consulat de iure, non potest nouas probationes seu noua instrumenta recipere.sed debet super iis quæ à iudice transmittuntur consulere.c.cum a nobis.de dila.Bar.& Bal. in dicta l cum a nobis.& etiam Bar.in l.rescriptum. de ap.& l. quinquaginta. de probat. Richar.Malum.

An ignorantia excuset,vbi quis potuit consulere peritiores, Bar. in l.in bonorum. de bono. posse.& multa bona ibi dicit.

An quis possit allegare turpitudinem sui prædecessoris,seu sui parẽtis, dic aut loquor ext.iudicium,aut in iudicio: primo casu aut legem condendo,& potest,l.3.§. si seruus.de con.ob cau.ratio est,quia non videtur fieri iniuria prædecessori,si a successore in iure in melius dicatur.l.potioris. de offi.rect.pro.aut negotia administrando,& tunc ad malum patris non põt ut in Auth.§.& ita.aut ad bonum,& potest.l.his qui.de tu.& cu.da. ab his. & auth.liber.de epi.au.secundo casu q̃n in iudicio,tunc aut in iudicio criminali,aut in ciuili: primo casu aut ius reddẽdo,& nõ põt.l. lex Cornelia. in princip.ff.de iniuriis.aut accusando,& nõ põt regulariter in criminibus no.in l.hi tamen.in princip.ff.de accusat.& l.plures qui accu. non po. aut. misericorditer implorando,& tunc potest,l.3.§.quod autem.de offic.præfe.vrb.& l.2.ff de his qui sunt sui vel alien.iur.aut crimen retorquendo,& tunc similiter potest,l.libertus.ff.de in ius vocan.ratio,quia tunc est ignoscendum ei,si ault vlcisci prouocatus,l.qui cum maior.§.j.de bo.liber. Tertio uidelicet quando in iudicio ciuili,& tunc aut ius reddẽdo.aut turpitudinem retorquendo:aut excipiendo,aut agendo seu replicando. aut misericorditer implorando,aut alio modo retorquendo. Primo casu,uidelicet quando ius reddendo,& tunc aut ut delegatus,& põt,l.in priuatis. de iu. aut ut iudex extraordinarius,& non potest, ut l. qui iurisdictioni. de iur. omn.iud.secundo casu scilicet turpitudinem retorquendo, & tunc potest, ut l.in arenam.& l.si filiam.C.de inof.testam.& est rõ,quia cum super modum retorcutionis, videtur delictũ cũ delicto ppensari,l.viro. & l.mulier. ff.solu.matri.tertio casu,uidelicet quando excipiendo,tunc aut allegando turpitudinem sui prædecessoris,& tunc contrahens cum prædecessore suo remaneret deceptus,& tunc allegare non potes,l.rem alienam. de pigno.acti.aut allegando turpitudinem prędecessoris nititur euitare de deceptione sui,& tunc dic vt l.apud Celsum,§.aduersus.de excep. doli. & l. non debet.de dolo.aut neuter dictorum casuum interuenit, & tunc potest, l.qui habebat.de manu testa.§. j.& l.qui testamentum.de prob. Quarto vero casu uidelicet quando agendo seu replicando, & tunc aut agitur criminaliter ratione vindictæ sumendæ,aut ratione rei familiaris: primo casu,aut uindicta petitur sumi ab alio quam a patre,& tunc ad hunc finem filius quandoque allegat uilitatem & inhonestatem patris,vt l.sed si unius §.filio. de iniuriis. aut petitur sumi a patre, & non potest nisi iniuriarum atrocitas insit. l.prætor.§.præterea.de iniu.secundo casu quãdo agitur ratione rei familiaris,& tunc aut per hoc quod allego turpitudinem prædecessoris nitor infringere actum libertatis fauorabilem, & non possum. l.si creditoribus.de communi seruo pig. da. ma. aut nitor infringere actum prædecessoris qui de sui natura est obligatorius,& non possum, ut l.filius. de his quæ in frau. credi. & l. transactio. de transac. aut allego turpitudinem prædecessoris tendentem ad priuandum me in toto,uel in parte hæreditate debita,seu quasi debita alterius non committentis turpitudinem, & tunc possum,ut l.hi tamen.ver.nam & filius.de accu. aut allego turpitudinem prædecessoris & per hoc volo me admitti ad hæreditatem mihi debitam, vel quasi debitam ipsius committentis turpitudinem, & tunc aut turpitudo me concernit, aut concernit publicum. Primo casu possum vt l.2.de inoffi.donat.& l.2.de his quæ in frau.patro.secundo casu idem,vt l.j.de natural.lib.& l.j.de secun.nup.& l.hæreditatem de his qui. vt indig. aut allego turpitudinem prædecessoris.vt per hoc consequar exercitium actionis iuris mihi debiti,& possum l.fi cum dotem.§. eo autem tempore. ff.sol.matr.quinto vero casu,videlicet misericorditer implorando etiam similiter possum,l.necare.& l.si quis alteris.de lib.agnosc.sexto vero casu videlicet alio modo requirendo,& tunc aut per hoc nitor vitare periculum dilapidationis,& tunc possum: alias secus.l.imperator.ad Trebel. Et per hoc apparet quæstionis determinatio,an filius volens admitti ad hæreditatem patris ab intestato debitam seu quasi,possit allegare testamentum paternum fore nullum,ex eo quia fuerit pater vsurarius manifestus, & videtur ex præmissis q̃ sic.Segnorolus de homodeis. facit etiam quod ipsemet notat in consiliis suis in 3.par.in prin.consilii quinti.

* Nota quod iudex qui commisit causam consulendam, non potest ferre sententiam,donec recipiat consilium consultoris, uel consultori labatur terminus:quia dilatione pendente nihil est innouandum.l.fiue pars. C.de dila.Item quia præiudicialis est ista commissio.Cle.quamuis.de appel.ita dicit Bald.in l.si quando.C de relatio.& §.proxi.nota. ¶

De consilio sapientis quod petitur calumniose, notat Bald. in l.ab administrationem.C.de leg.Bart.in l.ille.§.in verbis.de legat.3.& l.pediculis.de aur.& argen.leg. Inno.in c j.de offic.vica.notat gl.in fini. in l.qui cum maior.§.si patris.de bo.lib.Compostel. in capitu. quod sicut.de elect. Innocen.in capitu. post cessionem.de concess. prębend & l.illa de hæret. instit.

An iudex iniunctus teneatur dare consultorem parte petente, Alberic. in l.humanum.C.de leg.

Consultor in consilio suo dicit Titium debere condemnari,& iudex ita pronunciat,quid iuris.Bald.in l.testamento.de hæret.inst.& l.j. C.si aduer. liberta.

Si quæstio est commissa duobus consultoribus,qui diuersa consilia proferunt,quid iuris.Ang.in l.si pars.de inoffi.test.

Si statuto cauetur q̃ quæstio committatur,& iudex profert sententiam commissione non facta.Bar.in l.j.§.si plures.de execu.Bal.in l.ambiguitatem.C.de testa.secundum Gy.in fini.Alberic.contra.Bar.in l.quidam de cedens.de admi. tut.

¶ Bald.de Requisitione consilij.

¶ AN sapiens electus ad consulendum, de iure teneatur de imperitia, ver.psilium.& ver.seq.G.& videtur.q̃ non: quia tale consilium est nullum ipso iure,arg.ff.de auro & argen.leg.l.ornamentorum. ergo non facit litem suam,ut ff.de var.& ext.eo.l.si iudex Die econtra,quia lædit partem, & tenetur de dolo & lata culpa. Bal. ¶ Consultor non tenetur in consilio exprimere causam,nec leges,vel rationes allegare,uersi.porro.cum seq.G. ¶ Judex non tenetur sequi malum consilium, etiam electi consultoris à partibus: & si sequitur,facit litem suam, versic.quid si iudex videt.G.facit C.de tutor.& curator.illustr. per l.j. facit C. de senten. ex breuic rec. l.2.& argu.ff.man. l. idemque.§.si tutoris.in fin.& vide Bartol. ff. de re iu. si conuenerit. Bald. ¶ Si vna pars habet omnes suspectos, & non altera vide in versicu.quid si est pars. per G. ¶ Consilium est cum commissione, colloquium est sine commissione: quod in omnibus causis haberi potest; uersic. item not. G. ¶ In consilio ciuitatis rector facit propositas exceptiones. deinde consulitur, deinde statuitur, & forma ponitur. ver. fin. ¶ Consilium commissum à prædecessore, potest reddi successori,arg. ff.de min. l.verum.§. ex facto. vide ſ. de leg.§. præceptum. ¶ Consilium non debet committi aduocato alterius partis, vt notat lex, proxime. de his,quæ in test.delen. vide ſ. de aduoc. in princip. Bald. ¶ Consilium dicit, Titium esse absoluendum: dicit iudex & ita pronuncio secundum tenorem consilij, an videatur absoluere, vel pronunciare absoluendum? Respondeo: q̃ absoluere: quia effectum consilii sequendum credo, non verba, arg. ff. de euic. l.si ita quis. Et nota, quod non valet sententia prædicta,nisi iudex legat consilium. l.j & 2.C.de senten.ex breuic. reci. Bald. ¶ Nec consilium, nec scriptura debet committi, nisi confidatis, ut not. in authent. de trien. & semis.§. quod sæpe Bald. ¶ Qui petit consilium, debet petere suis expensis : quia non debeo posse lædere aduersarium meum in onere expensarum, argum. C. de testib. l.quoniam libeti. C. de erog. mil. anno. l. cum sæpe Bald. ¶ Sufficit, quod assessor non sit de suspectis, licet non sit de confidatis, vt not. in capitu. statutum [illegible] 6. in nouella. Bald. ¶ An consilium expiret [illegible] præceptum. ¶ An possit compromitti cum

de arbitr. §. an posit. ¶ An qui iudicat habito prius consilio sapientis excusatur a pœna iudicis male iudicantis, si iniustum sit consilium, j. de sent. ad fi. §. si iudex scienter. & ibi, & in § sequ. habetur, an teneat sententia lata intra terminum statutum consultori, ipso nō expectato, & an valeat: & de materia vide Bar. in suo tractatu De requisitione consilij, multum bene.

a ¶De petitione sententiæ [a], & eius cautella. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus antequā sententiā petat, debet suæ causæ merita perscrutari.*
2 *Voluntas cordis secreta communiter legitur in facie.*
3 *Tepidus in petendo sententiam, præsumitur de suo iure diffidere.*
4 *Aduocatus certus de victoria, debet adesse sententiæ prolationi: si autem econtrario, fugere.*

QVONIAM disputatiōe supactitatis habita, ꝑclusoq; in negotio, & deliberatione cū peritis habita, sola sententiæ prolatio supereſt, quā partes debent instāter petere, vt ext. de sen. & re iu. causam quæ, ideo
1 de petitione sententiæ perstringamus. ¶†No [b] igitur aduocate,
b ꝙ prius quam sententiam petas, debes diligenter causæ tuę merita perscrutari. Vnde consulo, ꝙ accitis tibi peritis, de quibus confidas, cum eis deliberes diligenter, iuxta illud: OMNIA cum amico delibera: quia qđ a pluribus quæritur, facilius inuenit. vt 20 dist. de quibus. nec nimiū tuæ prudentiæ innitaris. multos enim propter suam præsumptionem sæpe vidi in causis decipi. ext. de pstit. ne initaris. c j. & ad hoc §. de aduo. §. nūc tractemus. Item consulo, ꝙ stomacho ieiuno deliberes: quia tunc melius vigent sensus, 1 5. q. j. sane ext. de testib. c. j. 22. q. 5. honestū. & hoc est, qđ Philosophus dicit, Quod post somnum, quādo satis dormisti, melius deliberabis. tunc enim nullus rumor impedit sensū tuum. & cōcordat extra. de accusat. si constiterit. quia, secundū Hieronymū, vēter pinguis crassum sensum generat, vt 43. dist. § fi. & vt ad viā pertenias veritatis, oppone & allega contra tuā partem qđ dic, vt in præ. § nunc tractemus. & si inueneris causam desperatam, cōpone, vt dixi §. tit. proxi. [c] Si uero cōfidis de
c 2 tuo iure, adeas iudicem sermone modesto, & vultu lęto: qa † in facie legit cordis secreta voluntas: & vultus talis erit, qualia mēte gerit, ar. 41. di. §. j. & §. fi. & laudes eum, vt tibi sit ꝑpitius, 26. q. vlt. alligāt. dicens ei cū reuerentia, ꝙ placeat sibi cām suā calculo diffinire: & hoc, si de ipsi⁹ fide plene ꝑfidis. si vero dubitas, de fide, siue peritia eius idem dicas & expecta, utrum dicat ꝙ velit deliberare cum peritis, qđ si dixerit, respondeas. Lætus sum valde, ꝙ ad vestri exonerationem salubre cōsilium habeatis: nec ꝑ hoc censeris in prauum consilium, uel consiliarium consentire. Quòd si videris eum absque ꝑsilio ad diffinitiuam currere, curialiter & humiliter dicas ei: Domine, sup plico, ut iuxta consilium
d Salomonis procedere velitis dicentis [d]. Omnia fac cum cōsilio, &c. vt §. tit. prox. ad fi. Quæ autem præmissa sunt, etiā in interlo
3 cutionibus obseruentur ¶†Item not. ꝙ vbi speras verisimiliter pro te sententiam proferēdam fore, postules eam ferri: & vtaris verbis positis §. de dispen. §. nunc videndū. in fi. & §. post hoc autem. ver. sic igitur destructis. non tamen importune, nisi in mora videas periculū imminere: tunc uere insta opportune & importune, ut 43. dist. sit rector. in fi. & ext. de elect. cum inter R seniorem in prin. Licet enim [e] de ipso ꝑfidas, credas tā cū hominem
e esse, & idcirco pronum ad malū, 22. q. 1. omnis ætas. xx. q. 3. procliuis. maxime si sit solitus nūmis corrumpi, xi. q. 3. g recte. 14. q. v. nō sine. 11. q. 3. nō licet & c. panper. ext de pig. illo. § fi cū suis
f concor. Si [f] enim tepidus sis nimis in petendo sententiam, præsumeris de tuo iure diffidere, vt 43. dist. in mandatis. Pete igitur sē-
4 tentiā, prout no. in præ. uer. sic igitur. ¶†Itē aduocate, tibi consulo, ꝙ si certus es de victoria, adsis sententiæ: si contrarium speres, fuge, sicut Medici faciunt, In primo casu honor, in secundo casu contumelia te vbique sequetur. In dubio autem est consultius, ꝙ interfis, propter multa, quæ tunc sæpe occurrunt, ex quibus causa tua in causa appellationis iuuari poterit, si succūbere te cōtingat. Illud autem tibi sit memoriæ, ut semper aduersarium petas in expensis tibi legitimis ꝑdemnari, ut dixi §. in prę. §. nunc videndum. in fi. & §. seq. & de expensis. §. j. ad fi.

ADDITIONES.

a Nullus ex practicis auctoribus posuit hanc rubricam præter Io. de Deo in lib. Iudicum, parte 2. qui posuit rubricellam: petitio sententiæ. & ibi modicum: & iterum modicum parte 3. sub eadem rubrica: de quo modico j. dicam. ¶ Vber. tñ de Bob. posuit hoc nigrū, vbi §. dixi §. tit. prox. & dicam j. Tamen auctor ampliauit Io. de Deo. licet verba eius communiter assumpserit. In cauil. non inueni adhuc, quòd hanc Vberti partem posuerit.

[illegible] totum quod sequitur, fuit Vberti de Bob. mihi charta 8. ver. cum autem fuerit finis. ampliat tamen auctor: & quid inseruit de Io. de Deo: j. dicam.

c Tit. prox. ¶ Vers. hos autem.

d Dicentis. ¶ Ecclesiast. 32. ad fi. & facit Prouer. 13.

e Enim. ¶ Assumit verba Io. de Deo, ver. 8. parte 2. & ei, quod sequitur, conuenit ad Ro. 3. Deus verax est, & omnis homo mendax.

f Si. ¶ Hoc habuit Io. de Deo, versi. super parte 3.

¶ Bald. de Petitione sententiæ, & eius cautela.

CVM petis sententiam ferri, sit tibi memoriæ, vt petas aduersarium in expensis condemnari. vers. fi. G Sed an in fructibus & interesse potest iudex condemnare sine petitione? Dic, ꝙ in fructibus ante litis contestationem perceptis exigitur petitio: sed post litem contestatam non, ut not. ff. de dam. infec. l. si quis missum. §. iudex. Bal. vide §. de disput. & alleg. 1. §. ex. Sed quid in pœnis? dicit statutum, ꝙ periurus perdat litem. ¶ An sine petitione poterit iudex condemnare periurum in amissione causæ? & uidetur, ꝙ sic, ff. de ædil. edic. l. ædiles. §. item sciendum. In contrarium videtur ff. de dam. infec. l. 4. §. hoc autem iudicium. hoc enim non pertinet ad sequentiam petitorum, sed oritur ex noua causa. ar. ff. de in ius. vo. l. j. Ergo iudex nō pōt supplere ex officio: ad hoc facit C. ut lite pen. l. j. in gl. & ff. de iur. fisc. Ieius q. delatoré. C. loc. l. ꝙductoré, C. vñ vi, l. nō ab re. in gl. 3 auth. de triē. & semis. §. in gl. & hoc est tuti*. Bal. & ad oia sufficit petitio gñalis, sub hac forma, peto sententiā ferri pro me, C. de pac. l. petēs. G. ¶ Sed quid dices, actore absente & citato legitime, lite non contestata, si reus petit sententiam ferri, iudex ex gestis sentit pro actore, & pronunciat pro eo, an valeat? videtur, ꝙ non, quia lis non est contestata, C. de temp. ap. l. fi. §. illud. Sed pro reo bene valet, ut in authen. qui semel. C. quomodo & quando iu. SOL. Credo valere: & imputet sibi reus, qui stulte petit, & iudex pro absente potest supplere, l. properādum. §. finautem reus. & §. seq. C. de iu. Bal. ¶ Vide, quatuor sunt casus. nam quandoque fertur sententia pro præsente, & tunc petitio est necessaria: quandoq; pro præsente contra absentem, & idem: quandoque pro absente contra præsentem, & tunc non est necessaria præsentia absentium: quandoque pro absente contra absentem, & tūc non valet sententia, ff. de arb. l. arbiter. ita vide j. prox. ¶ Sed quare non sufficit actori, ꝙ in libello petiit condemnari? Respon: quia illa sunt verba, futuri temporis: sed ista petitio est præsentis, ut nunc: & ista vltima petitio est idem dicere, ꝙ instantia: quia ad instantiam partis iudex debet procedere, non motu proprio, ut in auth. qui semel. ibi reo postulante, &c. ff. de iu. l. & post. C. ut intra cer. tem. l. 2. cum simil. Bal. vide j. tit. j. §. de quibus. versi. sed pone G.

a ¶De Relationibus [a]. Rubica.



SAEPE contingit, quod is, qui causæ discussit merita, dubitat, qualiter pronunciare debeat: & sic refert negotium ad superiorem, vt sibi respondeatur, qualiter in pronunciando se habere debeat: ideoque aliqua de his relationibus præmittamus. Item quando is, qui causam examinauit, iudicandi potestatem non habet immo ipsam debet ad superiorem remittere, ut ubi lis sit, ibi finem debitum sortiatur, ext. de elect. dudū j. & de test. ad hoc. alias incipit, præsentium. §. fin. lib. 6. ideoque de his remissionibus aliqua subsequenter adiiciamus. Et licet fere omnes iuris canonici tractatores communiter recipiant verbum Relationis & Remissionis, & etiam iura quādoq;, ut patet ext. de pur. can. cum dilectus. §. is igitur. hoc tamen nobis nō placet, prout clare ex sequentibus apparebit [b]. Primo igitur videndum est, quid sit relatio [c]: de quibus fiat: quando: & qualiter fiat: & quis sit eius effectus [d].

1. §. Relatio

ADDITIONES.

2 ¶ Practici auctores non posuerunt hanc rubricam, excepto Io. de Deo qui eam posuit Cauil. lib. v. rub. vlt. vbi ponit quædam relationum exempla. Fecit etiam de his tractatum, qui inchoat, Incipit summa de relationibus: vbi plenius prosequitur, & ponit formas, & communiter habetur post librum Dispensationum & sententiarum. Habuit ergo auctor de his pabulum. & a Summistis, Azone præcipuè, Goff. & Ho. Et no. ꝙ ordinem Legistarum secutus est auctor quo ad librum Codicis, tractans prius de relationibus, quam de appellationibus: sed discordat compilatio Digestorum & nostra, in quibus simul de vtrisque tractatur scilicet de appellationibus & relationibus. Discordat autem ab illis tribus compilationib. quia in illis prius tractatur de sententia, quam de his: sed propter diuersas relationis causas procedit vtraque: de quibus j. 6. 3.

b Apparebit. ¶ Forsan voluit Io. de Deo: vbi §. dicere primo, ꝙ relatio erat proprie delegatorum, improprie ordinariorum, verum sicut reconuentio præsupponit conuentionem, sic & remissio remissionem. Referre autem idem est, quod deferre, proferre, vel intimare: miscentur istæ, de clegro. c. j. lib. 6. ver. si autem. de fest. tu mo. in singulis. ver. si uero. & c. ea quæ. quod si forsan. & in cle. de hæret. nolentes. in fi.

c Relatio. ¶ Hoc membrum non posuerunt Summistæ.

d Effectus. ¶ Io. de Deo. vbi §. 2. parte septem articulis, non dico membra. hanc materiam tradere voluit: sed sic loquendo [illegible]us obfuscauit. sis ergo auctoris narratione contentus.

1.§. Relatio est iudici de iure dubitantis ad principē missa ꝓsultatio,ut probat C.de rela.l.j.& a fi.& ext.de appel.c.intimasti.& 2.q.3.si quid in ecclesia.[a]

ADDITIO.

a Ecclesia. ¶ Non conuenit diffinitioni loquitur enim non de consultatione iudicis:sed de renunciatione prælati,quæ fit per subditum.

SVMMARIVM.

1 *Relatio de quibus sit facienda.*
2 *Iudex fingens malitiose de iure se dubitare, fit infamis.*
3 *Iudex potius debet in odore bonæ famæ delectari, quam malæ.*
4 *Causa præsumitur iusta, vel iniusta, ex qualitate personæ.*

1 2.§. De quibus faciēda sit relatio,breuiter perstringamus. Et quidē † faciēda est in omni casu siue sit cā ciuilis,siue criminalis,cū de iure dubitatur: secus qñ super facto. in auth.Collat.6.de iu.§.fi.ff.de iu.l eum quē temere §.j. in auth.in medio lit.nō fieri sacras for.uel iuſ.Collat.8.§.j.ver. qđ enim.& §.si vero aliqua. xj.dist.c fi.ext. de bap.nō iter. opponēs & 2.di. responsa.Vnde dicit Imperator,nō enim crimina, sed vindicta potius ad nos debuit puenire,C.de off pf.Oriē.& Illyri.l.3.in fi. 27.qu.j.custos.& c.si homo.ff de ap.pstones. Si ergo ñ inueniat ius expressiū,ñ est culpādus iudex,si superiorē cōsulat,ext.de no oper.nunc.c.j. 21.dist c j.vel si ñ dubitat de intellectu legis,uel canonis,ut in præ.§.si uero aliqua.ext de sentē.exc.iter alia.xi.q.j. §.ex his omnib⁹ & de simo. p tuas.j.uel super cotrarietate iuriū. ext.de fide instr.pastoralis.de resti.spol.literas.& c.frequēs.lib 6. de renunc.post translationē ext.de his. quæ fiunt a prælata.sine con. ca. c.cū apostolica. ext.de do.apostolicæ.de off.deleg.sup quæstionū.de uoto,ex multa.de verb. sig. cū olim.Cum his ergo casibus secure referat,vtrū delegatus ab illo dēt quærere, q delegauit eū? vt ff.de off.procon.l.solent.§.legatos & in præ.c.
2 super quęstionū.§.porro.¶ † Porro iudex malitiose fingēs se du
a bitare de iure,infamis fit,& in 30.li.auri punit.C.de legi.l. 2. [a] & extra,de rescri cum contingat.Sed forte hæc pœna nō hēr locū
3 secundū canones,sed illa,q̄ est ext.de re in.cū æterni.li 6.¶ † Sed pone:ecce victor in cā,petit expensas,& enidēter docet de calsū nia aduersarii,qui in principali succūbit:itē docet eū deieraſſe, & multipliciter in responsionibus variasse,demū iudex uult referre super dubio expensarū,nunquid dicet in relatione sua illū calumniatorē periurū, & huiusmodi? Videt q̄ nō:quia do.Papa potius delectat in odore bonę famę alicuius,quā malæ.vt extra,de accus.licet in fi.& arg.xj.q.3.in cūctis.& 86.dist.si qd. 2.q. vlt.pscripta.ext.qui ma.acc.pos.c.2.Arg. ꝑ: quia ex hoc præsū-
4 mitur ꝓtra personam:† & ex qualitate personæ præsumitur cā iusta,vel iniusta,vt ext.de no.ope.nun.c.2 & de pig.illo & ff.de vsu.qui semisses.§.j.& ext.de præb.nisi.& 65.dist.sunt nōnulli & ꝑsumitur ꝑ cām variātis,ext.vt ecc.ben.c.vnic.Ex quo.n.de prę missis ꝓstabit cōstat per consequens,illū in expensis condemnādū,ext.de pęnis,calumniā.Item iudex pōt punire crimen, vbicunq; ꝓtinget causam,de qua agitur,ēt sine accusatore, ext.de elec.p inquisitionē.ff.de testi.qui falsa.& C.e.nulli.& ff.de adul. si maritus.ext.de excep.§.j.de iureiur.querelā.de fideiussor. puenit.de rescrip.olim.& de accus.super his.& de collusionib. c.crimina Et hoc ultimum verius est, licet multos magnos audiuerim contrarium asserentes.

ADDITIO.

a L.2. ¶ Secundum Hosti.in Summa huius tituli,in fi.quod sequitur,additur in dec.intimasti.de appel.vt ibi scripsi super j gl.

¶Quando facienda sit relatio.

3.§. Quando autē sit relatio faciēda? clarum est, q̄ super quolibet iuris dubio prius quā illud sententialiter declaretur,C.e.l.j.ff.quādo.ap.sit,l.j respon.j & 2. q.6.biduū.in fi.In casu tamen speciale est, vt post latā sententiā fiat,scilicet in criminali, vbi prius fertur sententia, vt demum princeps æstimet,an sit sequēda:puta vbi præses aliquē in insulā deportauit,ff.de inter.& rele.inter pęnas.& l seq.ff.de iniust.rup. test.si qs filio.§.q tā.ff.qñ app sit,l.j & 2 q 6 biduū ad fi. Fit quo
a que [a] relatio in omni parte litis:fit.n.in principio litis, cū quæri tur de modo processus,ext.de accus.super his.xj dist.c.fi Item fit sæpe in medio litis,cū dubitat de aliquo, super quo nō inuenit ius expressum.hoc probatur 3.q.6.multum.2.q.j.nomen.3.q.1. §.spatiū ext de testi.tam literis.ext.de offi.deleg.super quæstionum.§.fi.& c.pru n.C.de rela.l.j.vbi ponitur forma referēdi, & l. 2. & 3.Item fit relatio post sententiā, puta de assignanda insula,vel alia pœna infligenda, xix.dist.in memoriam. & in con cord.positis ꝑ.in prin.vbi puta.ibi,&c.Generaliter aūt,quoties
b expedit,ex causa iusta & necessaria fit relatio:exemplo Mosis [b], qui ingressus tabernaculum querelas populi ad Dominum referebat,vt secundum eius imperium iudicaret,ext. de reiu. cum æterni.li.6.11.q.3.summopere.& expense in ferendo factæ contribuentur a partibus,extra de statu mon. ea quæ.§. hæc eadem circa.

ADDITIONES.

a Quoque. ¶ Verba Io.de Deo,vbi ꝑ.2.ver.7.
b Mosis. ¶ Exo.32.
ADDITIO. In quo docemur,q̄ iudex debet ferre sententiam secundum Deum,& non secundum propriam voluntatem: & q̄ secundum leges & canones debeat quis iudicare, in quib. videtur voluntas Dei explicata:dic vt per Io.de Turre crem.in c.summopere.hic alleg.Hen.Ferran.

SVMMARIVM.

1 *Relationibus plena veritas inesse dicitur, cum vel allegationibus partes repelluntur, vel partium approbantur assensu.*
2 *Relatio debet fieri plene.*
3 *Relatio ante litis contestationem qualiter sit formanda.*
4 *Inquisitor status alicuius monasterij quæ debeat quærere, vt relationem debitam faciat.*
5 *Forma relationis, vbi post litis ingressum dubitatur de intellectu vel contrarietate iuris.*
6 *Relatio qualiter sit facienda, vbi ius expressum non inuenitur.*
7 *Relatio post sententiam qualiter sit formanda.*
8 *Relationum exemplar esi per manum publicam partibus dandum.*

¶Relatio de quibus sit facienda.

4.§. Qualiter sit facienda relatio dicamus. Et quidē examinato diligēter articulo, sup quo fieri dēt relatio, partibus præsentibus dicat iudex, se sup eo dubitare, & velle Principem ꝑsulere:demū ꝓficiat literā quā principi dirigat:in qua ꝓtineatur processus corā eo habitus, & dubitationis articulus,& rationes partiū,& iura,quæ ipsum faciūt dubitare:quo facto litera ipsa,seu libellus ille debet corā partibus legi:& si quis ꝑdicere iuste voluerit,liberum ei erit:vel quia forte aliter scriptum sit,quā actum: vel quia semiplene sit scriptum,
1 & huiusmodi,vt ext de elect.cum inter R.seniorē.ad fi. ¶ † Tūc enim demū relationibus plena veritas inest, cū vel allegationi-
a bus partes repelluntur [a], vel partiū approbant assensu, vt C.de rela.l.2.in fi.& l.j.& nisi relatiōis exēplum partibus ediderit (ad
b qđ tenetur,ex quo se relaturū pollicet,) poterit appellari [b], vt ext.de appel.intimasti.Si vero tunc appellatum non fuit,postea
c cum princeps rescripserit,nō poterit appellari, sed a snia [c] dic 2.q.6.biduum.in fi.quia relationē approbasse videtur,vt ibi,&
2 ff.quādo app.sit,l j.respon.j.C.de rela.l.j. ¶ † Item relatio plene debet fieri,vt ext de elec.dudum.j.§.& fideliter, vt ext. de reiu. cū Bertholdus.§ licet aūt & omnia ꝓtinere debet, ita vt nō sit iterū necesse pro actis mitti, vt C.e.l.fi.& arg. ext. de app. cordi. § post hæc.lib 6.nec debet ꝓtinere aliquid falsitatis,sed fideliter est facienda,& pure vt j ti.prox § videndum. ver. qđ demum. Quod si inter partem & iudicem super hoc sit cōtentio,tunc recurritur ad originalia acta:ext.de proba.quoniā contra. Debet quoque iudex in relatione inferre, quæ contra eum a partibus opponuntur,& etiā appellationem.C.eo.l.fi.ext. de appel. intimasti.& c.vt debitus.Et ex quo pars relationem sigillatā portandam recipit,non debet eam aperire:alioquin grauiter punietur, extra,de offic.delega.cum olim magister.de rescriptis,olim.
3 ¶ † Relatio igitur ante litis ingressum hoc modo formatur:

FORMA.

ADDITIONES.

a Repelluntur. ¶ Exponit ibi glos.vt quia fuit dies statuta, & nil dixerunt, quicquid voluerint.
g Tuas. ¶ Hunc finem nescio quare posuerit auctor, cum quæstio poneret, ꝙ constabat primam sententiam ualere. Secunda etiam allegatio parum ualet, quia ibi fit pulatio erat certa & perfecta, licet uerba superflua fuerint interposita. Sed in casu quæstionis sententia remanet incerta ex quo ex verbis sententiæ, uel actis eiusdem instantiæ non habetur certitudo. De actis litis dixi: quia bene ualeret talis sententia, condemno ad petita: & de hoc statim sequitur in uer. item debet. & patet in l. iii. C. de sen. quæ sine cer. quan. Non obstat decre. cum venerabilis. ver. quia uero. de excep. quia in generali, uel vniuersali iudicio loquitur, vt ĵ. dicetur, & per Host. in Summa eo. tit. §. qualis. sub uer. certa

h Episcopus. ¶ Valet tamen consuetudo contraria, de cõsuet. non est. li. vi.

i Secundum T. ¶ Vbi s. rub. j ante fi. ver. & no. de apparatu ĵ. dicam.

k Litigauerit. ¶ & Item contestatus fuerit. Habetur quæstio Scharabecii, quam quidam attribuunt Fran. Accur. sed originale habeo de manu primi, qui tenuit, ualere sententiam latam in personam domini, qui contestatus fuerat litem. licet postea procuratorem dederit, qui cum eo præsens erat tempore sententiæ, in qua de ipso mentio facta non fuit: & incipit quastio: Quidam petebat a me fundum. Motiua ipsius fuerunt. quia libellus contra dominum formatus fuerat, & non contra procuratorem: & sic contra dominum formari debuit sententia, ff. communi diuid. l. ut fundus. In fi. de act. §. curare. Item hic dupliciter dominus, re ipsa & contestatione litis: ergo, &c. Item actio in factum, quæ oritur ex re iudicata, datur cõtra dominum, & non contra procuratorem. ff. de procu. l. Plautius Conuenit ius ergo & expedientius fuit actori, illum condemnari quem sententia afficit. Constat enim ex promissione procuratoris iudicatum solui. nec ex delatione iuramenti per eum facti, nec ex eius pacto dominum affici. ff. iu fol. si ante. de iureiur. iusiurandum. ij. §. fi. de procur. qui ad agendum. in fi. li. vj. Non obstat. l. j. C. de sent. & inter. quia, ut ibi dicit textus. domina nũ quam fuerat in iudicio: & tunc principalem uocari: qui ignorat statum causæ, uidetur absurdum, & uocatio procuratoris statum causæ notũ habentis, posset inducere iudicem ad non pronunciandum uel ad aliter iudicandum: merito igitur ille uocandus. Nec enim placet subauditus Maxime, vel dicere, ꝙ ibi factum narret, cum verba legis regulariter, & non frustra ponantur. ff. de iniur. ait prætor. §. j. Ad l. si quis cum procuratorio. ff. de procu. & ad l licet. §. si plures. eo. tit. & his similes, respondet, quod dominus tempore sententiæ non erat ibi in iudicio: hic præsens erat in iudicio. Procedunt autem prædicta, & fortius, quando dominus litem ad se assumpserat, quasi procuratorẽ reuocando: quod poterat: tum quia non fuerat litem contestatus: tum quia non residebat hoc ibi plenius. ¶ ADDE an sententia lata contra dominum qui litigauit per procuratorem, sit nulla tam de iure ciuili, quam canonico, & quod ius sit seruandum, Ang. cons. xcviii.

l Literis. ¶ Pars decisa faciebat ad hoc, ubi etiam erat hæc gloss. Tan. in j. compil.

m Querelam. ¶ In gl. concipienda. & vide, quod super

factum est incertum: & tunc certa non potest dari sentẽtia, C. de senten. quæ sine cer. quanti. profer. hæc sententia, xj. q. iij. grauexliij. disti. habuisse. Vnde si petãtur, decem, aut Stichus, ut in noxali actione, potest iudex pronunciare, ut dentur decẽ pro æstimatione litis, aut Stichus ꝓ noxa, ff. de nox. l. j. & ij. Inst. si quad. pau. fec. dic. in prin. & de off. iud. in prin. Et si petitur ecclesia cũ pertinentiis, ualet tunc incerta sentẽtia, ext. de excep. cum venerabilis. xxj. q. ij. si qs iam. ĩ. de relig. do. uer. illud autẽ. Quid si petitur sors & pœna simul, nunquid potest pronunciari sꝑ pœna tantũ? de hoc s̃. de act. seu pet. § sequitur. ver. sed quid si quis. Quãdoque uero ius est incertum: & tunc nihilominus certa potest ferri sententia, de similibus ad similia procedẽdo, ff. de legib. non possunt. extra, de rescrĩ. inter cætera. xx. dist. de libellis, Quãdoque persona est incerta, cõtra quam sentẽtia fertur, sed factũ est certum, ut extra, d̃ off. ord. c. ij. v. q. j. quidam. Quandoq; etiam quantitas est incerta, & tamen fertur sententia. sed nõ mandatur executioni, donec fuerit quantitas certificata, ut ext. de p cu. audĩtis. Certificatur autem incerta sententia per certam quãtitatem in actis expressam, ut in præl. hęc sententia. Vin. vero dixit, [a], ꝙ si ambiguitas est in facto, nõ debet ferri sententia, vt supra, nec debet etiam consuli superior, ff. de iud. eum quẽ temere. § ij. Si in iure, nec tunc debet ferri sentẽtia, xiiij. dist. sicut, quędam sed debet etiam superior consuli, ut in præd. l. §. j. Si autẽ de persona dubitetur, fertur sub conditione, vt in præd. c. quidã. & in prę. dec. de off. ord. Et no. ꝙ si constat iudici, ꝙ qs habet in aliqua ecclesia ius episcopale, dubitat tamẽ de aliquibus capitulis, prudẽter faciet, si sic in sentẽtia dicat: Adiudicamus tali ius episcopale in tali ecclesia, talibus capitulis, de quibus nobis nõ constat ad plenum, exceptis, ut extra, de relig. dom, ꝓstitutus. & de excep. cum venerabilis. uer. quia vero. vbi de hoc, secundum Papam [b]. Petitio enim subiectionis generalis est: & ideo licet in libello dicatur, Generaliter ago sup subiectione, ut ĩ. de relig. domi. uer. illud autẽ. tamen probari debet, in quib articulis sit subiecta, & super illud tantum sentẽtia ferri, ut probatur & nõ. secũdum eum, extra, de re iud cũ inter nos. in prin. & in fi. [c] ¶ † Itẽ no. inueniri in iure generales sententias. ut decernimus omnem collationem per talem factam, & sentẽtiam latam iritam, ut extra, de excess. prælat. tanta. ¶ Itẽ iudicamus omnes processus irritos, ut extra, de rescrip. cum dilecta. de elect. dudum. ¶ Itẽ reducimus te ad statũ, in quo eras tempore appellationis emissæ, ut extra, de app. bonæ memoriæ. ¶ Item adiudicamus tibi ius episcopale, ut ext. de excep. cum uenerabilis. ¶ Item cassamus, pcessum, & quicquid secutum est ex eo, uel ob id, ut ext. de proc. audĩtis. ¶ Item cõdemno te ad expensas faciendas, si in ꝓbatione defeceris, ut eo. c. & similes. Quãdo autem possit generalis ferri sententia, & quid iuris sit super hoc, no. secũdum Papam, in prę. c tanta [d]. ¶ † Quid si peto decem, & iudex cõdemnat in quinq; de aliis vero quinq; tacet [e]? dic, ꝙ adhuc potero alia quinq; petere. quod dic, ut no. C. si aduer. rẽ iu. l j. Vel distingue. quia si iudicium coram iudice habitum est, intelligitur reus absolutus in quinque. nam hoc casu subuenitur minori per restitutionem in integrũ. C. si aduer. rem. iud. l. j. per quod patet, ꝙ erat absolutus reus. Si uero coram arbitro, secus, ff. de doli excep. apud §. itẽ q̃ ritur, contra s̃. de arb. §. fi. ver. quid igitur, si de una. Secus tamen est in compensatione. si n. petiia te x. & opposuisti cõpensationem aliorum x. & iudex te condemnat in x. nõ ideo intelligitur me absoluere. nisi adiiciat in sententia, ꝙ ispernit, uel cassat cõpensationem ff. de neg. gest. si autem §. si a quocunque. ff. de cõpens. quod in diem. §. si rationem. Et scias, ꝙ aliqua expressio est necessaria in sententia, sine qua libellus ualet. nã in sententia debet exprimi res, uel quantitas, uel in actis ꝓtineri, ff. de re iu. ait prætor. Vnde non ualet talis sententia, ꝓdemno te ad res, quę tibi obuenerunt a tali, ar. C. de sent. quæ sine cer. quã. profer. l. ij. f Secꝰ tñ est ĩ libello: qd̃ dic, vt ĩ. de lib. ꝓcep. §. iuxta. uer. item nõ 10 valet ĩ ac. ¶ † Hoc quoq; notãdũ ẽ, ꝙ sẽtẽtiã recte latã iudex ñ potest corrigere, uel mutare, ff. de re iud. iudex. vi. q. 4 c. qd̃ bene. extra, de off. deleg. in literis. ut s̃. de arbit. §. sequit. uer. sed nũquid uerbum. & seq. dic, ut ibi. Papa tamen hoc potest, ext. de re iud. cum olim. & de in ĩteg. rest. tum ex literis. xxxv. q. ix. apostolice. & c. loci. Potest, tamen iudex cã supplere ea die, qua tulit, in his, quæ pertinent ad consequentiam priorum statutorũ, ut de fructibus, & sũptibus, & similibus, ut s̃. de disput. seu allegat. §. satis clare. ver. s. quid si de fructibus. & qũo ad grãmaticam & ornatum uerborum, i ta tamen quod sententia nõ mutetur, ff. de g re iud. actorum s̃ G. Na. & Innoc. i i i i. dicunt [h], ꝙ ordinarius h potest a capite incipere, & sententiam suam emandare, & aliã ferre, si latã inuenerit esse nullã, C. quomodo & quãdo iudex, i si preses. C. de acc. l. iiij [i] Delegatus uero non, cũ sit funct⁹ offi- l. ff. de re iud. iudex. & desiit esse iudex, vt ff. d fin. sed tunc per superiorẽ emendabitur, C. o iud. si, ut k proponis. nec est ꝓtra extra, de illi erant generales legati, ideoque, secũdũ eum, corrigere poterunt. In factis autem & in aliis omnib⁹, præterquam in sententiis diffinitiuis, potest tam ordinarius, quã ẽt delegatus, iterum facere, quod minus rite fecit. De ordinario ꝓ batur ext. de elec. cum terra. de delegato. ext. de offi. deleg. signi 11 ficasti. de. ap. cum cessante. s̃. de exce. §. viso. uer. sed si iudex. ¶ † l Quid ergo faciã, si superior [l] multũ distet, & laboriosum esset mihi ipsum adire? dicunt quidam, quod, nõ obstante tali sentẽtia, intentabo pristinã actionẽ: & si excipiatur de re iudicata, replicabo de dolo: quia sententia nõ fuit rite lata, arg. ff. de dolo, m cum a te. sed hoc nõ uidetur tutũ [m]. Quid ergo, si sentẽtia sit lata die feriata, nunquid iudex poterit ipsam iterũ ferre die nõ feriata, Respon. sic, si est ordinarius, ut dixi: secꝰ, si sit delegatus, ff. de re iud. iudex extr. de off. deleg. in literis. Mulcta autem sentẽtialiter indicta remitti põt a iudice, ratione paupertatis, ut ff. de off. ꝓcon. illicitas, §. fi. C. de modo mulct. eos. in fi. In aliis vero se intromittere nequit, cũ sit funct⁹ officio suo, ff. de re iu. l. iudex. 12 extra, de off. deleg. in literis. ¶ † Ioan. de Deo dixit [n], ꝙ si sen- n tentia nulla est, uel est talis, quæ non transit in rem iudicatam, vt est excõmunicatio, & huiusmodi, iudex, uel eius successor põt eam corrigere, uel quasi de nouo ferre, xxxv. q. j. ca. quod qs. C. quomodo & quando iudex, si præses. C. de sent. & interlo. omiud. l. j. ff. de interrog. action. l. iiij. dum tamẽ sit ordinarius. Secus autem in delegato ut notat C. quomodo & quando iud. l. iiij. & in præd, c. in literis. eo. tit. ꝙquerente, extra, de off. ordi. pastoralis. Ego uero dico, ꝙ sententiam perperam latam non potest iudex corrigere, uel aliter iudicare, etiam eadem die, ex eisdem tñ actis, ut ff. de re iud. cum quærebatur. De nouo tamẽ bene põt cognoscere, & iterũ iudicare, si est ordinarius: secus in delegato, ut s̃. Videtur tamen, quod delegatus etiam põt reuocare, & mutare sententiam excommunicationis a se perperam latam: tũ gapotius illa tendit ad naturam interlocutoriæ, quam diffinitiue: tum quia potius est pœna, quã sententia, ut s̃. §. j. & §. ij. vers. & nota. Item an interlocutoriã iudex reuocare possit, & qualiter, 13 dixi plene s̃. de excep. §. uiso. uer. si iudex. & seq. ¶ † Cæterum in sententiæ prolatione iudex exprimere debet actoris petitionẽ, & rei responsionem & eius exceptionem, & generaliter quicqd in causa utriusque peritum, uel allegatum. seu actum est, sub epilogo, referat, ut dixi s̃. de cõclus. & renũcia. uer. auditis, quo facto, habeat paratam sentẽtiam, vt ĩ. § iuxta. & eam, uel saltem cõclusionẽ ore proprio legat, ut s̃. §. iij. uer. sequitur. & his verbis, uel similibus in prolatione utatur:

¶ FORMA. Visis & auditis confessionibus & attestationib⁹, instrumentis, rationibus & allegationib. utriusq; partis in iudicio deductis, eis que diligẽter examinatis, & intellectis, deliberatione quoque nobiscum & cum peritis prædicta diligenti ralẽ ꝓ dẽo, uel absoluo. Vel aliter proferat, sicut viderit proferendũ, ita tamen, quod canonibus, legibus, uel consuetudinibus pueni at approbatis: quæ omnia sunt in sententia exprimenda, secũdũ o T.ᵒ & in formis luculentius apparebit. hæc omnia probãtur extra de prob licet causam. ext. de fide inst. c j. de cur. fur. si furiosa §. j. C de iud. properandũ. §. illo. x. q. iij. summopere. extra, de eo, qui mit. in pos. causa rei ser. c. iij. Quare dixerũt Deliberatione cũ peritis habita, vid̃ s̃. de ꝓsilii requisi. ad fi. & s̃. de aduo. § nũc tractemus. uer. habito. Verũ si rationes, vel allegationes partiũ, q̃ ipsũ ad pronunciandũ mouent, in sentẽtia nõ ferãtur, nihilominus

ADDITIONES.

a Dixit. ¶ In c. iuuenis. de sponsalib. ¶ ADDE tu ad propositã materiã ꝙ vbi sententia est incerta ex pluralitate nominum, non valet, Bal. in l. in tẽpus. §. quoties. ff. de hæred. instit.

b Papam. ¶ Ibi scripsi in gl sed nonne.

c In fi. ¶ Et dixi post eum de officio ord. conquerente. super j. gl.

d Tanta. ¶ Vbi scripsi in gl. no. generalem.

e Tacet. ¶ vid. qd̃ d hac materia plene scripsi de re iud. cum inter. ĩ vl. gl.

f L. ij. ¶ Vide. quod ibi not.

g Actorum. ff. de uerb. sig. l. alienationis. in §. vlt.

h Dicunt. ¶ Dec. in literis. de of. deleg. vbi scripsi super uer. functus. & ver. sed si causa.

ADDE, quod licet iudex non possit corrigere, uel mutare sententiam suam ipsam tamen obscuram bene poterit declarare, etiam ex interuallo, Bal. in hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testa. & quando intelligatur hoc. & qualiter, vide ibidem per ipsum.

ADDITIO. An post sententiam etiam incontinenti latam iudex ipse corrigere possit, uel etiam illi addere late consuluit Alex. cõsi. cxviii. incip. omnis vis. in iij. uol. & an sententia obscura debeat declarari per acta ꝓbatoria, vide Mathesila. no. cxlii. inci. no. quod illud. Hen. Ferran.

i L. iiij. ¶ Non obst. ff. de pœn. l. moris est. §. iste. quia istud propter. enormitatem delicti. & odio pœnarum, C. de pœnis, pœnam.

k Proponis. ¶ An ex eisdem actis, dicetur ĵ. §. iuxta. uer. sed si causa.

l Superior. ¶ Qui delegauit.

m Tutũ: ¶ Facit, qd̃ scripsi de excep. cũ venerabilis. super gl. pen. circa finẽ.

n Dixit. ¶ Libro Iudicum, ubi à. ver. antep. Et scias, ꝙ ex superiorib. multa fuerunt Io. de Deo nunc solum nominati, quia uult improbare: & iste stylus scribendi iam diu uiguit, sed non apud me: laudetur Deus.

o Secundũ T. ¶ Vbi s̃. rub. in ver. prætera. & uide ĵ. §. prox. vers. qd̃ autẽ.

nus sentẽtia ualet, ext. eo. sicut nobis[a]. arg. Inst. de inutil. stip. § si scriptũ. licet secus sit ĩ instrumẽto, vbi causa inserenda est. & est ratio, ut no. ut in præd. dec. sicut nobis. Cautius autẽ faciet iudex si eas nõ inserat, ut ĩ præd. decr. sicut nobis. nec forte qñq; ex incuria errorem in sententia exprimat, & ne viam calũniis aperiat ff. quæ sentent. sine app. rescin. l. j. § itẽ cum ꝯ. & ij. q. vi. § diffinitiua. uer. sentẽtia extra, de sent. ex com. per tuas. cũ suis cõcord. & ne una lis sit alterius exordiũ, ut C. de reb. cred. si quis. in fi. de
14 fruct. & litis expẽ. terminato. in fi. ext. de uer. sig. cũ olim: ¶ † In quibusdam tamen casibus exprimere tenetur, ne ex toto pereat ius partis, ut ff. de leg. j. filiusfamilias. § diui. ff. de iure fisc. l. ij. § senatus. ff. de transact. cũ hi. § in causæ. ¶ Primus est, ubi ꝓpter inepta petitionem absoluit, ne pereat ius agendi, extra. de iud. examinata. ff. si men. fal. mo. dix. l. j § j. ¶ Secundus est, cũ a iure cõi recedit. Vnde si victũ nõ ꝺẽnat in expẽsis, debet cãm exprimere, quare cessat, extra ꝺ pœnis, calũniã. in aut. de iudicib. §. oportet. Col. vi. ¶ Tertius, quãdo absoluit in rei uẽdicatiõe, ideo quare[o] tpe lĩtiæ ñ possidet, ne forte volẽti postea agere ex noua cã, obstet exceptio rei iudicatę, ext. de exc. c. pe. ff. de exc. rei. in. si rẽ meã. & l. si qs ad exhibendũ. ¶ Quart[o], qũ qs absoluit ab instãtia iudicii. & per patronos cause stetit, quomin[o] cã poterit diffiniri C. ꝺ iud. ꝓperãdũ. § illo ꝓculdubio. ¶ Quint[o], ĩ sẽtẽtia excõicationis, ext. de sẽn. excom. cũ medicinalis. lib. vi. ¶ Sextus, in cã appellatiõis, vbi ꝺẽt inseri cã, quare prima sententia reuocetur, vt
15 p hoc priorib[o] iudicibus, q bene ſm acta corã se habita processerũt, nihil imputetur, ut ĵ. §. prox. vers. sed ponetur excep. ¶ † In summa nota, ꝙ secundum formã petitionis est sentẽtia dictanda, ut ext. de simonia. licet Heli. de accusa. qualiter. 2. ad fi. & l. vt fundus. ff. com. diuid. Vnde si actum est possessorio, nõ ꝓnũciabit super petitorio, sed sup possessorio tantũ: & econtra. vel si actũ est utroque simul, nõ ꝓnũciabit super altero tantum ext. de causa poss. & ꝓprie. cũ dilectus. Quid si lis est ptestata in actione depositi, actor vero ñ ꝓbat se deposuisse, sed se cõmodasse: Vt reus ꝺẽnãdus. ar. ff. de priui cred. l. 2 qa in certis ñ est locus conie cturis, arg. ff. de verb. obli ꝓtinuus. & hoc tenet H. & Azo, ff. si men. fal. mo di. l. j. in fi. j. resp. Argumẽtum tamen ꝓtra ff. de iure iur. si duo. §. idẽ Iulianus. & extra, de re iud. abbate. §. sed ad hoc,
b & §. præfatus[b]. ¶ † Et[c] nota, ꝙ generaliter in quolibet sentẽtia
16 sex dicũt ꝓtineri. ¶ Primũ, nomẽ iudicis, & an sit ꝺlegat[o], vel ordinari[a]. ¶ Secũdũ, nomina litigatorũ ¶ Tertiũ, tenor petitionis in iudicio porrectæ. ¶ Quartũ subsũtia, ꝓcess[o] cãe: puta litis ꝓtestatio, & iuramẽti ꝑstatio, & huiusmodi. Quintũ[d], ꝙ fiat mẽtio, partes fuisse ꝑntes, vl ꝑ otumaciã absẽtes. ꝺ quo vid ĵ. §. ꝓx. ver. & nota ſm ¶ Sextũ. ꝺẽnatio, vl absolutio, seu ꝓnũciatio, &
17 alia, ꝙ videbũt expediẽtia indicãti. ¶ Et † breuiter, ĩ iudicando cordi magis sit custodia veritatis, quam obedientia uoluntaris, ut iij q. vii. indicet. in fi. ¶ Itẽ nota, ꝙ si partes cõueniant, quid iudex pronunciet, illud iudex sequi debet, ff. de re iud. si conuenerit. Quid si quis alicui sic dixit, Si obtinuero in causa, nolo ꝙ mihi tenearis: de hoc ĵ. de app. §. ñ. ver. quid si quis ita.

18 *Sententia qualis esse debeat in causa matrimoniali, uel in sponsalibus.*
19 *Tenor libelli non semper in sententijs apponi solet a quibusdam, sed summatim mens petitionis.*
20 *Sententia a iudice delegato, uel subdelegato ferẽda, qualiter sit formãda*
21 *Notarius qualiter, & per quæ verba se in sententijs subscribere habeat.*
22 *Auditor palatij domini Papæ quibus verbis se in sententijs subscribendo uti debeat.*
23 *Sententia qualiter sit proferenda in causa criminali, seu iniuriarum.*
24 *Iudicis appellationis officium est triplex.* (pronunciare.
25 *Appellatione facta a sua ipso iure nulla, quæ, & qualiter iudex debeat*
26 *Iudex appellationis an pronunciando iniustam sententiam & appellationem fore legitimam, videatur per consequens condemnasse.*
27 *Iudex appellationis qualiter pronunciabit male fuisse indicatum, si primus iudex pronunciauerit secundum acta coram se habita.*
28 *Sententia excommunicationis qualiter sit formanda.*
29 *In enormibus delictis sentẽtia quãdoque solẽniter est proferenda: & tũc dicitur anathema.*
30 *Sententiæ solennitas non semper est in iudicijs obseruanda, sed tantum in scriptis producenda.*
31 *Contumacia crescente crescere debet & pœna.*
32 *Participantes cum excommunicatis an, & quo casu eandem excommunicationis sententiam incurrant.*
33 *Participãs cum excommunicatis non peccat mortaliter, sed venialiter.*
34 *Iudex aliquem propter causam excommunicans, reseriptum facere debet ut excommunicatus vitetur.*
35 *Ecclesiæ miseratio nunquam claudit gremium ad eam redeunti.*
Beneficium absolutionis ab excommunicatione, qua forma sit tradendũ.
36 *Absolutio a suspensione hominis, qualiter fieri debeat.*
37 *Iudice dlegato cãm alicui subdlegãte, diffinitiua sibi reseruata, si ipse subdelegatus aliquẽ excõmunicauerit, an in absẽtia dlegati possit absolui.*
38 *Sẽtẽtia iudicis ꝓ Papã confirmata, an possit ꝓ eundem iudicem relaxari.*
39 *In obtinenda absolutione ad cautelam præstandum est iuramentum.*
40 *Absoluendi tantum per sedem apostolicã, possunt & per alios in necessitate absolui.*
41 *Mulier robusta & fortis an sit mittenda ad sedem Apostolicam pro absolutione habenda.*
42 *Episcopus senex & debilis, aut impeditus, per quem possit absolui, si manus iniecerit in clericum.*
43 *Abbas monachum verberans a quo sit absoluendus.*
44 *Prior, magister, seu maior ordinis hospit aliorum, si excommunicationem incurrat, a quo sit absoluendus.*
45 *Delegatus simpliciter vices suas cõmittendo, videtur in totũ cõmittere.*
46 *Dispensatio fit multis modis.*
Literæ qualiter sint super dispensationibus formandę.
47 *Forma dispensationis, ubi quis fuit conuictus de aliquo crimine, in quo potest dispensari.*
Misericordia superexaltat iudicium.
48 *Forma dispensationis, seu restitutionis alicuius, in magnis criminibus.*
49 *Papa potest, quo ad ius ciuile, infamiam irrogare:*
50 *Episcopus uolẽs dispensare cum aliquo, qui iniuriante habuit beneficiũ per simoniam ab alio commissam, qua forma utetur.*
51 *Iudex uolens formare sententiam super dispensatione accusatoris in probatione deficientis, ne infamis fiat, quibus verbis uti debeat.*
52 *Infamiã ex sententia irrogatã volẽs restituere, qualiter ꝓcedere debeat.*
53 *Episcopus dispensans aliquem ad duo beneficia, qua forma utetur.*

ADDITIONES.

a Nobis. ¶ Vide quod ibi scripsi super iij. gl. Vbi etiam uide casus vi. qu hoc sequuntur, sed non eodem ordine.
b Præfatus. ¶ lib. vi. ut de §. de act. seu peti. §. sequitur. uer. hoc quoque. & quod ibi dixi.
c Et. ¶ Iste ver. fuit Rolandini, parte ix. ultra medium: ubi de sententia iudicis ecclesiastici super matrimonio, ver. cæterum.
d Quintum. ¶ Rolãd. ponit hoc pro sexto & pro quinto: & facit ad dicenda in uers. statim alleg.

SVMMARIVM.

1 *Formæ sententiarum sunt diuersæ.*
2 *Præceptum qualiter fieri debeat in confessum.*
3 *Iudex duobus debitoribꝰ præceptur us, cuilibet eorum præcipere debet in solidum.*
4 *Iudices ex officio suo uaria facere possunt præcepta.*
5 *Iudex ad alicuius petitionem sequestrari iubens res aliquas, quibus reseruptis uti debeat.*
6 *Sententia diffinitiua super diuersis & a diuersis ferri solet.*
7 *Sententia fertur ad perpetuam rei memoriam.*
8 *Sententia semper continere debet condemnationem, aut æquipollens: vt est, ſtatuo, pronuncio, præcipio, & similia.*
9 *Silẽtiũ perpetuũ, & absolutio ab impetitione, in omni sua proponi dẽnt.*
10 *Si in sententia contineatur, Condemno talem, vel Condemno procuratorem talis, an præsumendum sit, eos fuisse præsentes.*
11 *Iudicata res pro ueritate est habenda.*
12 *Prouinciæ cuiusdam modis in sententiæ prolatione.*
13 *De singulis actibus mentionem in sententia, fieri, cautela est.*
14 *Sententia super adipiscẽda possessiõe ferenda, qualiter pronũciari debeat.*
15 *Modis diuersis & super diuersis casibus sententiæ proferendæ occurrũt.*
16 *Sententia qualiter sit proferenda, ubi causæ illegitimitatis per defensorem aguntur.*
Sententia, qua reus absoluitur, quæ verba cõtinere deat.

1 6. §. Vt autem, quæ præmisimus, exemplis subiiciant, formas sentẽtiarũ aliquas supponamus. ¶ † Primo igitur formas interlocutionum ponemus: secundo formas ꝓceptii: tertio formas diffinitiuarũ: quarto formas sentẽtię arbitro-
a rum[a]: quinto formas condẽnationis in criminali cã & mulctæ: sexto formas sentẽtiæ in causa appellationis. septimo formas sẽtentiæ excommunicationis, interdicti, & suspensionis & absolutionis: octauo formas sententiarum super dispensationibus.
¶ QVALITER autem sententia interlocutoria super perẽptoriis ante litem contestatam propositis, uel super exceptione excommunicationis, uel super dilatoriis exceptionib[ꝰ] propositis, formetur: &, an lata possit per iudicẽ reuocari, & formam reuocandi: &, qualiter tunc super expensis pronuncietur, dixi ſ. de excep. § dicto. ad fi. & §. viso. ver. præfixo igit. & seq. usque ad fi. itẽ qualiter formetur interlocutoria de reputando aliquem cõtumacem, ſ. de contumacia, §. sequitur. in prin. itẽ, qualiter interlocutoria de mittendo in possessionem propter contumaciã, & etiam sententia dationis in ſolutum rem ipsam, & secũdi decreti, habes ſ. de primo & secundo decre. §. ij. & §. nũc dicam[ꝰ]. ver. his peractis item, qualiter iudex appellationis pronũciabit super attentatis, & quãdo, & super quibus, ĵ. de app. §. nouissime uers. illud. & seq. &, secũdum Papam, extra. de appel. dilecti filii. prior. qualiter etiam pronunciabitur super exceptionibus litis testationem impediẽtibus, no. ſ. de exce. §. dicto. ver. sed querit.
NVNC

ADDITIO.

a Arbitrorum. ¶ De hac materia ĵ. vers. si autem sit arbiter.

2 ¶†NVNC Dicamus qualiter Præceptum fiat in confessum, de quo dixi §. species. Et quidem post quam reus de plano de debito confessus fuerit, iudex sic dicat:

¶FORMA. Ego talis iudex, audita confessione tua, præcipio tibi ut des & soluas hinc ad x. dies centum solidos Turon. P. quo s ex causa mutui eidem P. te debere & contineri in instrumẽto publico manu talis notarii confecto, de plano in iudicio es confessus. Qualiter autem auditores in Romana curia pronuncient in cõfessos, no. j. uer. in Romana uero. ¶†Quod si sint duo debitores

3 ꝑcipiat cuilibet eorum in solidum sub prescripta forma: uno tamen soluente, alter liberatur. Verum si fiat præceptum ex delatione iurisiurandi, tunc sic dicat.

¶FORMA. Ego, &c ut s. usq; te debere postea iũge, delato tibi iuramẽto in iudicio es cõfessus uel, delato sibi iuramento in iudicio asseruit idem P. ext. de iureiu. c fi. C. de reb. cre. generaliter. cum suis concor. & sic de aliis præceptis, inserendo in eis, quid & quare præcipitur, & tempus præfixum. Notarius autẽ hoc in scriptis redigat, uerbis primę personæ in uerba tertiæ commutatis

4 ¶†Hoc autem nota, ꝙ iudices varia ex officio suo (quod late patet) faciũt præcepta puta ꝙ quis sibi presentet aliquid, uel quod teneat in domo sua aliquem, & similia: & hęc præcepta sunt scribenda simpliciter per tabellionem, prout a iudice proferuntur. Et de his & similibus dr, quod non omnis uox iudicis rei indicatæ continet auctoritatem, ut C. de sen. & interloc. om. iud. ex sti-

a pulatione. ext. de presum. afferte [a]. ¶†Quandoq; vero ad alicuius

5 petitionem iubet res aliquas sequestrari: & tunc etiam potest eius iussus scribi: tamen consueuit communiter solum executoris relatio scribi hoc modo:

¶FORMA. T. nuncius, seu cursor talis curiæ, seu Papæ, retulit se de mandato talis iudicis, uel auditoris, ad petitionem talis sequestrasse penes B. tales res, quas se in tali fundo, uel domo asseruit reperisse: & præcepisse ipsi B. ut res ipsas saluet & custodiat, donec quid inde faciendum fuerit, decernatur. Verum si is, cui præceptum est, ante tenutam bonorum aduersario datam ueniat, & contra præceptum excipiat, dicens, ex dicto precepto nõ esse contra cum procedendum, forte pro eo, quod ipse minor

b est, & non potuerit sibi aliquid in iudicio sine tutoris [b] auctoritate præcipi: uel quia est filius familias, & dictum præceptum sine patris auctoritate recepit, uel quia factum fuit in cum inuite confessum, & huiusmodi: tunc dabitur ei terminus ad probandum exceptionem propositam: quo elapso, pronunciabitur in hac forma:

¶†FORMA. Quoniam talis coram me tali iudice constitutus, in tali causa talem exceptionem proponere curauit, scilicet curam, &c. pone totam: post iunge: & hanc exceptionem ꝓbauit legitime, ideo de consilio peritorum interloquendo pronuncio

c nõ esse contra eũ ex præcepto huiusmodi procedẽdum [c]. & hoc cum suam exceptionem plene probauit: uel, si non probauit, ꝓnunciet, non obstante dicta exceptione ex præcepto huius ꝯ eũ fore procedẽdum, & præceptum ipsum fore executioni mandãdum. Quo facto, dabitur tenuta in bonis rei, quę scribetur, ut s. de j. & ii. decret. § nunc dicamus. uer. ꝙ si nullus. hoc saluo, ꝙ in hac tenuta dices exequendo præceptum factum a iudice tali, uel reo, dabitur bannum secundum consuetudinem Italiæ in hac forma:

¶FORMA. Quia P. non soluit T. centum solidos, in quibus ei ex causa mutui tenetur per instrumentum, uel præceptũ manu talis notarii facti, & legitime secundum formam statuti per talem curiæ cursorem die tali citatus & cridatus non uenit, nec misit, ideo ex nunc sit in banno talis curiæ,

6 ¶†NVNC Transeamus ad diffinitiuas sententias, super diuersis, & a diuersis ferendas. Ad cuius rei euidentiam sciendum, quod quandoque fertur diffinitiua sententia ab ordinario, quandoq; a delegato, quandoque ab auditore palatii domini Papæ, & q̃nque ab arbitro. Cum fertur ab ordinario, aut fertur in personali actione, aut in reali. Si in personali actione, sic dicatur:

¶FORMA. In nomine Domini, amẽ. inter B. & C. super hoc coram nobis orta materia quæstionis, idem B. libellum obtulit in hac forma: Coram, &c. pone libellum de uerbo ad uerbum. Lite igitur coram nobis legitime contestata, præstitoq; hinc inde de calumnia, seu de ueritate iuramento factis quoque positionibus & ad ipsas responsionibus subsequẽter datis, etiam articulis, & testibus, instrumentis productis, & attestationib. publicatis, tandemq; clusum in causa a partibus extitit hinc & inde: uel, nos partẽ altera concludente in causa ipsa, in partis alterius contumaciã habuimus pro concluso. Nos itaque diligẽter uisis & auditis partium iuribus & rationibus & probationib, inuestigatis quoque ad plenum & cognitis ipsius cause meritis, & equa iustitię lance discussis, & deliberatione insuper nobiscum, & cum peritis præhabita diligenti, ut extra de re iud. ad apostolicæ §. nos itaque &

d c. abbate fãe. & c. cũ æterni [d]. Dei nomine inuocato, partib. propter hoc in præsentia nostra constitutis, & sententiam ferri postulantib. ut supra de pet sentẽtiæ: uel altera pẽsente, & altera cõtumaciter absente, cuius absentia Dei præsentia repleatur, ut ii. q. j. de manifesta in fi. & ext de dolo & conxu. ueritatis. cum suis concor. præfatum C. seu B. eius procuratorem procuratorio nomine pro eodem C. in centum libris, quas idem B. detiit in libello nomine sortis, & in decem, nomine pœne, seu interesse, idem B. sententialiter in his scriptis condemno, & ad earum solutionã cogen-

ADDITIONES.

a Afferte. ¶ Vide s. de iur. om. iud. in fi.

b Tutoris. ¶ Vel curatoris.

c Procedendum. ¶ Ad hæc, & ea, quæ præmissa sunt, facit quæstio Ni. d' Mata. quæ incipit, statutũ est in ciuitate. q. tenuit. ꝙ si statutũ sit in ciuitate, ꝙ ꝯ præceptũ factũ in ꝓfessum nõ possit opponi exceptio nisi falsitatis, uel solutionis, tamen potuerit opponi exceptio nullitatis, ut in terminis premissis, & maxime, cũ ꝓcedit nullitas ex ui alterius statuti & est simile, ꝙ dicũ j. ti. j. §. ult. sup. uer. xvj. allegat. ꝙ præceptum non rite factum, non dr præceptũ ff. de bo. pos. ꝯ tab. l. filium. §. non quæuis. &, si uis, huiusmodi ꝑcor. uide de cleri. non resi. c. tuæ. in gl. ii. & super ea suffragium & suppletiones: ibi etiã tenuit, ꝙ si minor iurauit se maiorem, & ꝓfessus debitum recepit præceptũ ut s. si ipse minor fuit in dolo, & creditor in bona fide, tenuit præceptũ rõe doli & sacramenti, ꝓ l. i. ff. de pos. §. an in pupillũ. Si uero creditor sciebat illum esse minorẽ, tunc de dolo illius conqueri non potest. ff. de actio. empt. l. i. C. de in inte. rest. mi. l. de tutela. de reg. iur. scienti. lib. 6 & alterius statuti, ꝙ annullat obligationem minoris aliter factam forma seruata non fuit, dicit præceptum nullum: & maxime si errauit, tunc putans se esse maiorẽ, ff. de confes. non fatetur. ad idem ff. de pac. si cũ te. de act. empt. si hęres. sicut ẽt una lex per aliam terminatur: sic statutum, & ẽt lex: alias sequeret ꝙ præceptum factum furioso, pupillo, prodigo, cui interdictum erat, exequendũ foret: qđ esset absurdum. Vt igitur dicatur ualidum præceptum, oportet duo concurrere, personam scilicet, quæ præcipere, & personam cui præcipi potuerit, ff. de confir. tut. l. i. & l. naturali. §. i. & ẽm hoc defuit tam lege, quam statuto. dicit tamen, ꝙ in dubio ꝓsumit eum in dolo, qui dixit se maiorẽ per l. quid enim. ff. de dolo. Solutioni non obstat auth. sacramenta. C. si aduers. uend. loquitur enim de iuramento super contractu. Iuramentum autem, pe quo loquitur, fuit super quadam assertione. Adde, quod istud de præsenti, illud de futuro. Non obstat ẽt l. si alterius. C. si mi. se ma. dix. quæ loquitur de ꝯctu, qui tenebat, ꝯ quem petebatur restitutio, non ꝙ diceretur nullum. Iac. de Bel. in q. quæ inci. Perusina. in primis duobus mẽbris tenet, ꝙ statuto prohibente fieri, & annullante, si fiat ꝯctus per filiumfamilias sine cõsensu patris, uel per adultum sine curatore, licet primus cõtrahendo mentitus fuerit se patrem familias, uel seruus mentitus fuit esse curatorem illum, qui non erat, contractus tñ nõ tenebunt propter statutũ, quod non solum prohibet, sed ẽt annullat: sic non oritur obligatio ex contractu, qui ipso iure non ualet. allegat l. non dubium. C. de legibus. & l. quid enim. de dolo. & quod no. in l. quæcunque. §. fi. de Publiciana. & in l. si curatorem. in gl. ipso iure. C. de in integ. rest. Prędictam autem l. quid enim sic induc't, si contra pupillum, qui mentitus fuit, datur actio de dolo, ergo nõ tenuit contractus: alias daretur actio ex contractu, non de dolo, eo. tit. l. i. §. ait prætor. Contraria dicit procedere, cum statutũ non annullat: fortius, si actionem, uel exceptionem dat: super eo uero, quod quæritur, an iuramẽtum prædictorum ualideat contractum, distinguit inter filiumfamilias & adultum. De primo simpliciter tenet, quod non: quia roborari per id non potest contractus, q. non tenet per statutum, cum principale a suo accessorio non uestiatur, nec reguletur, ff. de uulg. & pup. l. in pupillari tum q. a iuramentum est ꝯ bonos mores, ponderata l. i. in prin. ff. ad Maced. inducit regulam, non est obligatorium de reg. iu. lib. 6. De minore distinguit ius canonicum a ciuili, ut de iure ciuili non ualidetur ratione prędicta. de canonico sic, per decret. de iureiur. cum contingat. cum concord. Aduertendum est quod hic tractauimus de beneficio nullitatis, non de beneficio restitutionis: de quo plene tractatur j. de rest. in integ. §. ii. uer. item denegatur. & uer. sic. sequen. & uide, quod de præd. q. Iac. de Bel. quæ conuenit illi materiæ in articulo, sicut dicam in præd. §. ante fin. col. ¶ Adde primæ parti, quod consuluit Roma. consil. ccxciiii. scilicet quod si respondens positioni dicat, credo, prout in instrumento continetur, & instrumentum sit nullum ratione solennitatis, quod similiter confessio est nulla: quia respondens intellexit de instrumento suis substantialibus, roborato. Item quod idem Rom. uoluit consil. xlii. scilicet quod stante statuto, quod contra instrumentum nulla possit opponi exceptio, tamen poterit opponi exceptio inhabilitatis ꝑsonæ: ut si uxor donatuiro, ipsa poterit opponere, quod uir erat inhabilis ad recipiendum donationem. Item quod uoluit idem Ro. consil. lxvii. scilicet quod stante statuto, quod lauda mandentur executioni, lauda nulla nõ mandabuntur excutioni. Item facit, quod uoluit Bal. cons. ccclxix. iiii. li. scilicet quod statutum loquens de arbitro, intelligitur de uero non de prætenso. Item facit, quod uoluit idem Romn. consilio allegato xlii. scilicet quod stante statuto, quod nulla possit opponi exceptio patens, non uelata. Item facit, quod uoluit Petrus de Ancharano consilio ccxii. scilicet quod stante statuto, quod nulla possit opponi exceptio, tamen poterit opponi exceptio nullitatis causare dolo aduersarii. Item nullitas, quæ prouenit a iure naturali. Item illa, quæ colligitur ex inspectione actorum. Item quod idem uoluit consil. cclxxi. scilicet quod prædictum statutum non ponit exceptionem nullitatis quæ prouenit ex alio statuto. Item quod idem uoluit consil. lxxii. scilicet quod stante statuto, quod sententia mittatur executioni, debet intelligi de illa, quæ uiribus subsistat. Latius prosequere in additionibus positis per me post Bar. & Alexandr. in lege i. ff. quod ui aut clam. Quo uero ad materiam l. si alterius. C. si mi. se maio. dix. uide pulchre Ancharan. consil. 227. & Paul. de Cast. consi. 141.

d Cum æterni. ¶ libro 6.

cogendum foro decerno: condemnans nihilominus sententialiter prefatum C. in expensis litis. ipsarum taxatione mihi in posterum reseruata, iii q. iii § spatium. ad fin. ii. q. j. c. in primis. extr. de sequestra. pos. ca. j Sed de hoc, & de taxatione, qñ fiet, dixi ꝛ. de excep. §. uiso. uer. quid si reus. & j. de expensis. §. postremo. Quare dixerim, In his scriptis, uide j § iuxta. uer. nō ualet etiā. In fine autem sententię sic dicitur, In cuius rei testimonii. &c. quæ dic,
7 ut ꝛ. de inst. edit. §. breuiter. uer. sed & in sententiis. ¶† Sententia enim fertur ad æternam rei memoriam, ut legitur, & no extra de
a re iud. ad apostolicæ. in superscriptione[a]. Item notabiliter incipit præmissa forma: In nomine domini. ut xxiii. dist. in noīe. extra de testi. in nomine lxxii. dist. in nomine patris. Vtrum autem debeat sententia concipi sub verbis primæ, uel tertiæ personæ: & utrum iudex debeat pronunciando scribere partibus, uel etiam uniuersis, & qualib. uerbis uti debeat in sentētia, uide in præ. uer.
8 non ualet etiam. ¶† Et nota, quod non est uis, si dicat iudex, Condemno: uel dicat, Præcipio, uel Pronuncio, uel Statuo, ut ff. de re iud. in summa extr. de uerb. signific. in his. Licet enim lex dicat, sententiam nullam esse, quæ non continet cōdemnationem, ut C. de senten. & interl. omnium iudic. præses. subaudiri tamen debet, uel æquipollens, ut in prædict. concord. Idem est, si dicitur, nil uideri Titium debere Seio, ut ff. de arbit. quid tamen. §. si arbiter. Item idem est, si dicit, ne inquietet eum, ac si dicat, non impediat, ut ff. si usufru. pet. fructuario. §. fi. Si uero B. plura petiit in libello, & in uno obtineat, & in aliis nō, tunc iudex in fine sententiæ sic adiiciat: in aliis uero petitionibus ipsius B. dicti ſ. C. sententialiter absoluentes, ipsi B. super eis perpetuum silentium impo-
9 nendo, extra de testa. Raynutius. & cap. Raynaldus. ¶† Quod autem vtrumque, uerbum proponendum sit in sententiis, scilicet silentium perpetuū, & absolutio ab impetitiōe, probatur ext. de causa posses. & propri. c. cum ecclesia. in fin. & de conuers. coniug. c. dudum. in fi. de transact. ex literis. in fin & de electio. c. cum ecclesia. extra. de relig. do. constitutus. in fin. ext. de off. archi. c. fi-
10 de præscri. auditis. ¶† Et nota, secundum quosdā, ꝙ si in sententia dicitur, Condemno C uel Condemno talem procuratorem C. omnino credendum est eos fuisse præsentes, nisi euidenter cōtrarium ostendatur, ut C de contrahen. & com. stipul. optimā. & l. i. & C. de re iud. l. & melius extra de elect. bonæ. i. §. porro. & facit extra de renun. in præsentia, ga instro credit. C. de prob. cum præcibus Alii dicūt, ꝙ si in sententia ꝓtineatur fuisse præsentes, uel uocatos fuisse, præsumunt præsentes, uel uocatos fuisse, ut in præd l. & C. de app. hi qui ad. alioquin ꝫ, arg. ff. de uerb. oblig. l. Titia §. ii. & ff. de Publicia, quecunque §. fi ext de cōstit.
ecclesia. C. de arbit. ne in arbitris. Tertii dicunt, ꝙ licet non dicatur in sententia, fuisse citatos, uel ꝑsentes, uel absentes, dūmodo prima facie appareat non uitiata, posſq̄ transiuit in rē iudicatā: semper stādum est pro ea, nisi probetur aliquid omissum ꝙ reddat eam nullam extra de procur. in præsentia. uel falsam, C. de
b fid. instrum. si ueteris[b]. ¶† Et hoc credo uerum de iure. nam iudi-
11 cata res pro ueritate accipitur: & sententia facit ius inter partes, licet lata sit contra ius litigatoris, ex quo non est appaliatum ab ea, ut extra de re iud. cum inter. prope fin. ii. quæst. vj. §. diffinitiua. uersicul. item contra ius. Tutius tamen est, exprimere in sententia partes fuisse citatas, uel præsentes, ut patet in forma præcedenti. Si autem nondum transiuit sententia in rem iudicatam, uel fuerit appellatum ab ea, tunc, nisi probetur absens citatus, revocabitur sententia, ut probatur supra de citatio. §. uiso. uersicu. item licet. & seq. extra de maio. & obedien. inter. ii. quæst. i. c. nos in quēquam. Non enim præsumit pro processu iudicis, nisi quatenus pro ipso constat, ut extra de probat. c. quoniam contra. Si tamen sententia scripta sit in formam actorum, & contineat
c illum fuisse citatum[c], uel prełentem, non est alia probatio necessaria: & tenet sentent. non enim potest ille probare se non fuisse citatum, ut in prēd. §. porro. & secundum hoc possunt prædictę opiniones ad concordiā reuocari, C. de inoff. donat. l. unica, & uide, quod not. supra de instrument. edit. §. restat. uersicul. in summa. & de probatio. §. fin. uersicul sed pone. ¶ In Romana uero curia qualiter pronunciabit, uel excommunicabit auditor super debito coram se confessato inter eos, quise suæ iurisdictioni submittunt, uide supra de conclu. & renunc. uersicul. vltimo.
12 ¶† In partibus uero illis, in quibus in sententiæ prolatione apponunt, formam consilii, post illa uerba, Præhabita diligenti, iunge Consilii, quorum tenor talis est: Consilium nostrum &c. ut supra, & de consi. requisit. uersi. porro. ponatur totum consilium postea iunge, Dictorum talium sequens consilium Dei
d nomine inuocato. &c. [d] Quod autem in sententia de singulis actibus fiat mentio, cautela est, ut dixi supra de instrument.
13 edi. §. restat. uersicul. in summa. ¶† Si uero realis actione actum fuerit, post uerbum Nomine pro eodem, &c. iunge, in restitutione prædicti fundi, uel uineæ in libello petitæ, & in decem sextariis tritici pro fructibus uineæ a tali tempore citra
14 perceptis, eidem B. sententialiter. &c. ¶† Cæterum si super adipiscenda possessione sententia feratur, post uerbum Nomine pro eodem, &c. iunge, in præstatione possessionis & quasi possessionis prædictæ domus in libello petitæ eidem P. sententialiter, &c. Si uero super recuperanda possessione feratur, dicas ibidem, in restitutiōe prædictæ vineæ, uel fundi in libello petiti cum fructibus à tali tempore citra perceptis, eidē B. &c. Si autem super retinenda feratur, dicas ibidem, præcipientes ut sinat dictum B. pacifice possidere, uel quasi possidere prætatā vineam in libello petitam, sicut possidebat tempore litis cōtestationis, idem B. &c hoc probatur extra de iure patronatus, dilectus. in fine, extra de restitu. spoliat. grauis. extra de probat. li-
15 cet. in fi. cum suis concordan. ¶† Qualiter autem pronunciabit iudex, cū reus cecidit à possessiōe, siue nō possidebat, siue incipiebat de nouo possidere, ut no. supra de interrogat. §. fin. uersi. sed qualiter. Item qualiter pronunciabitur super interesse, infra de fructib⁹ & interesse, §. 2. uer. sed qualiter. Et qualiter super æstimatione, infra de obligan. & solut § sequitur. uer. sed quo iure. Item qualiter pronūciabitur, cum petitur ratio administratæ tutelæ, infra de iudic. §. generalia. uer. quod si quis. Item qualiter pronūciabitur, quando agitur constit. si quis in tantam ꝫ. de restit. spoliat. §. i. uer. & nota. Item qualiter cum agitur negatoria, uel confessoria, ꝫ. de causa possess. & propri. § fin. uer. sed nunquid Item qualiter pronunciabitur in iuramento in litem, infra de iureint. uersi. is autem. Qualiter autem alimenta decernuntur, infra, qui filii sint legit. uersi. Item pupillus. Qualiter autem pronunciabitur sententiam non esse exequēdam: die, ut infra titulo proximo
16 §. breuiter. uer. sed secundum. ¶† Si autem agitur causa illegitimitatis per defensorem, quod fieri potest, ut supra de defen. uer. hoc etiam sic pronunciabitur:

¶ FORMA. Cum A. ageret contra B. procuratorem, se defenso

rem

ADDITIONES.

a Super scriptione. ¶ Libro 6. illud posui in i. gl.
b Veteris. ¶ l. ii. est.
c Citatum. ¶ Supple, peremptorie: de hoc infra §. iuxta. versi. quid ergo. cū seq. Scias, quod Guido de Suz. in Summa tituli, quomodo ad sententiam procedatur, & in l. properandum. C. de iudiciis, quærit, si sententia sic contineat, citato reo peremptorie, ut veniat ad sententiam audiendam, eo nō ueniente, pronunciamus, &c. an non probato aliter peremptorio stetur sententiæ? Quod stetur, inducit quatuor, scilicet præsumptionem, solēnitatem auctoritatem iudicis, item publicæ scripturæ, & ut res ualeat. Insti. de fideiussor §. ultimo. secundo, extra de renun. in præsentia. tertio, C. de prob. cum precib. quarto, de uerbo, significat. abbate. In contrarium alleg. §. item cum ex ea. ff quę sentent. sine appellat. rescin. item l. quæcunque. ff. de public. Item si sunt uerba tabellionis, non creditur ei, in authentica, de hæredibus & Falcidia, §. fi uero absint. Idem, si sunt iudicis: de probationibus, quoniam contra. Ad idem C. de sententiis & interlocutionibus om. iud. ex stipulatione. Soluit, quod licet seruetur contrarium de iuris subtilitate, necesse est probari peremptorium per iura secunda. Bene facit: quod scripsit post Innocentium in prælegata decretali, quoniam contra. super uersiculo, quę occurrerint. quę uidere poteris in uersicul. in summa. hic in fine allegato. Vbi autem teneas uictorem non habere probare, non tamen est uerum, quod sequitur, uictum non posse probare producendo enim actā litis, inter quæ non apparebit ista citatio, habebitur pro non citato, nisi probetur contrarium, per iura, quæ scripsi in præd. decret. quoniam contra in fi. Item si fatetur citationē, & negat peremptorium; optime poterit id probare per testes, qui citationis formam audiuerunt, ut dixi in decretali, bonæ. primo, de electione: in materia negatiuæ, ubi uide; in auditu, & in fine: ut etiam dixi; quo possit fieri instrumentum negatiuæ; scilicet quod in actis non est illa citatio; uel non est peremptoria, Item posset probari per tēstes literatos; qui examinarunt acta: ibi uide in fin. Item si probaret uictor personalem citationem, posset uictus illam improbare per modum decretalis: ex tenore. de testibus; & C. de contrahenda & committenda stipulatione; lege; optimam. Non obstat §. porro. infra allegat. quia ibi non erat coarctatio aliqua actorum uel temporis. In eo autem, quod hic subdit Guilelmus; uel præsentem; bene puto stari dicto notarii: quia non de præterito loquitur; sed de præsenti; iuxta ea; ad quæ remissi supra de Innocen. in decretali; quoniam. & putat Gulielmus prædictus in Summa; titulo de sententiis; quod præsentia sine expresso consensu; uel dissensu sufficiat: licet non emanauerit peremptorium. quod fiebat ad præsentiam habendam; uel absentis malitiā conuincendā. Inducit iura de tacito consensu; quod sufficiat regula; qui tacet. de regulis iuris; libro 6. Bene facit; quod notatur infra de libellorum conceptione; §. sequitur. ad finem: iam seruari fecimus omne dubium tollendum: quod iudex citauit partes: licet prēsentes; peremptorie ad sententiam tunc audiendam. ¶ ADDE, ut per Bald. consilio centesimodecimotertio libro: per Alexandrum consilio centesimo quadragesimo: secundo libro; & eodem libro consilio centesimo trigesimo quinto & quadragesimo secundo; 4. libro; & per paulum de Castro consilio quinquagesimo secundo; ubi pulchram habebis limitationem ad illud; quoddicitur; quod ex longinquitate temporis præsumitur solennitas.
d Etc. ¶ Repetendo uerba consilii & secundum illa pronunciando: ut supra de exception. §. uiso. B. uersicul. porro in Italia, ubi satis scripsi sufficiat dicere; pronuncio; ut in consilio continetur.

rem C procuratorio, seu defensorio nomine ipsius super illegitimitate ipsius: nos, visis & intellectis rationibus partium, ipsum B. procuratorem, vel defensorem dicti C memorato A. sententialiter condemnamus.[a] Nec est necesse causam exprimi, ut ext. de re iud. sicut nobis. Nec tamen minus valet sententia, si causa exprimat, hæc scilicet, cū illegitimitas C. sit plene ꝓbata. de hoc & an talis sententia præiudicet ipsi B. & quis sit effectus huius sententiæ, no. secundum Papam, extra qui fil. sint legit. causam, quæstii. Fertur ergo sentētia in personā procuratoris, ff. de his, qui no. infamia, l. furti. §. j. & l. seruus. & non domini: nec est vis, si sit lis contestata, vel non, secundum Papam, C. de sent. & interloc omnium iudi. l. j. ff. de proc. licet. § penul. & l. qui proprio. respon. j. Alij tamen contra, ut in prædi. l. furti. sed cōtra eos est C. de procurat. nihil.[b] Idem quoque est in defensore sine mandato, ut in personam eius sententia feratur, si verborum aptitudo patiatur, ff. de neg. gest. liberto. § fi. Simili quoque modo sententia dictāda est, si de furto, vel aliis cōsimilibus per defensorem agatur, ut no. in præd. c. causam, quæ. Qualiter autem sit formanda sententia contra procuratorem cum mandato, uel contra dominum, vel contra utrumque, quod tutius est, not. extra de electio querelam. & infra uersicu. in matrimonio. ¶†Cæterum si nec damnat reus, nec absoluit, sed iudicium nullū pronunciat tunc post verbum, Dei nomine inuocato, &c iunge, pronuncio dictum iudicium esse nullum, pro eo quod dictus C. qui est filiusfamilias sine patris consensu contestatus est litem in iudicio supra dicto, ut C de bon. quæ liber. cum nō solum. ¶ Porro si iudex ferat sententiam super processu coram alio habito, ita dicet:

¶FORMA. Cum olim inter talem & talem, & super hoc quæstio coram tali iudice verteretur, coram eo libellus oblatus extitit continentiæ talis: Coram. &c. Lite igitur super libello ipso coram eo legitime contestata, &c. ut supra in prima forma: usque, habuerit pro cluso. postea iunge, verū eodē, sicut Deo placuit, viā vniuersæ carnis ingresso, vel ab officio remoto, vel in remotis agente, nos in causis omnibus, que coram eo ventilabantur, vel in causa ipsa, eidē per talem fuimus substituti: ergo, &c. vt supra in prima forma ff. de iudic. edictum. extra de in integrum restitutione, tum ex literis. ¶†In matrimonio autem, vel sponsalibus sic dic:

¶FORMA. In Dei nomine, amen. Cum nuper coram nobis tali officiali inter tales super fœdere matrimonii orta foret materia quæstionis, ipsa M coram nobis libellum obtulit continentiæ talis. Coram. &c. Lite igitur, &c. ut s. in forma prima usque, nomine pro eodem. iunge, prefatum P. ab impetitione eiusdem sentētia aliter in scriptis absoluimus, eidē super impetitione eiusdem P. perpetuum silentium imponentes, dantesque eidē P. licentiā nubendi in domino, cui uolet, extra de secundis nup. c. pen. & fi. Vel si probatum fuerit matrimonium, pronunciabitur matrimonium legitime inter eos contractum fuisse, & adiudicabitur vir mulieri: & pronunciabitur, eum debere cogi cohabitare eidē, & eam maritali affectione tractare, ut extra de spon. ex parte. in fi. & c. veniens j. hęc forma probatur in auth. Colla. ix. de eccl. tit. §. si quis in sua domo. In causa autem matrimoniali per procuratorem cōtracta, utrum sentētia formabitur in personam procuratoris, dixi s. de defen. ver. quid de causa. Sed si de sponsalibus actum fuit, & probata fuerint, dices sic:

¶FORMA. Pronuncio sponsalia inter eos legitime ꝓtracta fuisse, & valere de iure, ipsumque P. cogendum per censuram ecclesiasticam ad perficiendum matrimonium inter eos: hoc saluo, ꝙ juxta modum petitionis sententia dictetur, ut supra dixi. ¶† Et scias, quod quidam in sententiis nō ponunt tenorem libelli, sed summatim mentem petitionis primus tamen modus nobis placet, & sic usus curiæ Romanæ obseruat. ¶ Quod si actum fuerit ad diuortium, iuxta præmissas formas sententia dictabitur, uerbis competenter mutatis: hoc saluo quod in sententia causa diuortii exprimatur extra de diuor. ex literis. Si autem arduum sit negotium, incipias cum prefatione sic:

¶FORMA. Vt nostrum prodeat de mulu Dei iudicium, & oculi nostri uideant æquitatem, &c, ut extra ut ec. benefic. ut nostrū. Vel sic:

¶FORMA. Præsidentie rationis imperio in animo iudicantis, sedet in examine veritatis pro tribunali iustitia & quasi Rex in solio iudicii rectitudo, de cuius ore procedit gladius bis acutus, cuius etiā aspectu terribili propriæ uoluntatis dissipatur arbitrium reproborum: quia noxius appetitus sine personarū delectu sub iuris regula limitatur. hæc enim recta fuit æterni, quidētia iudicis, de cuius vultu recta iudicia procedūt, ut recti iudicis eligerētur in orbe, qui terram iudicent, iustitiam diligāt, & eorum oculi respiciant equitatem. Hoc profecto velut Dei testamentum, quo filios hominum recte iudicare iussit, per quod fœdus humani generis in tranquilitate cōsistit, solicitudine vigili, ac diligenti studio sunt à cunctis firma stabilitate seruanda. nam pacem pariunt modestiam nutriunt, lites perimunt, sua vnicuique ꝙ libramine tribuunt, iurgiorum materiam reprimunt, delinquentes punit, alterum lędi ab altero non permittunt. Sane. &c. recitet negotium. Ex hac autem præfatione membratim diuisum poteris formare:

20 ¶†Si autem sententia diffinitiua à iudice delegato, vel subdelegato feratur, sic dicet:

¶FORMA. In Dei nomine, amen. Nos talis iudex, a sede apostolica in tali quæstiōe inter tales deputatus, olim literas apostolicas recepimus sub hac forma: Clemens episcopus, &c pone de verbo ad verbum: post iunge, Quarum si quidem auctoritate literas cōmissionis in iudiciū ad instantiā B. fecimus euocari: eo vero comparente ei per ipsum B. corā nobis libellus porrectus est, titit in hac forma, Coram vobis, &c pone totum, postea iunge Lite igitur, &c. ut supra versi. cum fertur. extra de eo, qui mit

21 post causa rei ser. c cum venissent. ¶†Notarius autem sic se sub

c scribat[c]: Ego tali auctoritate notarius prolationi huiusmodi sententiæ interfui, & de mandato dicti iudicis predictas commissionis literas vidi cum vera bulla in filo pendenti, non cancellatas, nō vitiatas nec in aliqua sui parte abolitas: & cum tenore verbo ad verbū in hac sentētia appositi, nil addens, uel minuēs, per quod rei veritas immutetur, & diligētes etiā auscultanti, quid iudex ad ipsius sententiæ confirmationē & robur his suā auctoritatem interposuit & decretum. Operatur aūt hęc subscriptio, qualicet postmodum rescriptum apostolicū perdatur, nihilominus stabitur sententiæ tali, C. de testam. l. publicari. extra de fide instru. c. ii quod alias non fieret, ut eod. tit. c j. Idem etiam consulo de instrumentis procurationum, & aliis: quibus perditis sententia non valeret. de hoc extra de officio delegati, cū in iure. supra de instrum. edit. § nunc dicamus. versi. illud autem. & §. re

22 stat. versicul. in summa. ¶†Cęterum si sit auditor palatii domini Pape, dicet sic:

¶FORMA. Cū causam appellationis & negotii principalis: vel ponealterum tantum, prout continget, quæ inter talem & talem super hoc & rebus aliis vertitur, nos magister Guilielmus Durandj, domini Papæ subdiaconus & capellanus, ac palatii iptius domini Papę generalis auditor, audiędā suscepimus, & fine debito terminandā: & hoc, cum cā est ciuilis: vel fine canonico, cum de spiritualis, vel matrimonialis, ut supra de rescrip. presēnt. §. re formæ. ver. item quod vbi. & hoc quando audit rāqnam generalis auditor, sententiæ cōmissione speciali à parte aditus, ut sup de iud. deleg. §. iam nunc. ver sed nunquid. in fi. Si vero dominus Papa ei specialiter commisit, dicat post verbū, Vertebatur: Sanctissimus pater dominus Clemens Papa iiii. nobis tali audiendam commiserit. & fine canonico, vel debito, terminandam, eidem in causa ipsa libellum recepimus in hac forma: Coram. &c. Lite igitur, &c vt supra ver. cum fertur. usque, causæ meritis. postea iungat, factaque domino nostro summo pontifici relatione fideli, deliberatione quoque nobiscū, &c. ut ibidē vsque, replicatur. Iunge. de ipsius domini speciali licentia & mādato nobis facto oraculo uiuæ vocis præfatum C. &c. ut sequitur in eadē forma, extra de iud. c. cum Bertholdus. & supra de relat. §. qualiter in fi. ¶SI AVTEM SIT ARBITER, qui sibi ꝓfert, dicat ut supra de arbitris. §. vt aūt. uer. cognitio. Qualiter autem pronunciabitur sententiam esse exequendam, dic, ut infra tit. prox. §. quitur. Item qualiter pronunciabunt arbitri super exceptione suspicionis electi, supra de recusa. §. qualiter. versicul. ut autem

23 ¶†PORRO si agatur causa criminalis, puta iniuriarū, &c dic:

¶FORMA, Quoniā T. accusatus à P. quod verba iniuriosa sibi dixisset, uidelicet quod erat latro, uel leno, & idem P. suam plene nequiuerit probare intentionem, idcirco dicti T. à prefata accusatione sententialiter absolumus, eidē P. super ea perpetuo silentium imponentes, & cum in decem libras Turon. condemnantes, ext. de iureiuran. Quintauallis. xv. q. j. illud. Si autem actum fuerit criminaler ad pœnam sanguinis, & probata sit accusatoris intentio, ita dicet:

¶FORMA. Quoniam T. accusatus coram nobis à P. quod idem T. nuper die tali talis mēsis, loco tali in H. fratrem eiusdem P. de lancea insultum fecit, & eum cum ea in pectore percussit, ex qua percussione idem H. confestim cecidit, & obiit, se prætatum ita fecisse coram nobis ꝓfessus est legitime. & de hoc ēt alias per probationes legitimas nobis constat: idcirco dictum T. ad pœnam capitis sententialiter pdēnamus, ita quod caput sibi precidatur sic, ut moriatur: uel, si clericus erat accusatus, dicas, eū ab officio & b

ADDITIONES.

a Condemnamus. ¶ Si petebat illum pronunciari illegitimum, non congruerent hæc verba: si vero petebat eum condemnari ad restitutionem bonorum paternorum, quæ possidebat debet etiam id exprimi.

b Nihil. ¶ Sol. ibi in gl. j. & vide. quod dixi supra §. proximo, uer. porro.

c Subscribat. ¶ Verba Aegid. versicu. supra, scilicet centesimo sexagesimo nono.

& beneficio ducimus deponendum, & perpetuo carceri mancipandum sententialiter in his scriptis condemnamus, ext. de iud. at si clerici. & c.cum non ab homine de verb.signifi.c. nouimus. Magis tamen placet, vt forma libelli in sententia inseratur, vt prędixi, & infra in tractatu libel. in titulo de homicid. Si vero nihil probatum fuerit, dicat sic:

¶FORMA. Quoniam T. &c. ut supra proxim. vsque. & obiit. & iunge & cum de hoc aduersus dictum T. nulla sufficiens probatio appareat, nec de hoc aliquo modo nobis liquere potest, idcirco à præmissa accusatione cum sententialiter absoluimus, eidem P. super ea perpetuum silentium imponentes, extra de accus. illa. ii. q. vltima, sciant. Si vero iudex velit aliquem ex causa aliqua mulctare. sic dicet:

¶FORMA. Quoniam T. conuentus & citatus ex parte nostra per talem huius curię cursorem, ut die tali, pro tali causa corā nobis sub pœna decem librarum comparere deberet, ipseque contumaciter recusauerit comparere: idcirco prompti inobedientiam eius vlcisci, nisi is etiam hinc ad talem diem se præsentare curauerit coram nobis, eum puniendo mulctamus, & mulctando punimus in decem libras: vel sic.

¶ FORMA. Cum causa, quæ inter B. & C. vertitur, in nostra præsentia tractaretur, idem B. præfato C. in nostra & astantium presentia, quorum testimonia in scriptis redigi fecimus, verba contumeliæ & iniuriæ proferre non erubuit dicendo sibi, quod per gulā mentiebatur, quodq; se adhuc de eo vindicaret quoniā igitur res est mali exempli, locum iuris & iustitię iniustis lacerare committis, idcirco præfatum B. in c. solidos puniēdum mulctamus, & mulctando punimus prætextu paupertatis, & simpliciter pœna nihilominus mitigata, extra de officio delegati, cum super abbatia. in parte decisa, secunda quæstione i §. finali. De hac
24 mulcta dixi supra eod. §. species. ¶†IN IVDICE autem appellationis not. quod triplex est eius officium. ¶ Primo, ut confirmet vel infirmet priorem sententiam quod intellige, quando in causa appellationis nil noui proponitur, & vnicus tantum est articulus, extra de in integrū restitut. ex literis. in secunda questio. 6. in fine, C. de episcop. audien. auth. si quis litigantium. extra de re iudic. abbate. in fin. lib. vj. 6. quæsti. iii. Osius. in fin. Si uero plures sint articuli, potest in uno infirmare, & in alio confirmare, extr. de testa. Raynutius. & c. Raynaldus. extra de priuileg. cum olim. prope fi. & supra §. species. uersicu. diffinitiua. ¶ Secundo debet emendare, vel corrigere, sicut potest, C. de reb. cred. generaliter §. sin autem ¶ Tertio debet pronunciare. primam sententiam iustam. uel iniustam; ut ii. q. vj §. diffinitiua. in fin. C. de appellati. eos. in prin. secundū Vbert. & dic, ut infra in tractatu lib. de app. §. nunc dicendum. versicul. si uero a sententia & in Summa do. mei eodem titulo, §. qualiter. Potest etiam adhærere, ut extra de
a testa. Raynutius. Argum. contra C de appellat. eos. in princip.[a]
25 ¶†Vbi autem appellatum est a sententia, quę ipso iure non valet, iudex pronunciabit appellationem iniustam, inserta causa:
b quod dic, ut no. C. quando prouo. necesse non est, l. j. [b]¶ Vt autem res exemplo subiiciatur, in causa appellationis à grauamine, vel interlocutoria interpositę sententia sic formabitur.

¶FORMA Nos P. iudex delegatus à tali, in causa, quæ vertitur inter tales, libellum recepimus a tali in hac forma: Coram, &c. ponatur totus tenor libelli. Lite igitur, &c. ut supra versic. cum fertur. vsque, repleatur. iunge. sententialiter pronunciamus, talem bene & legitime appellasse, & talem perperam processisse, & interlocutum fuisse, & ad nos iurisdictionem procedendi in principali deuoluram esse: uel ecōtra. & tunc dicas, ipsumque remittendum esse & remittimus ad iudicis prioris examen, condemnantes eum insuper in x. danda & soluenda ipsi tali, quæ constat eum occasione dictę appellationis expendisse. hæc probantur extr. de app ut debitus. ii. q vj. ei qui. § pen. in fi. ad fin. q. Potest etiam iudex, ut dicūt, appellatū, qui per priorem iudicem absolutus fuerat, condemnare, ut ff. iudic. sol. l. pen. ¶† Sed nunquid
26 iudex appellationis pnunciando iniustā sententiam, & appellationem fore ligitimam uideatur per consequens condemnasse? videtur quod sic, ut not. C. de sent. & interloc omnium iudi. præses. Vtrum autem dabitur libellus in causa appellationis ante sententiam interpositæ, uide infra de libel. con. §. nunc videndū in fin. In causa vero appellationis a sententia interpositæ habet iudex confirmare, uel infirmare priorem sententiam, & in expensis condemnare, male appellantem ut dictum est: unde tunc sic potest sententia formari:

¶FORMA. In Dei nomine, amen. Ego P. iudex delegatus à tali episcopo, vel a Papa deputatus in causa appellationis interpositę per talē à sentētia talis, scripta manu talis notarii, cuius sentētię tenor talis est: In nomine domini, &c. ponat totus tenor sentētię: quo facto subiungas sic, Visa appellatione prædicta, & etiā commissione ipsius appellationis mihi facta a dicto domino tali, scripta manu talis notarii, de qua habes in tit. de appe. §. de officio quoq;. versi. q si superior. uisis insuper & auditis, &c. ut supra uersi. cum fertur. usque ibi, repleatur, &c. postea iunge, prædictam sententiam a tali latam confirmo, uel infirmo, & pronūcio bene iudicatum, & male appellatum, & talem in expensis cō demno: uel econuerso: uel sic: prædictam sententiam in hoc confirmo, & male appellatum fore pronuncio, & in hoc eam infirmo, & bene appellatum esse pronuncio hęc probantur in prædicta concor. Vel potest alio modo sic formari.

¶FORMA. In Christi nomine, &c. Cum olim inter P. & M. super hoc coram tali ordinario, uel delegato quęstio uerteretur, iudex illam diffinitiuam contra P. duxerit sententiam promulgandam. Porro eodem P. ab hac sententia appellante, venerabilis pater talis Episcopus, uel sanctissimus pater dominus clemēs Papa iiij. causam appellationis huiusmodi nobis tali audiendam commisit, ac fine debito, uel canonico terminandam. Partibus igitur ad nostram presentiam euocatis, & constitutis. prænominatus P. libellum obtulit in hunc modum: Coram &c. posito toto tenore libelli subiungat: Nos igitur uisis & auditis, &c. ut s. uersicul. Vtrum autem iudex, à quo petitur sententia, uel processus infirmari, uel nulla pronunciari, poterit cōfirmare, vel aliquam pronunciare, illo qui hoc petit, in probatione deficiente, nisi altera pars id petierit, no. secundū Papā, ext. de iud. deleg.

ADDITIONES.

a In principio. ¶ Ibi de hoc in glosl not. formam. uide, quod dixi de testa. Raynaldus. parte ii. sub uersic. condemnauit. Et plenius ultra, quæ ibi scripsi, sciendum, quod an sit satis pronunciare sententiam, uel appellationem iustam, uel iniustam: fuerunt opiniones diuersæ. Prima, quæ placet Accursio in prædicto. l. eos. tenet, quod sic, per textum ipsius legis in fine primi respō. & ultra duas leges, quas ibi alleg. facit ff. ad legem Falcid. in ratione, & l. cum quidam. & l. furti. § j. ff. de his. qui not. infam. Secunda fuit, quod sicut debet absolutio, uel condemnatio: & pro ista facit ff. iudi. solu. cum apud. ff. de re iud. l. j. C. de senten. & interlocut. omnium iudic. l. præses. ii. quæst. sexta, §. diffinitiua. in prin & ad l. eos. respondent isti, quod ibi textus dicit, liceat. non dicit, sufficiat. Tertia opinio adhærens primę, hoc addit, quod etiam iudex debet confirmare, uel infirmare primam sententiam: & hoc addendo non habet necesse absoluere, uel condemnare. pro hoc facit C. de usur. rei iudic l. ii. C. de episcopali audient. authentic. si qui litigantium. & C. de temp. appellat. authent. si appellatione secuta. ad fin. extra de re iudic. causam. in fin. de restitut. spoliat. cum ad sedem, in fi. Quarta opinio distinguit, an reus fuerit condemnatus, an absolutus in causa principali: ut primo casu procedat prima opinio in omnem casum, id est, siue pronunciatur pro condemnato, siue contra: & idem secundo casu, quando fuit absolutus, si pronuncietur male appellatum. Si vero pronuncietur bene appellatum, absolutus in principali condemnandus est per iudicem appellationis: q placuit Iacob Bal. per l. tutor. in princip. ff. de usur. & hic aduerte, quia prima opinio nulit quod pronunciat o iustæ appellationis interiectæ ab actore à sententia absolutoria contineat tacitam condemnationem, ut not. in prædic. l. præses. de sentent. & interlocut. & dicitur in uersicu. hic sequent. quod etiam placet Odoffred. in l. eos. & Alber. Gal. de ap. uersi. ponę quęstionem Et hęc ista ultima opin. in ultimo membro negat pro qua facit de testa. Raynutius. uersicul. cum autem. ibi, ad cuius. & c. Raynaldus. uersic. condemnauit. &, ut ibi dixi post Hostien. Iudices nostri temporis, quando pronunciant bene appellatum, communiter condemnant absolutum: & absoluunt condemnatum, & hoc est commendabile. Tamen ultima opi. ueritatem habet, quę patet ad sensum. fit enim in principali condemnatio, uel absolutio: à prima reus appellat, à secunda actor. tollamus primam, si pronunciet iudex appellationis sententiam iustam, uel appellationem, iniustam quod plus expedit actori, non habet condemnationem cuius petet executionem. Econtra si pronunciat sententiam iniustam, uel appellationem iustam, quod plus expedit reo, nonne contra condemnationem habet solidam defensionem? Item si in absolutoria pronuncietur sententia iusta, uel appellatio actoris iniusta, quod plus expedit uictori, cum absolutoria suam executionem habet: sed in casu conuerso, si pronunciatur sententia iniusta, uel appellatio iusta, actor habet, quod absolutio habetur pro nō facta: sed constat, quod potuit male absolui, qui tamen non debuerat condemnari: quid ergo petit actor hoc casu? dicet ne, ago, quia fuisti absolutus, & absolutio fuit reuocata: hic non concludit obligationem, ut dixi. Patet ergo ad sensum ut dixi: huius opinionis ueritas coloratur etiam per iura, quæ uolunt, difficilius obligari, quam liberari, ff. de action. & obligat. Arrianus. extra de proba. ex literis. & ubique concord. Quod autem iudex appellationis absolutum condemnare possit, non dubitatur, per l. penul. ff. iudic. sol & patet de testam. Raynutius. & c. Raynaldus. ADDE, quod Bal. in l. eos. tenet, quod sufficiat, si iudex appellationis dicat, sententiam primam iustam, vel iniustam. & ibi dicit esse casum: & idem ibi tenet Paul. de Castro.

L. j. ¶ In multis foris ciuilibus hoc seruat: Canonistæ non seruant: quia licet exprimat appellationē iniustā, q a sua fuit nulla, appellat ex iniustitia
b appellatiōis petet expensas factas in instātia appellationis q pronūciata est iniusta: dixit Iaco. de Aren. iudicem appellationis pronunciare debere sententiam nullam. & appellationem ex super abundanti interpositam, ut leg. eod. titul. de app. nominationes. C. qui pro sua iurisdictione l. j. ff. de iure patro. l. fin. & famil. erciscun. l. quædam mulier. vbi videtur expressum hoc ponit etiem Cy. in l. eos, & vide infra §. iuxta. scilicet anteponitam auctor. in fin. allegat prædictam l. quædam.

a deleg. cum contingat [a]. ¶† Sed pone: ecce opposui actori in lite
27 principali exceptionem pacti de non petendo, & probaui: actor uero opposuit mihi exceptionem pacti de petendo sed non probauit, licet in ueritate sibi feciſſem pactum de petendo non obſtante priori pacto, ideoque iudex me abſoluit, nunc in causa appellationis probat actor illam exceptionem: queritur, qualiter iudex pronunciabit male fuiſſe iudicatum, cum primus iudex bene pronunciauerit, ſecundum acta coram ſe habita? Reſpon. debet ſic dicere:

¶FORMA. Quia talis in principali cauſa non opposuit, uel non probauit talem exceptionem, quæ ſibi in ueritate competebat, vel oppoſitam non probauit & nunc eam probauit, ideo ſententiam primi iudicis emendo, uel reformo, ff. de app. l. j. extra de in integ. reſt. tum ex literis. in fin. & ſupra uer. in iudice. in prin. Si enim ſimpliciter pronunciaret, illum male pronunciaſſe, minui bene diceret. Debet ergo illum excuſare modo prædicto, uel dicendo, inſtrumentum, per quod nunc probatur, non fuiſſe coram illo productum, & huiuſmodi, extra de priuileg. cum olim. prope fin. ix. diſt. ego. in auth. Colla. v. ut defun. ſeu ſu. eo. in prin extra de fi inſtru. cum Ioannes. in fin. Vel dic contra prout not. C. de appellat. leg. eos. reſpon. j. in fine. ibi, etiam. & ſupra §. ſpecies not. utrum deberet dicere Condemno, uel Abſoluo. Iudex autem appellationis poteſt reum condemnare, ut ff. iu. ſol. l. pe. extra. de appel ut debitus. Qualiter autem pronunciabit iudex, cum is. cuius intereſt, ſe opponit contra ſententiam, & probat in cauſa appellationis, not. ſecundum Papam, extra de ſent. & re iud. cum ſuper.

28 ¶† IVXTA præmiſſum ordinē uidendum reſtat de formis ſen-
b tentiæ excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti [b], & abſolutionis. Si igitur in cauſa criminali ante litem conteſtatam contumax ſit, excommunicandus eſt, ut ſupra de contu. §. ſequitur uidere cuius excommunicationis forma talis erit:

c ¶FORMA ſententię excommunicationis [c] Cū P. presbyter de tali loco in noſtra præſentia conſtitus, à G ſuper variis criminib. ſcilicet ſimonia, periurio, adulterio &c. accuſaretur, ipſe nedum cum aduerſario noluit in iudicio experiri, uerum etiam contumaciter contra noſtram inhibitionem a noſtra diſcedens preſentia, noſtris ſæpe uocatus literis & nunciis, comparere contemnit cuius rei cauſa ipſum contumacem reputauimus, & ob hoc eum in his ſcriptis auctoritate Dei omnipotentis. & beatorū apoſtolorū Petri & Pauli, & noſtra, excommunicationis uinculo innodamus: extra de iudic. c. j. extr. de ſent. excō. cum medicinalis. li. 6. tradentes eum quamuis abſentem, Satanæ in interitum carnis, ut ſpiritus eius ſaluus fiat in die iudicii. hæc probantur ii. qu. 1. de manifeſta. xj. quæſt. iii. audi. 23. quæſt. 4. qui peccat. in princip. & c. quid crudele. extra de app. cum ſit Romana. in fin. 24 q. 1 §. ſin autem. uer. unde apoſtolus eum, &c. & quæ. 3. notandum. ad fin. xlv. diſt. non licet. Quod ſi excommunicatur cum ſuis participi-
d bus, ſic poterit dici, Habeto [d] itaque cū his, qui tibi conſentiūt, plene condēnationis ſententiam, ſublatumque tibi nomen & munus ſacerdotii agnoſce, ſancti ſpiritus in iudicio, & noſtra auctoritate dānatus, & anathematis in cōſpectu dei & ſanctorum angelorum, ut 23. q. 4. Guiliſarius. & hoc in ordinario iudice. Delegatus autem cæteris verbis retentis, ubi dicit, auctoritate Dei omnipotentis, &c. dicit, auctoritate mihi commiſſa, uel ſic:

¶FORMA. Cū de talis presbyteri exceſſibus nobis fuiſſent frequenter uaria nunciata, nos uolentes ex officio noſtro ad inquirendum deſcendere & uidere, utrum clamorem, qui ad nos peruenerat, opere compleuiſſet: eundem per noſtras citauimus literas, ut coram nobis certo termino perſonaliter compareret: ipſe uero nec per ſe, nec per alium, in prefixo ſibi termino comparere curauit: quare ipſum reputantes merito contumacem, in his ſcriptis, &c. ut ſupra proxim. 2. quæſtione j. Deus omnipotens. extra de accu. qualiter. 2. Eodem etiam modo poteſt quis excommunicare eum, qui in cauſa ciuili contumax reperitur, facta competenti narratione, qualiter cognoſcens de cauſa, quæ inter tales vertitur, citauit talem, qui ſe contumaciter abſentauit, extra ut lite non conteſt. quoniam in fin. & extra de poſtul.
29 prelat. c. 1. ¶† Illud autem ſcias, quod in enormibus delictis & contra tyrannos claues eccleſiæ contemnentes quandoque fertur ſententia excommunicationis per epiſcopum cum magna ſolennitate: & hoc dicitur anathema debent enim xij. ſacerdotes epiſcopum circumſtare, & lucernas ſeu candelas ardentes in manibus tenere, quasi in concluſione, ſeu in fine anathematis, ſeu excommunicationis proiicere debent in terram, & pedibus conculcare: deinde epiſtola per parochias mittatur continens excō-
munication. nomina & excommunicationis cauſam. hæc leguntur xj. q. iii debent. & illæ candelæ non debent ſumi poſtea
e ad aliquem uſum. ſecundum Ioan. ſed foras proiici [e]. 2 quæſtio. vii. non omnes epiſcopi. In pleriſque tamen locis non conculcantur pedibus, ſed extinguuntur in aqua dicendo, Sicut cande-
f T læ hę extinguuntur, ſic eius opera [f] coram Deo ſint extincta, do-
nec ſufficienti ſatisfactione premiſſa ad ſinum ſanctæ matris eccleſiæ reuertetur ¶ Quibus autem uerbis formetur ſententia, cū quis pro aliquo facinore excommunicatur, uide 23. diſt. in nomine. uerſus fin. verſic. quod ſi quis contra. uſque ad fin. Nonnunquam etiam fertur ſententia perpetuæ depoſitionis, degradationis, uel ſuſpenſionis in aliquem: quod dic, ut infra de accuſat. §. 2.
30 uerſic. & not. quod. & ſeq & ſupra uerſic. porro. ¶† Cæterum in iudicio non tenetur quis tantam ſolennitatem ſeruare. nam poſtquam quis ter monitus eſt, quod reſpōdeat poſitioni, uel aliud faciat, iudex poteſt ex tunc in ſcriptis cum excommunicare, dicens:

¶FORMA. Et quia legitime monitus non vis poſitioni reſpon-
g dere, te, tua cōtumacia exigente, excommunico in his ſcriptis [g]. Et no. quod nullus debet excommunicari, niſi legitima monitione præmiſſa, ut extra de ap. reprehenſibilis. de ſen. excom. ſacro. ſcilicet trina, ſecundum B. 24. quæſt. 3. de illicita. 16. quæſt. vii. omnes decim. 17 quæſt 4. de presbyterorū. Ego credo cum G. Na-
uam ſufficere cum teſtium ſubſcriptione: hæc enim dicitur ca-
h nonica, ut in prędic. alleg. c. reprehenſibilis. Argu. [h] tamen contra de ſent. excommu. in conſt. Gregor. X. conſtitutionem. lib. 6. Et no. quod excommunicationis ſententia eſt in ſcriptis proferenda, alioquin punitur eam ferens, extra de ſen. excomm cum
i medicinalis. in prin. [i] extra de treuga & pace, c. j. 2. q. j. legum. nec credo eſſe de ſubſtantia, quod dicatur in ſententia. In his ſcriptis excommunico: conſulo tamen, quod dicatur, ut j. §. iuxta. uerſi. non ualet. & executores quandoque ferunt tales ſententias. Cō-
tradictores & rebelles excōmunicationis ſententia innodamus. Quid autem iuris ſit de hac ſententia, & qui per eam ligentur. & quis eam ferre poſſit, not. ſecundum Papam extra de præb. pro
k illorum [k]. ¶† Verum quia, excommunicato in ſua contumacia
31 perdurante, iudices uolunt quandoque ſuam ſententiam aggra-
uare, ut contumacia creſcente creſcat & pœna, ut in præd. dec. quoniam. in fin. & l. diſt. quia. extra de cohabit. cler & mul. clericos. in fin. & C. de ſer. fug. quicunque. in prin. & ff. d: pœnis relegati & 2. qu. v. quando. ad fin. poterunt tunc procedere ad ſuſpēſionem, uel priuationem perpetuam officii & beneficii, ut extra de ætate & qualit. cum bonę. & de teſtib. cog. cum ſuper cauſa. & 33. diſtinct. præter hæc. de app. paſtoralis. de cohab. cler. & mul, clericos. & c ſequent. de cleri. non reſid. ex tuæ. & de cleri. excommun. latores. xj. q. iii. rurſus. & c. ſeq. uel ad depoſitionem, ut extra de dolo & contum. ueritatis cuius ſententiæ forma talis erit,

¶FORMA. Cum nos P. Dei miſeratione epiſcopus talis eccleſię talem ſui exigente cōtumacia, olim excommunicationis uinculo duxerimus innodandum, ipſeque, contemptis clauibus eccleſiæ, uelut filius inobedientiæ, adhuc in graue animæ ſuæ prōiudicium & ſcandalum fidelium pertinaciter in ſua contumacia perſeueret, & excōmunicationis ſententiam, qua ligatus eſt, animo ſuſtineat indurato, idcirco, ne de ſua cōtumacia ualeat gloriari & ne facti ſui peruerſitas tranſeat preſumptoribus in exemplū, ſed potius pœna eius ſit aliorum metus, noſtram ſententiam aggrauantes iuxta meritum culpæ illius eum ab officio & beneficio duximus ſuſpendendum: ut in præ. concor & ext. de vi & ho. ele. ut clericorum. § ſi quis igitur. & extra de iud. at ſi clerici. de exceſ
32 præl. tanta. de homi. pro humani. ¶† Quandoque etiam ſententia excommunicationis aggrauatur, ut omnes participātes ei eandem ſen-

ADDITIONES.

a Contingat. ¶ & ibi ſcripſi in gloſſ. quia melius & maxime circa finem.
b Interdicti. ¶ Has duas conuenerat præponendo ſecundam in principio §. & tamen duas uirgulas ſolas ponit de his, ſcilicet infra ad fin. ſecundę col. uerſiculo. & not. quod prælato. & in 4. col. uerſicul. & not. quod ſententia. Cauſam dedit, quia Hoſtien. de his in Summa de ſententia excommunicationis non fecit membra: remiſſionem tamen de illis dedit ad tria loca, eodem titul. verſiculo, antepenult. & vide infra de ſentent. excomm. in fin.
c Excommunicationis. ¶ Effectus huius & ſequentis fuit Aegid. conſilio centeſimo ſexto.
d Habeto. ¶ Verba Sylueſtri ad Iulium diaconum proditorem ſuum: nec important, ad quod auctor induciť, ſcilicet excommunicationem participantium extra crimen: quia verba non ſonant hoc: hodie etiam ferri non poſſet niſi ſeruatis formis decretalium de quibus infra uer. quandoque,
e Proiici. ¶ ſupra argu. ille enim canon hoc non dicit, ſed de ſale infatuato loquitur.
f Opera. ¶ Sup. bona.
g Scriptis. ¶ Hodie, ubi locus eſſet decretali ſecundæ, de confeſſis, libr. Exto, non eſſet iuſta talis excommunicatio, ex quo ponens habet, quod intendit.
h Argum. ¶ immo expreſſum, & ei ſtatur.
i In prin. ¶ lib. 6.
K Illorum. ¶ vbi ſcripſi in prin.

dem ſententia incurrant,ut extra de ſentent.excommu.quod in dubiis. ad fin.& de priuileg. quanto. Hodie tamen hoc non debet fieri,nec ſententia tenet,niſi prius & ipſi participantes moni-
a ti fuerint,ut deſiſtant,extra de ſentent.excommun. ſtatuimus [a]. Et in monitione ex primi debent nomina illorum, qui monentur,ſiue fiant plures monitiones, ſiue una pro omnibus, obſeruentur aliquorum dierum competentia interualla,niſi facti ne ceſſitas aliud inducat,ut in conſtit. Grego. X. eod. titu. conſtitu-
b tionem [b]. prout ibi dicam. Quidam etiam fatui iudices ſuas uolentes ſententias aggrauare,faciunt presbiteros indutos ueſtibus ſacerdotalibus uenire ad domum excommunicati,& ad oſtium uel ſuper tectum domus tres lapides iactare. quod ridiculum eſt. poteſt & ſententia aggrauari per decre. extra de pœn. ca. fin. uel per alia iuris remedia cogitata, quia creſcente contumacia
c creſcere debet & pœna,ut ſ. not. quod prælato [c] ob reuerentiam pontificalis officii primo debet ingreſſus eccleſiæ,uel ſacerdotale officium interdici: deinde ab officio ſuſpendi,& ſubſequenter aggrauetur cenſura eccleſiaſtica contra eos, niſi aliter ſuaſerit fieri in una contumacia poteruitas,ſiue culpa ſua, ut in conſtitu-
d Alex. IIII. de priuil. quia pontificali [d]. & probatur extra, de officio delegat. ſane. Cum igitur participans excommunicato non ſit excommunicatus,ſed excommunicandus,ut extr. de cleric. ex com. ca. fi. nec ſit etiam excommunicãdus, niſi poſtquam fuerit
33 monitus,ut ſupra,patet,† quod non peccat mortaliter,ſed uenia
e liter. argu. extra quod me cauſa, ſacris [e], nam excommunicatio non debet niſi pro mortali infligi. xj. q. 3. nemo. & c. nullus. ſecus tamen,ſi in contemptum, uel pertinaciter participet, ut extra eod. cum medicinalis. in princ. libr. vj. uel poſt excõmunicatoris prohibitionem,uel frequenter, arg. xj. q. 3. excellentiſſimus. & c. fin. xxv. diſtinct. §. alias ea demum. nam tunc poteſt excommu-
34 nicari. ¶† Porro aliquo propter ſui contumaciam excommunicato, conſueuit excommunicator alicui ſcribere, ut ibi excommunicatus ipſe uitetur: cuius quidem ſcripturæ forma talis erit:

f ¶FORMA [f]. Talis delegatus uel ordinarius, tali rectori ſalutem in domino. Cum nos talem noſtrum parochianum, eius contumacia exigente, pro eo quod coram nobis tali, de iure noluit reſpondere, excõicationis uinculo duximus innodandum, dilectionem ueſtram monemus,& hortamur,& nihilominus uobis auctoritate, qua fungimur in hac parte, precipiendo mandamus quatenus ſingulis diebus dominicis, & feſtiuis in eccleſia ueſtra, publice coram populo pulſatis campanis, & candelis extinctis, excommunicatum denunciare curetis, ipſumque velut excommunicatum faciatis in eccleſia: & extra, uſque ad ſatisfactionem codignam ab omnibus arctius euitari: uel donec ſuę culpam inobedientię recognoſcat, & de ea ſatisfaciat, ut tenetur. hęc probãtur xj. quęſtio. 3. curię. & c. debent. Et conſulo actori. quod cum has literas præſentabit rectori, ſi excommunicans ſit iudex delegatus, habeat tranſcriptum literæ apoſtolicę per manum publicam, uel ipſam literam bullatam, per quod rectori fidem faciat de iuriſdictione excommunicatoris: alioquin rector, literis ſi no lit credere, non tenetur, extra de of. deleg. cum in iure. de reſcriptis. cum contingat. C. de mand. princip. l. unica, 97. diſt. nobiliſſimus. ¶ Sed & auditores domini Papæ quandoque, quos excommunicant, faciunt in audientia excommunicatos per ſuas literas nunciari, quarum forma talis erit,

¶FORMA. Cum contemptus contumacibus obeſſe debeat, ne de ſua ualeant contumacia gloriari, mandat talis auditor, talem, quem ſui contumacia exigente, canonica monitione premiſſa, excommunicauit in ſcriptis excommunicatum in audientia publice nunciari. Datum, &c extra, de poſtul. c. j. ii queſt. v. quanto
35 ¶† Porro quia de excommunicatione diximus, & frequenter excommunicati ad ſinum Sanctæ matris eccleſiæ redeuntes, petunt ſibi abſolutionis munus impendi (quod quidem conceden dum eſt. nam miſeratio eccleſiæ nunquam claudit gremium redeunti ad eam ut xj. q. 3. de illis & C. de ſumma trin liquet §. nos enim) ideo & de abſolutione aliqua ſubnectamus. Debet autem fieri abſolutio, cum Pſalmo pœnitentiali, & oratione dominica, ut extra de ſent. excom. à nobis. ii. §. fin. hoc modo: Excommunicatus enim accedat ad excommunicatorem, petẽs humiliter beneficium abſolutionis. Iudex autem recepta ab eo cautione de parendo iuri, ubi fuit excõmunicatus propter dubiã offenſam, uel etiam propter contumaciam, ut extra ut lite non cõteſt. quoniam. §. in aliis. uel etiam de parendo mandatis eccleſiæ, ſeu excommunicatoris, quod idem eſt, ut extra de ſent. excom. c. ex te
g nore [g]. & c. cum deſideres & c. de cætero. & extra de offic. deleg. prudentiam. §. ſexta & de app. ad hoc. ii & de maior. & obe. cum in eccleſiis. in fin. licet Io. no. contra, prima, quęſtione, ſeptima ſi qui uoluerint, uel ſatisfactione præmiſſa, ubi fuit pro manifeſta offenſa excommunicatus, ut extra de uerborum ſignific. ex parte. ſuper quo uide ſupra de contum. §. nunc dicamus. & reſtitutis expenſis, ut ibi, beneficium abſolutionis ſibi tribuat in hac forma:

¶FORMA. Excommunicatus enim ueſtibus exutis ſtet ante uaſa eccleſię, genibus flexis, coram eo, qui eum debet abſoluere: & ille tenebit uirgas & in quolibet uerſu pſalmi, Miſerere mei Deus, ſemel eum percutiet magis, uel minus, conſiderata illius
h contumacia: finito uero pſalmo dicet, Gloria patri, &c. kyrie [h] eleiſon. ter Paſter noſter, &c. & Ne nos, &c. Saluũ fac ſeruũ tuũ, uel ancillam tuam, uel ſeruos tuos, uel ancillas tuas, ſi plures fuerint. Domine, nil proficiat inimicus in eo, uel in ea, uel in eis. Eſto ei, uel eis, turris fortitudinis. Domine exaudi orationem meam. Dominus uobiſcum: oremus. Deus, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram, & hunc famulum tuum, quem excommunicationis catena conſtringit,
i miſeratio tuæ pietatis abſoluat: ſecundum dom. meum [i] uel dicat hanc orationem, Præſta, quæſumus Domine, huic famulo tuo dignum pœnitentiæ fructum, ut eccleſiæ tuæ ſanctæ (à cuius integritate deuiauerat peccando) admiſſorum ueniam conſequendo, reddatur innoxius, per Dominum noſtrum, &c. hoc habetur xj. quæſt. 3. cum aliquis. Poſtea dicat: Auctoritate Dei omnipotentis, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & eccleſię ſanctæ ſuæ, & noſtra abſoluimus te à tali ſententia, & reſtituimus te communicationi & participationi eccleſiæ, & omniũ fidelium & eccleſiaſticis ſacramentis. Et, ſecundum dominum
k meum, [k] reprobatur abuſus ſimplicium presbyterorum dicentium in tali caſu, Abſolutionem & remiſſionem excommunicationum & omnium peccatorum, &c. debent enim dicere, Abſoluimus: arg. pro eo extra de ſentent. excommunicat. à nobis. prope princip. ibi, præce. poſtmodum abſoluere, &c. Veruntamen iudices non ſequuntur hodie hanc formam, ſed recepto iuramento dicunt: Ego abſoluo te auctoritate Dei omnipotentis & ſanctorum Petri & Pauli apoſtolorum, & auctoritate mihi commiſſa, à tali excommunicatione. Et certe talis abſolutio ualet, & tenet, & hac utimur. Nam & ſi ſimpliciter dicero, Noueris te excommunicatum, excommunicatus es: & ſi ſimpliciter dixero, Te noueris abſolutum, abſolutus es: argument. extra de ſentent. excommunica. capitul. penult. extra de re iudic. ca. 1. Et communiter tenent Doctores, quod ſi ualet iniuſta excommunicatio, ſic & iniuſta abſolutio: quæ plenius proſequere in Summa do. mei. de ſentent. excommunicat. §. & qualiter hæc abſolutio. ſub §. tertium. uerſicu. qualiter proferatur. & in prædict. capitu. à nobis. §. abſolutionis. & ſupra de citatio. §. iam de
36 citatione. in fin. ¶† Abſolutio quoque à ſuſpenſione hominis fit cum iuramenti præſtatione, ut extra eodem capi. uenerabili. Et nota, quod ubi à pluribus & ſolenniter quis excommunicatur, tunc etiam à pluribus & ſolenniter debet abſolui, argument. in prædict. cap. cum aliquis. & ea. q. debent. & ff. de regul. iur. nihil tam. extra eod. capit. 1. Item ſcias, quod licet iudices, qui non ſunt presbyteri, & eorum ſuperiores, poſſint abſoluere a ſententiis, quas ipſi proferunt, tamẽ a ſe abſolutos debent mittere reconciliandos per ſacerdotes. Secundum do. meum, ut extra de ſentent. excõ. canonica. quod dic, ſecundum eum, ut in Sũma eodem titulo. §. quis poſſit abſoluere. ſub §. ſed quis abſoluet. & eodem titulo. cum illorum. idem etiam uidetur Innocenti. IIII. dicere extra de conſuetud. quanto. Et hoc ſeruamus, li-
37 cet aliqui hoc non ſeruent. ¶† Sed pone: iudex delegatus cauſam alicui ſubdelegauit, diffinit iua ſibi reſeruata: qui ſubdelegatus partem excommunicauit, & poſt ſe ad partes remotas tranſtulit: quæritur, an delegatus poſſit illum abſoluere? & uidetur, quod non: imo excommunicatus eſt ad excommunicatorem remittendus, extra de offici. ordin. ad reprimendam. & de ſentent. excommunicat capitul. per tuas. Dic contra: reuocat enim ad ſe cauſam: quod ei licet, ut ff. de iudic. iudicium ſoluitur, quo facto, eum abſoluet: ſicut & ſubdelegatus eum abſoluiſſet, ſi fuiſſet ab eo petitum. extra de uerborum ſign. ex parte. ſecun-

ADDITIONES.

a Statuimus. ¶ lib. 6.
b Conſtitutionem. ¶ lib. 6
c Prælato. ¶ Epiſcopo ſcilicet.
d Pontificali. ¶ Quæ hodie habetur de officio delegati, c. ii. lib. vj. de epiſcopo loquitur.
e Sacris. ¶ Hunc articulum pleniſſime ibi ſcripſi in ult. gl.
f FORMA. ¶ Aegid. fuit totus iſte uer.
g Tenore. ¶ Vbi idem no, in j. gl. & extra quod metus cauſa, c. primo, in 4. gl
h kyrie. ¶ Secundum deriuatores ſunt duæ partes, & non dictio compoſita. kyrie, per unum r, idem eſt quod Domine: Eleiſon, id eſt Miſerere. kyrie per duplex rr, idem. quod porcus ſecundum eos.
i Do. meum, ¶ In ſumma de ſententia excommunicationis, §. pen. uer. tertium eſt. j. alleg.
k Domi. meum, ¶ vbi ſupra.

secundum P.[a] Quod uerum est, nisi simpliciter, uel totaliter illi commiserit uices suas, quia tunc re non existente integra, causam ad se non poterit reuocare, extra de offic. deleg. uenerabili. & c. super quæstionum. §. si uero. in prin. Vnde tunc debet ad delegantem primum recursus haberi, ut in eod. ca. & extra de concess. præben. quia diuersitatem. de offic. ordin. pastoralis. §. præterea. ¶† Quid si Papa confirmat sententiam excommunicationis latam per aliquem iudicem, nunquid idem iudex poterit postea absoluere ab illa? quæstio est venerealis: & soluitur, quod
b sic, extr. de institit. c. 3.[b] idem no. Goffre. in Summa de confir. uti. uel inuti. & Vin. extra de confir. utili, c. j. Et not. quod sententia interdicti lata generaliter in ciuitatẽ, uel castrum, uel alium quẽlibet locum, non potest ad cautelam relaxari, ut in const. Grego.
c de senten. excom. præsenti[c]. & ibi dicemus, quæ sit ratio huius iu-
d ris[d]. ¶† Quid si scribatur alicui, quod si inuenerit in P. sententiã
39 excommunicationis post appellationem latam, ipsam denunciet
e nullam esse? Respon. no. Inno. ext. de sent. excom. solet[e]. quod talis non potest absoluere ad cautelam. in obtinenda autem absolutione ad cautelam præstatur iuramentum: & hoc, quando dubium est, an sententia teneat, uel non, ut extra, de sen. excom. venerabili. secus, quando quis absoluitur à minori excommunicatione, ut eo. tit. nuper. §. fin. & uide j. in tractatu libel. in tit. de
40 sent. excom. ¶† Illud quoque notandum est, quod hi, qui debent tantum per sedem apostolicam absolui, possunt per alios in necessitate absolui, ut 17. q. 4 c. si quis suadente. & 26. q. 6. hi, qui puta per episcopum, uel presbyterum, ut eo. titu. nuper. § fin. & not. eo. tit. de cætero. Necessitas autem est imminente mortis articulo, uel infirmitate, uel inimicitia, uel inopia, uel puerili, uel senili ætate, uel fragilitate sexus, uel alia corporis imporentia uel quolibet alio canonico impedimento: puta, quia non sunt sui iuris, uel sunt nimium debiles, & delicati, uel serui, uel est officialis episcopi, uel alius officialis, qui turbam arcendo excommunicationem incurrit, uel qui sunt membris destituti, uel ualetudinarii
f uel est difficultas aliqua: debet tunc eis[f] iniungi, ut resumptis uiribus ad sedem apost. uel eius legatum accedant, eius beneplacito parituri. hæc probãtur per ordinẽ ext. de sen. exc. q̃nis. & c. de cætero. & c. mulieres. & c relatũ. & c. si uero j. & c. ea noscitur. & c. nuper. in fi. & si forte per alium fuerant excommunicati, iniungetur eis, quod parebunt excommunicatoris mandato, ut ca. nu-
41 per. §. fin. ¶† Quid si mulier robusta & fortis sit? Respon idem iuris est propter sexus fragilitatem, ut in ca. mulieres. Quid de filiofamilias, nunquid est ad curiam pro absolutione mittendus? & videtur, quod non, quia non est sui iuris, ut in præd. ca. mulie-
g res §. Sed dic cõtra: nec etiam iussus patris ab excommunicatione excusat, xj. q. iij. si dominus ff. de actio. & oblig. si seruus. Arg. tamen contra, quod excusat ff. de his, qui not. infa. liberorum. in fi. ff. ad leg. Aqui. liber homo. ii. ff. quod vi, aut clam. is qui in puh teum. § si tutoris. 86. dist. an putatis[h]. ¶† Quid si ipse episcopus manus mittit in clericum & episcopus est senex, & debilis, & impeditus? Dic, quod per metropolitanum poterit absolui qui est eius ordinarius: uel sede metropolitica uacante, per capitulum ipsius ecclesiæ, extra de maior. & obed. cum olim. Quid si episcopus non uult absoluere in casu, in quo sibi præmittitur? Respond si negligens est, hoc archiepiscopus faciat, extra. de præscript. cum ex officij. secus, si sit excommunicatus, ut extr de sup. neg. præ. Romana. lib. 6. Sed quid si episcopus absens est ex iusta causa, sed non negligens? dic, quod archiepiscopus non potest absoluere iudicem alterius. nam episcopus potest hoc com-
4 mittere suo uicario, extra de offici. ordin. capitu. fin. ¶† Sed cum claustrales se in claustro adinuicem leuiter verberantes absoluendi sint per abbates, uel priores suos, ut ext. eodem. monachi. & c. cum illorum. quid erit, si abbas uerberauit monachum? dic,
i quod per episcopum absoluetur, argument. eodem titu. de monialibus[i]. Quid si abbas percutit abbatem, uel monachum alterius diœceis? Respon. conueniant ambo episcopi, & absoluant ut in c. cum illorum. Sed quid si monachi non claustrales, uel extra claustrum se uerberant atrociter? Respon. dici potest, quod propter scandalum sint ad apostolicam sedem mittendi, sicut & quando uerberant clericum secularem, ut in præd. ca. cum illo-
44 rum ibi, nisi eorũ excessus extiterit difficilis & enormis. ¶† Quid si Prior, & magister, seu maior ordinis hospitaliorum excommunicatus est, quod forte excessit in uerberando fratrem aliquem? Dicunt quidam, quod per episcopum loci, in quo deliquid, absoluetur: alij quod per Priorem ordinis illius, qui quo ad hoc, ma
k ior est. ut extr. c. canonica ubi de hoc, secundum Vincen.[k] ¶ Absolutione autem obtenta ab excommunicatione propter contumaciam, consulo, quod hoc facias scribi in actis: unde facias confici publicum instrumentum. nam qui semel fuit cõtumax alias excommunicatus, & à publice denunciatus, semper præsumitur excommunicatus, & à quolibet actu legitime repellitur, nisi se habuit absolutum, vt extra. de elect. & ele. potest. uenerabi-
et enim. & in præ. cap. cum desideres. & extr. de cleri. exc. proposuit. prope fi. ubi de. hoc. Argumentum contra extra de scru. in or. fa. cap. j. ubi de hoc[l]: cuius instrumenti forma talis erit.

m ¶ FORMA[m]. Anno, mense, die, & loco talibus, in presentia mei notarii, & testium infra scriptorum, R. de tali loco se coram tali domino, delegato tali, uel tali ordinario præsentauit, deposcens ab eo humiliter, & deuote se ab excommunicatione in eum per ipsum iudicem ex tali causa lata, absolui, offerens cautionem de iudicio sisti, & asserens se paratum parti aduersæ congrue satisfacere de expensis. Idem uero dominus iudex, recepto prius ab eo iuramento, secundum formam iuris de parendo mandatis ecclesiæ, seu excommunicatoris, ac exhibita satisfactione congrua expensarum, ei munus absolutionis impendit, & eum a prædicta excommunicationis sententia denunciauit penitus absolutum. Et ego talis, tali auctoritate notarius, prædictis interfui, &c. Quo facto, petat literas, ut denuncietur absolutus, ubi & fuerat nunciatus excommunicatus: quæ erunt continentiæ talis.

¶ FORMA. Talis tali salutem in domino. Cum talis parochianus uester, quem suis meritis exigentibus, ad mandatum nostrum excommunicatum pridie publice nunciastis, ad sinum sanctæ matris ecclesiæ humiliter & deuote redierit, & prestita cautione, secundum iuris formam, restitutis expensis, à nobis absolutionis beneficium obtinuerit, discretionem uestram monemus & hortamur & nihilominus auctoritate, qua fungimur in hac parte, uobis precipiendo mandamus, quatenus eum in ecclesia uestra à sententia qua tenebatur adstrictus, absolutum publice pronuncietis: argument. extr. de pur. can. inter solicitudi-
4 snes. versic. In pœnam. & xj. quæst. iii. c. curæ. & ca. debent. ¶† Sed pone: aliquis pluribus de causis excommunicatus, absoluitur apud sedem apostolicam: Pœnitentiarius illum remittit ordinario absolutum, nulla expressa causa excommunicationis, à qua illũ absoluerit quæritur an debeat pro absoluto haberi? Resic, extra, de consang. & affinit. quia circa. quia non presumitur iste tacuisse, & immemor propriæ salutis esse, j. que. vij. c. sancimus. quæ est C. ad leg. Iul. repetun. l. fi. Nam & delegatus simpliciter uices suas committendo, uidetur in totum commisisse, extr. de offi. deleg. venerabili. l. distinct. c. j. in fi. Et tutor non expressa causa, in qua detur, in omnibus causis pupilli intelligitur esse datus, ff. de tutelis. l iii. in fin in beneficiis enim larga debet interpretatio fieri, ut ext. de don. cum dilectus. Argumentum tamen cõtra, ut potius præsumi debeat excommunicatus in his, quę not. extra de scrut. in ord. fac. ca. 1. Item contra, extra, de sent. excom.
n cum pro causa[n].
46 ¶† POSTREMO uidendũ occurrit, qualiter sentẽtiæ super dis-
o pensationibus formentur. Et nota[o], quod multis modis fit dispensatio, scilicet dissimulando, 74. dist. ubi ista ext. de cogna. spirit. super eo ibi dissimulare poteris, &c de cõsan. & affinitate qa circa. & ext. de restitu. spol. cap. literas. §. opinioni. Item monendo, 27. quæst j. ca. si homo. ext. de offi leg. cap. nisi. Item remittendo, ext. de offi. ordin. ad reprimendam. Item castigando, 14. q. 6. cap. 1.

ADDITIONES.

a Secundum P. ¶ In decretali, super quæstionum. §. porro. ut ibi scripsi super verb. reseruat.

b C. iij. ¶ Ibi no. contrarium in ult. gl. & illud verum in sententia hominis confirmata per Papam: quod hic dicitur, procedit in sententia constitutionis confirmatæ per dom. Papam, vt scripsi per prælegatam glossam.

c Præsenti. ¶ lib. vj.

d Iuris. ¶ Et ibi no. in j. glo.

e Solet. ¶ Ibi post gl. plene tractat per modum Summæ materiam absolutionis ad cautelam.

f Tunc eis. ¶ Dicit decretalis, quamuis. qui temporali impedimẽto laborant exceptis pueris & senibus: vide, quod scripsi eodem titu. de his, quæ autor per errorem omisit.

g Mulieres. ¶ Et hoc ibi tenet Hostiensis: tu distingue ut ibi dixi super prima gloss.

h Putatis. ¶ Ibi soluitur, de reg. iuris, quod quis. lib. 6. & plenius in præd. l. liber homo. ii. ff. ad leg. Aquil.

i De monialibus. ¶ Decr. eodem titul. uniuersitatis. in fine, aperte dicit contrarium: & omnino vide, quod ibi scripsi in gl. pen.

K Vincen. ¶ Vide, quod ibi scripsi in j. gl.

l De hoc. ¶ Et vide, quod not. extra de electione. si forte. libr. 6. in gloss. qui etiam.

m FORMA. ¶ Ista & sequens fuerunt Aegidii eodem titu. ca. secundo, & sequenti.

n Pro causa. ¶ miror, quod non allegauit decretalem, quæ magis proprie respicit causam istam, scilicet de officio iudicis ordinarii, ex parte. & dic ubi ibi.

o Et no. ¶ Secundum Ioan. de Deo, cuius fuit hoc principium, & tractatus, qui sequitur in ti. Dispensationum, ad fi. quem uocat Summulam super formandis sententiis.

cap.j Item instituendo,ext.de fil presby.c.ueniens.17.q 4.§.qui autem.item tacendo,ext.de præben.cum iam dudum.in fi 86.d. c.tanta.Item ordinando ipso facto,ut no.lj.di c.qui in aliquo.& ſ.de legato,§.qualiter.uersi.dicunt autem.Item permittendo,ut eodem tit.§.genera.uer.præmissa.Item tolerando,ut ext.de præben.cum iam dudum.in fine,extr.de spon.preterea.In his autem casibus & similibus non est opus facto,nec est necessaria sententiæ prolatio.Cum agitur in contentiosa iurisdictione,scilicet in forma iudicii,tunc opus est facto,& necessaria est sententię formatio:ideoque de hoc aliqua perstringamus.In quib.autem casibus possit dispensari,& per quem,& quid iuris sit de dispensationibus,dixi plene ſ.de legato.§.præmissus.& §. seq. & in glossa ineo posita,ext.de iudic.at si clerici & in aureo Repertorio sub
a titulo de pœnis,in rubrica de dispẽsatio.[a]¶†Si igitur aliquis fuerit conuictus de aliquo crimine,in quo possit dispensari secundum formam iuris,dicetur sic:
b ¶FORMA Dispensationis[b].Licet te in tali facto culpabilem inuenerimus,propter quod secundum iuris rigorem merueras ab officio & beneficio remoueri:tamen,quia defectus nostri temporis,quibus non solum merita,sed etiam corpora defecerunt,antiquam non patiẽ canonum manere cẽsuram,& quia maluimus de misericordia rõem reddere,quam de seueritate,idcirco uitã tuam plenius agnoscentes,& meliora & uiciniora saluti de cætero uerisimiliter expectãtes,de misericordia,quæ superexaltat iudicium hanc pœnam tibi dispensatiue duximus relaxandam:in cuius rei testimonium has nostri literas sigilli,impressione munitas tibi concedimus,quibus te defendere ualeas à iaculis æmulorũ.Data.&c.hęc forma probatur 34.di.c.fraternitatis.26.q.ul.al ligant.86.dist.nõ satis.uer.melius.ext.de sim.ex diligenti,ext. de
48 elect.quod sicut.¶†Quod si is,cui hoc conceditur,velit in magnis criminibus in casu concesso cum aliquo dispensare,ut ad statum pristinum reducatur,sic dicet:
c ¶FORMA[c] Ego te in integrum restituo natalibus tuis,& iuribus oĩbus,atque pristinæ famæ,ff.de senten.pas.& restitu.l,j,&ij. C.eo.l.j.& ij.& ij.q.iii.§ notandum.in fi j.uer.porro.Quibus autem modis infamia irrogetur,dixi ſ.eodem tit §.species.uer. &
49 ad huius.¶†Item nota,q̃ Papa potest,quo ad ius ciuile,infamiã irrogare,ut extr. de hęreti,si aduersus.& c. excommunicatus §. credentes.nam & tollere ipsam potest,quicquid dicat Gratianus ij.quæst.iii §.hinc colligitur.illud enim intelligitur de infamia facti.Et episcopus etiam in illis casibus,in quibus potest dispensare,ut ibi no.Sed uidetur,quod quilibet iudex ecclesiasticus idem possit:qd dic, vt j̃.de in integrũ restitu.§.uidendum.uersicul.itẽ
50 iudex.¶†Si autem episcopus velit dispensare cum eo,qui ignoranter habuit beneficium per simoniam ab alio commissam, sic dicat:
supra metam debiti, utile per inutile non vitiatur, vt no. C. de re iu. l. 2. & ideo illa clausula, saluo, quòd si esset vltra formam, reducimus ad formam, &c. non videtur valere, quia licet sit vnum capitulum, tamen diuidi potest. Docto. dicunt contrarium: quia indiuisibilis est sententia, ff. famil. erciscu. l. in hoc iudicio. sed ibi erat defectus modi & rei, quia non erat iudex functus officio suo, ff. de arbitr. l. quid tamen. hic vero erat excessus: & plus continet minus. & videtur casus ff. de arbit. l. diem proferre. §. si plures. Sed alia ratione non videtur valere dicta clausula: quia est incerta & conditionalis, sed respectiue certificatur per acta, C. de sen. l. cum iudex Sed tertia ratio, quare non valet, est, quia continet repugnantiam, ff. de reg. iur. l. vbi repugnantia. & hoc sentit gloss. C. commu. vel epist. l. 3. secus in adiuncto cõpassibili, ff. famil. erciscun. l. itẽ Labeo. §. j. Bald. vide infra. de appellatio. §. ex forma. Bal. ¶ Pone, q̃ post sniam opponit exceptio permissa opponi: iudex statuit terminũ ad probandũ, testes non deposuerũt intra terminum quẽrit an sufficiat intra terminũ iurasse? Vi, q̃ sic, nã & sine articulis potuerunt testes examinari super exceptionibus. Item depositio retrotrahitur, vt no. in c. j. de offi. deleg. in Cle. SOL. sufficit, si vult eos examinari super exceptionibus. sed si vult producere articulos, videtur, quòd non possit, ff. de iureiur. l. admonendi. in verbo, quibus solis. Sed contra dico: quia articuli sunt declaratio exceptionis, & ideo etiam postea produci possent argu. ff. de testa. l. hæredes palam. §. j. & hoc in termino iudiciali: secus videtur in legali, extra de exce. c. pia. lib. 6. Nam terminus iudicialis potest prorogari, sed terminus legalis non, vt no. in auth. de exhi. re. §. susceptro. Si tamen pars producens facit quicquid potuit, faciendo grauari & pignorari testes, hoc ei sufficit, etiam si non iurasset intra terminum: & possunt iurare postea, & finguntur recepti intra terminum, arg. C. de inoffic. testam. l. eum qui. & j. contra maiores. & valet absque alia dilatione, secundum Franc. Accur. in quodam suo libello: allegat ad hoc C. de testi. l. si quando. in fin. Tutius est tamen, si noua dilatio petatur. Bald. vide Bartol. ff. de dam. infe. l. damni. §. Sabini. ¶ Sufficit in sententia dicere, Condemno. Item sufficit dicere, Iure petis, iure quẽrelaris, &c. C. de fru. & lit. expen. l. terminato, Bald. ¶ Non debet incipi ab executione, C. de execution. rei iudicat. l. nimis propere. ff. de re iudica. l. si cum nulla. C. de pact. l. si pactꝰ, quo pœnam. & ideo non procedit libellus, peto debitorem meum cogi ad soluendum mihi, nisi petam cum condemnari: quia petitur executio sine sententia, secundum Bartol. Sed tu dic, quòd petendo consequens, videtur petere ante cedens, vt lege, & si non cognitio. C. si contra ius, vel vtil. public. & argum. C. de fideicommis. l. quamuis simpliciter. & ff. de acq hæred. l. illud. ¶ Præterea nomine compulsionis etiam pronunciatio intelligitur, ff. de vent. inspi. l. j. §. ex hac. Nam omnis libellus est tolerandus, si possibile est, vt dicit Innocen. extra de in. c. examinata. Suppletur ergo libellus circa conclusionem: item circa medium, siue narrationẽ, l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau. cred. & facit quod no. j. q. 4. quia præsulatus. in glo. or. Bald, vide Barto. in l. moribus. §. j. ff. de vulg. & pup. ¶ Contra fugitiuum incipitur ab executione, l. ait prætor. §. si debitor est. ff. de his quæ in frau. cred. Item ex pacto, de pig. act. l. 3. item in nunciatione noui operis incipitur à præcepto, ff. de no. ope. nun. l. de pupillo. §. meminisse. Item contra fideiussorem iudicatum solui: quia iste accedit executioni, & ei se submittit. nam licet sententia non sit lata contra eum, tamen patitur executionem. C. de vsur. rei iud. l. fina. in fin. & dic, vt ibi not. Et vna lex ponit singularem rationem, quæ talis est, scilicet: quia contractus factus apud acta, æquiparatur confessioni in iudicio factæ, & mandatur executioni tanquam confessio iudicialis: ita dicit text. ff. de pact. l. tale pactum. §. qui prouocauit. & est noua ratio. Ad idem facit C. de testa. l. omnium. vbi dicitur, quod testamentum factum coram principe, vel apud acta alterius iudicis, habet vim testamenti publici & insinuati: quia fit de actis: siue fiat apud acta, siue ante factũ redigatur in actis. & not. hoc. & hoc verum in eo fideiussore iudicatum solui, qui fideiubet apud acta, contra quem proceditur ex actis: & sic ex liquido & notorio iudici vt iudici. Si autem in contractu ego fideiubeo pro Titio, & promitto pro eo iudicatum soluere, ista fideiussio non est iudicialis, nec est notoria iudici vt iudici: & ideo Titio condemnato, non fiet in me executio, sed ex stipulatu conueniendus sum, quia magis sum fideiussor contractus, quam iudicij. ff. de iureiuran. l. duobus. §. qui iurauit. Et si diceres contrarium, tunc adiecta promissione in tali clausula prędicta de iu. sol. semper esset executio parata in fideiussorem, tam realis, quam personalis, reo condemnato: & esset noua & bona cautela: tamen caue, ne facias poni, quia inusitata generant suspicionem falsitatis in instrumentis: & not. in l. vim. ff. de cond. insti. Bald. ¶ Porro in fideiussorem de iudicio sisti, non fit executio condemnationis, ff. de fideiuss. l. Græce. §. & post litem. Sed bene fit executio in hoc, q̃ sistat, ff. de in ius vo. eum pro quo. sed vsque ad sententiã, non post: quod est notabile. & vide, quod not. ff. de verb. obli. l. continuus. §. cum quis. per Dyn. Item in sequestris, & in habitationibus proceditur interdum extra ordinem, ff. de leg. commis. l. fi. & de offi. procur. Cæs. l. fi. Bal. vide §. e. §. sententia lata in capitalibus. ¶ Qualiter fideiussor acceptus in causa iudicati, patitur paratam executionem: & secus in promissione rei principalis & hypothecaria data hypotheca, no. C. de execu. rei iud. l. 2. ff. de mino. l. minor 25. ann. cui fideicom. Bal. ¶ Nam natura illius accessorij est natura illius satisdationis, ne lites ex litibus oriantur, vt l. terminato. C. de fruct. & lit. exp. ¶ Item nota, q̃ vbi inordinatè proceditur, non valet tenuta, vt d. l. j. & 3. in c. postulasti. de concess. præben. per Inno. Et filiofamilias bonis cõfiscatis non patitur pater executionem: imo occupat peculium filij, tanquã mortui. C. de bo. proscri. l. si filius. Nec obstat, quod no. ff. de nox. & si condemnatus quia ibi sententia fuit ciuiliter lata: vnde pater tenetur ex quasi contractu: secus in criminali, & maxime in sententia confiscationis, ex qua nulla oritur obligatio, ut no. Bar. ff. de dam. infe. l. si finita. §. si qua. & facit C. qui bon. ce. pos. l. pen. & l. 3. §. si filius. ff. quod quisque iur. nec tenetur pater aliquid fisco assignare, vt l. si qua pœna. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. per Guliel. & Cyn. Si vero pater tenetur soluere pro maleficio filij ex forma statuti, tunc aut filius est conuictus: & tenetur pater. aut confessus, & similiter tenetur, nisi pater probet contrarium: ad quod probandum debet admitti pro suo interesse, ut not. l. 2. ff. si ex noxa. causa aga. aut filius est contumax, & non tenetur pater: quia contumacia non facit ius, nisi contra contumacem, ff. de inofficio. testamen. l. qui repudiantis. §. fina. & si statutum non facit mentionem maleficij, sed condemnationis, & condemnationem solui iubet, tunc pater quasi fideiussor iudicatum solui, tenetur etiam de contumacia filij, argumen. ff. de verbo. obligatio. l. cum filius, & ibi Barto. & l. 2. ff. ad municip. cum si. Bald. vide ff. de dam. infect. l. si finita. §. si qua. per Barto. ¶ An bona dotalia possint capi pro debito? quòd possunt, ponitur de bon. dam. l quinque legibus. Quid de parafernalibus? vide C. ne vxor pro ma. l. 2. Bart. ¶ An qui habet tempus quadrimestre, patitur primum & secundum decretum immediate? Glo. innuit, quòd sic: secus, si ex interlocutoria, id est, ante sententiam, sit veniendum ad secundum decretum. cum ibi nulla dilatio præcesserit, vt not. in l. fin. C. de execut. rei iu. Tu dic, semper aliquod spatium dandum, eodem titu. l. ordo. in versi. diu. quod est arbitrarium: & iudex dabit minus tempus ei, qui habuit illam dilationem, quam non habenti. facit. quod not. ff. de constitu. pecu. l. promissor. per G. Et in hoc seruabitur natura illius loci, vt not. in l. fi. C. de iur. do. ¶ Secundum decretum non potest interponi, nisi præcedentibus bannimentis, si quis est, qui velit illam rem emere, &c. vt dicta l. ordo. Et illud est verum, vbi desideratur excussio, an. s. reperiatur emptor: secus in causa nouali, de dam. infect. no, in l. iubere cauere. ff. de iurisd. omn. iud. Et si res non extat, potest fieri executio in æstimatione, licet ad hoc non fit principaliter actum, C. de exec. rei iud. l. si longis. secundum Barto. ¶ An interlocutoria requirat peremptorium? Dic, quòd aut est interlocutoria irreparabilis à diffinitiua: & tunc exigitur peremptorium, quia sortitur naturam diffiniti uę: aut potest reparari per diffinitiuam uel per appellationem a diffinitiua: & tunc sufficit vna citatio, secundum Guid. de Suz. facit C. quomodo & quando iud. l. consentaneum. & vide ibi Barto. & est text. in l. præsenti. §. sanè. C. de his, qui ad eccle. confu. Quòd requiratur peremptorium in interlocutoria, quæ parat præiudicium in principali, vel in proprietate, vel in possessione, not. C. de appel. l. si quis prouocatione. vide §. §. sed an valet præceptum. B. ¶ An opposita exceptione contra executionem sententiæ, iudex possit exequi sine alia pronunciatione de exequendo: Dic, quòd sic, & est vtilis cautela. quia si pronunciaret, exequendum, appellaretur ab ista pronunciatione. sed si exequitur, non potest appellari, nisi excedatur modus, vt not. in d. l. ab executione. Iudex ergo mittet in possessionem, & habet licentiam capiendi. non obstantibus exceptionibus: non autem pronunciabit exequendum: sed exequi mandabit, & exequetur: non autem appellabitur ab executore. Sed certe etiam ipsa pronunciatio est pars executionis, & ideo nec ab ea appellatur, nisi excedatur modus primæ sententiæ: arg. nota. ff. quod metus causa. l. sicum exceptione. §. in hac. secundum Fran. Accur. in quodam libello. Vel dic, quòd si fuerit aliquid probabile obiectũ executioni, tunc possit appellari, tanquam à grauamine, causa specificata: alias non. Bald. vide §. eo. §. vbicunque. & §. an pronunciatio de exequendo. & infra titu. 2. §. non est necesse. ¶ Dicit statutum, quod homicida condemnetur in mille: & si fuerit contumax, condemnetur in quarto pluris: alio statuto cauetur, quod si homicida non soluit pœnam homicidij intra decem dies, decapitetur: modo homicida soluit mille, sed non quartum plus, an decapitabitur? & videtur, quòd sic: nam totum debetur ex contumacia, & est debitum in forma ex contumacia: ergo non debet diuerso nomine, vel iure censeri, argumen. ff. de pact. dot. l. inter. §. cum inter. In contrarium videtur: quia pœna homicidij est signata & taxata in mille: & de ista originali pœna debet intelligi, ff. de petit. hæred. l. item veniunt. §. cum prędiximus. & ff. si certum petat. l. certi condictio. in princip. nam plus est pœna solius contumaciæ, quia pœna non oritur tempore delicti, sed tempore contumaciæ. ff. de in lit. iuran. l. j. & hæc vera, quia ista pœna non recepit aliam pœnam, argumen. C. de vsur. rei iudica. l. fina. & nota. ff. de petition. hæred. l. hæres furiosi. Baldus. ¶ Sententia lata per vnum iudicem, mittitur executioni per alium, qui habeat iurisdictionem in personis. ff. de iudicatio. l. argentarium. §. nomine. facit quod not. ff. de postulat. l. ex ea. Sed si non habet iurisdictionem in personam, sed in res, tunc non potest facere executionem, nisi requisitus per literas primi iudicis, ff. de bonis auctoritate iudi. posi. cum vnus. §. is qui. ff. de iurisdictio. omn. iudic. l. cum quædam puella. & ibi per Cynum in lect. Dicit statutum, quod si condemnatus pro vulnere non soluat condemnationem intra decem dies, quod ei amputetur manus: modo quæritur quando incipit istud decendium? & videtur, quòd post 10. dies: quia tunc dicitur condemnatus proprie. ff. de pig. l. si fundus. §. si plures. In cõtrarium videtur, quòd statim lata sententia: & sic fiat computatio de momento ad momentum, argument. ff. de minoribus. l. 3. §. minor. SOL. Dies sententiæ non computatur, sed à die sententiæ currit, si non est appellatum: si autem est appellatum, tunc a die confirmationis sententiæ, nisi dolo, vel lata culpa esset appellatum, quia tunc appellatio ei non prodest. C. de vsur. rei iudica. l. ij. Sed contra hoc opponitur. nã ex ista sententia ante decem dies non oritur actio: ergo nec ante currit terminus soluendi, argumen. ff. de iure dot. l. tali. SOL. Imo statim oritur actio, reuocabiliter tamen. si appellatur, quòd sic probo: appellatio rescindit pronunciatum, ff. ad Turp. l. j. & fin. tunc dices, quod aut rescindit factum, & hoc est impossibile. l. in bello. §. factæ. ff. de captiuis. aut ius: & sic, ortum erat, secundum Iacob. de Ranen. nam non posset rumpi, nisi esset natum, ff. de iniust. rupt. & irrit. testa. l. nam & si sub conditione. §. rumpendo. & de verbo. obligatio. l. decem. vide, quod not. C. de testi. l. præposteri. vide infra. eodem. §. not. quod in ciuili. ¶ Titius fideiusit iudicatum solui pro Scio accusato. nam in criminali suo nomine conuentus satisdat iudicatum solui: secus in ciuili. nam in criminali, nisi satisdet, debet detineri in carcere publico, vel in palatio, de custo. reo. l. ij. & l. fi quis reum nisi sit mulier, quæ non debet detineri in carcere propter inopiam fideiusoris: quod not. C. de custo. reo. authenti. nouo iure. pone ergo, quod fideiussor est coactus statim soluere: quia in criminali non datur tempus quadrimestre: sed in ciuili sic: quæro ergo, an fideiussor statim exigat reum? nam inter eos ciuilis obligatio versatur, non criminalis. Dic, quod statim iudex maleficiorum poterit hoc facere, argument. C. de sentent. l. cum eorum. C. vbi cau. fiscal. l. cum vendi. & ibi per Iacob. & C. de vsur. rei iudica. l. fina. in fine & ibi plene per Bartol. Bald. ¶ Natura copulæ est, diuidere obligationem condemnationis, vel contractus, in viriles, C. si plu. vna s

tendimus naturam primæ causæ, sed naturam verborum causæ secundæ idest, sententiæ, ut ibi no. & l. j. de condi. & demonst. §. cum fundus. ff. de leg. 2. Banna etiam, quæ fiunt ex parte Potestatis, fiunt magis ad terrorem, quã ad valorem, C. commi. vel epist. l. programma. & uide infra tit. prox. §. bannum generale. ¶ Subscriptiones etiam iudicum non habent vim sententiarum, co. l. penul. tamen hoc vide. ff. de eden. l. si quis ex argentarijs. §. j. per Gul. ¶ Conflictus non dicitur solum in libellis, sed etiam in judicijs, C. eõmi. vel epi. l. fina. Baldus. ¶ Ceruicosa & capitosa præcepta iudicum in mania sunt, & vim sententiæ interlocutoriæ non merentur, C. commi. vel epi. in rubro & nigro, & infra de re iudica. præceptũ. ¶ Pro peccato vnius hominis non debet contrata, vel vniuersitas condemnari, vel puniri, ut no. in authentic. vt nulli iud. §. quoniam. Col. 9. in glos. ordin. siue ille sit certus, siue incertus. Bald. Quod si libellus est iuri contrarius & ineptus, sententia est nulla: vt patet extra de emptio. & venditio. capi. cum dilecti, sed vbi est præter legem, non contra, tunc valet, secundum Bar. ergo confessatio litis super libello inepto valet. nam & sine libello super simplici vera narratione valeret litis contestatio, secundum quosdam: quia tenent, quòd oblatio libelli possit omitti & remitti de consensu partium: vide sup. de offic. iudi. §. si iudex. ¶ Sententia lata super accusatione non continente locum & tempus, valet: nec potest condemnatus eam dicere nullam quia lex dicit, quòd debuit petere se aboleri ante sententiam propter libellum informiter porrectum, ff. de accusa. l. libellorum. §. quòd si libelli. ita not. Gandi. in suo opere in titu. qualiter fiat ipsa accusatio: & sic propter defectum solemnitatis loci & temporis non vitiatur sententia: quod est notatu dignum. Sed videtur, quod sit nulla. quia libellus est ineptus & inutilis, ff. de adult. l. accusaturus. Respond. quòd hæc exceptio non potest opponi post diffinitiuam, sed ante debet opponi. Simile C. de adult. l. quamuis indubitati. Præterea super hoc etiam not. quod procedit libellus per circumstantias non declaratas, ff. de pœn. l. si præses. sed ibi loquitur de circumstantijs, id est de qualitatibus, non autem de solemnitatibus: & sic non facit ad quæstionem nostram. G. Nam additio qualitatis non est de substantia libelli: sed adiectio solemnitatum sic. Sed contra Gandinum facit ff. de interrogatio. actio. l. si filius. la 2. ff. ne quis eum. l. j. §. Offilius. ff. de iureiuran. l. si patronus libertum. & quod ibi Dyn. contra glo. vide supra de accus. §. sed quid si statutum. & infra de libe. conce. §. exceptio inepti libelli. ¶ Iudex formauit inquisitionem superuenit accusator: tandem condemnauit ex inquisitione: modo quæritur, an ista sententia sit nulla, vel annullanda per appellationem, necne? Et videtur, quod sit nulla: quia accusatio rescindit inquisitionem, & remedium ordinarium tollit extraordinarium.

SOL. Dico, quòd non tollit ipso iure. sed oportet, quod pronuncietur non esse procedendum obstante exceptione obiecta per reum, ff. ad Velleian. l. ij. in fin. Sed an poterit appellari ex eo, quòd reus sit grauatus ob hoc ipsum? Quæstio stat in hoc, an inquisitus debuerit silere, vel non: & si iudex habet suspectam conclusionem accusatoris, non debet silere, argument. C. de abol. l. ij. Idem, si fiscus ex hoc patitur præiudicium, vt quia inquisitio est probata. nam si accusator vult paratam probationem, non ad initium nouæ probationis redigere, iudex non debet hoc pati: sed si bona fide agatur, sic, argumen. ff. de iureiuran. l. cum qui. §. in popularibus. Et ad illud argumen. de ordinario & extraordinario respondeo, quod vbi extraordinarium tendit ad coadiuuandum ordinarium, & ad eundem finem, non cessat vnum propter aliud, vt not. ff. de rei vendicatio. l. j. §. per hanc. & hoc quantum ad ordinem: sed quantũ ad processum, debet procedi super vno. Vnde iudex debet hic eligere alteram viam nisi quatenus plus esset in accusatione, quam in inquisitione: quia tunc posset simul prosequi vtrunque, argumen. ff. de actionib. & obligatio. l. qui seruum. ¶ Practicam seruat: quòd si plenior sit accusatio, super eo tantum procedatur, & pronunciabitur, non esse procedendum super inquisitione. Acta tamen publica valent in sequenti iudicio, scilicet si fuerit receptus super crimine: secus si super fama, vt infra eodem. §. penulti. & vide infra de inquisi. §. ex probationibus. argumen. C. de re iudica. l. gesta. sed attestationes non publicatæ in inquisitione receptæ, non valent in accusatione. Item nouæ dilationes dantur: quia est noua instantia. & hoc coram eodem iudice. nam coram diuersis melior est conditio peruenientis: vide infra de inquisi. §. quidam. & §. penulti. & infra eod. §. ex probationibus. ¶ Et an absolutus per inquisitionem possit accusari? dic quòd sic, ab eo, qui prosequitur suam, vel suorum iniuriam, si docet ignorantiam, vel collusionem: alias non. nec iudex debet prosequi suorum iniuriam: quia in causa suorum non posset iudicare, vt not. ff. de iniur. l. lex Cornelia. in princip. ¶ Et in priuatis criminibus non habet locum inquisitio de iure communi: quia iudex non repræsentat personam priuatam offensam, sed publicam: & illud ius est priuatum, non publicum, ideo a persona publica non potest exerceri. de hoc not. Gan. ad practicam in suo opere in titu. qui possunt accusare: & ibi videas. Baldus.

¶ Ad mortem nemo potest ex indicijs condemnari, nec sententia mortis ferri ex indubitatis indicijs, secundum quosdam: vt not. Gand. in titul. de præsumpti. in fin. Aliter sentit Dyn. in l. ij. ff. de excusatio. tutor. Illud tamen certum est, quod tortura fieri potest etiam ex vno indicio, iudubitato, vel multum verisimili, vt not. G. in titul. ex quo tempore possit fama incipere: & locus a communiter accidentibus inducit indicium indubitatum: vt si volo probare aliquam esse meretricem, co quod passim admittebat iuuenes ad se, C. de probatio. l. neque. per Guid. & Iacob. vide Barto. in l. fina. C. de probatio. & infra eodem. §. sententia condemnatoria non potest verificul. in causis. & infra eodem, titul. proxim. §. confessio in tormentis.

¶ Titius fuit confessus se occidisse quendam hominem, cuius nomen ignoratur, & ipsum proiecisse in mare: vnde corpus apparere non potest: quæritur, an ex hoc Titius debeat condemnari? Et videtur, quod non: nam liquere debet de corpore interfecto: alias non potest præsumi factum ab aliquo, si ipsum factum in se est incertum, ff. ad Syllanianum, l. j. §. ibidem. Item ista confessio est multum vaga & incerta, & in genere: ergo non valet, ff. de confess. l. certum. SOL. Si non apparet aliquo modo de mortuo, non debet ferri condemnatio, sed si per famam probaretur mors, licet corpus inspici non posset, vel quia in sepulchro resolutum, vel in flumen proiectum, tunc stabitur confessioni: argument. ad hoc, quia mors potest probari per famam, C. sol. matrim. l. si quidem. & vide Gan. in titulo. qui ad præsumpt. famæ, in titulo, de præsumptio. Bald. ¶ Exceptio banni est exceptio rei iudicatæ, si bannitus potest impune offendi: & ideo impeditur processus, secundum Gandi. in titulo. vtrum procuratio in maleficijs. in vltim. colum. de hoc dic. vt not. C. de accusatio. l. reos. per Cynum. Pendente tempore appellandi bannitus potest impune offendi & non impeditur processus, secundum Gand. in titulo, de bannitis pro maleficio: quòd est falsum: quia interim non debet aliquid innouari: & facit, quod not. ff. de accu. l. ex iudicijorum, per glo. & Dyn. nam si iuxerim moritur, expirat sententia, ac si esset appellatum. unde sententia non potest patrocinari occisori: uide supra eodem, §. sententia, quæ non valet. ¶ Sententia lata ex uno statuto, potest suppleri mediante processu nouo ex alio statuto ratione qualitatis, ut nos, in quæstionibus statutis per Gand. & in l. senatus. de accusa. per Barto. & ita consuluit collegium Perusinum Assisii contra scholares, ex quo consilio hæc ciuitas perdidit Assisium, sed Iacob. Butri. consuluit contrarium. ¶ Sententia lata ex inquisitione formata per Potestatem Perusinum de delicto commisso per subditum extra territorium, quæritur, an valeat? & uidetur, quod non, quia in hoc non est iudex competens, ut non Gand. in suis operis secundum Odof. Sed Cynus distinguit contrarium, quia non proceditur ratione fortiti fori occasione delicti tantum, sed quia subditus, argumen. ff. de decret. ab ordin. fa. l. fin. maxime si inquisitio fiat in casu permisso iure communi. Idem tamen, si a iure municipali: quia inspicitur statutum iudicis in modo procedendi: quia modus procedendi est ad ordinem iudicij, non ad decisionem litis, secundum Barto. & alios in l. cunctos populos. C. de summ. tri. Sed contra hoc est quia possit dubitare est ad diffinituam causa inquisitionis, si habere uel non habere actionem, uel officium iudicis principale. & Ioan. And. in addit. Specul. tenet, quod non procedat inquisitio nia statuti: not. Bald. ¶ Sententia aliquando fertur per legem: & tunc non desiderat causæ cognitionem, sed tantum existentiam terminorum, vt no. ff. de cap. dimi. hamissione. § qui deficiunt. nam lex certa est, ff. de cond. ob cau. l. si pecuniam. §. si seruum. Iudex tamen non debet exequi, nisi causa liquidata, ff. de iure fisci. l. eius, qui delatorem. ¶ Et in legibus & statutis vltima sententia valet: quia potest statutum reuocari, nisi statutum transierit in contractum. Nam tunc distinguitur: aut contractus respicit publicam vtilitatem, & potest reuocari per statuentes: aut priuatam, & tunc non: aut mistam & publicam & priuatam, vt in medico & doctore conducto: & tunc ex causa superuenienti potest reuocari, sed absque causa, non. ff. de decre. ab ord. fa. l. quod semel. per G. & Bar. & in quæst. stat. per Gand. ¶ Si vero transfuerit in sententiam diffinitiuam iudicis, tunc reuocari non potest, C. sent. resc. non pos. l. finali: vide, quod not. C. de testam. auth. hoc inter liberos. ¶ Sententia condemnatoria in criminali non potest ferri, eo quod reus nolit se representare ad tormenta suscipienda, ff. de quæstionibus, l. penultim. Sed tamen debet mulctari ipse & fideiussores sui & pro motu iudicis condemnari de contumacia, non de crimine. ff. de custo. reo. l. si quis. nam in criminali ex contumacia nemo habetur pro confesso. l. j. ff. de requir. re. Bal. & hoc de iure communi. Sed in Italia per statuta terrarum communiter aliter prouidetur: quæ statuta valent, vt l. omnes populi. per Bal. ¶ Sententia condemnatoria non potest ferri ex sola fama, nec in ciuili, nec in criminali: sed ex fama & vno teste de veritate potest ferri in ciuili, sed non in criminali præsertim vbi de hominis salute certatur: quia fama in criminali non est species probationis. nam & fama inducit suspicionem: sed suspicio non probat in criminali, ff. da pœn. l. absentem, & hoc tenent Practici, apud quos ratio experimento confirmat, vt tenet Gand. in titul. qui ad probat. famæ: & Fran. Accur. Et interdum fama veritati probatæ consentit: & tunc confirmat, & præualere facit contrariæ probationi, vt. ff. de testi. l. 3. §. idem diuus. ff. de quæstio. l. de minore. §. tormenta. Interdum certum est, quod dissentit veritati: & tunc falsa fama nil operatur, nisi quia interdum errantem excusat ff. de adu. l. miles. §. pen. ff. de acquir. hæred. l. cum quidam. §. quod dicitur. Nam fama est potius coniectura, quam probatio: & in rebus certis non est coniecturę locus, ff. de verborum. obliga. l. continuus. §. cum ita. ¶ Interdum dubitatur, an fama cum veritate concordet, vel discordet: & tunc pro fama, quæ est apud bonos & graues, præsumitur: tamen illa est præsumptio hominis, & non legis: & ideo non est species probationis, sed dat exordium & materiam inuestigandi & inquirendi veritatem, C. de offic. rect. prouin. l. iustissimos. & sic est efficax ad ordinationem iudicij, non ad decisionem in causis criminalibus. ¶ Fama, quæ etiam alijs coniecturis iuuatur, valet ad tormenta in criminalibus grauibus. Quidam tenent, quod etiam fama non faciat semiplenam probationem: & ideo non probet cum vno teste de veritate: quia sunt duæ species dissimiles, quæ non faciunt vnam speciem perfectam, secundum Oldr. & Barto. in l. 2. §. ætas. ff. de excus. tu. Dyn. & Accur. contra tenent, quia non agitur de inducendo de nouo, sed de probando: & no. Bartol. vide infra de notor. cri. §. item fama, & supra eodem. §. ad mortem.

¶ Illud nota, quod testis, qui super articulo de veritate dixit se nihil scire, intelligitur dixisse, scilicet de veritate, de qua erat interrogatus, argumen. ff. de interroga actio. l. si defensor. §. 1. & non de credulitate, id est fama, de qua non fiebat interrogatio: & ideo postea deponendo super fama, refertur etiam ad articulos non probatos, vt not. Spec. in tit. de no. cri. §. fama. in fi. §. & Gand. in tit. qui ad proba. famæ: quod est not. Bal. ¶ Illud etiam nota, quando refert testis super fama, reddat hanc rationem, quia audiuit publicè dici: & tunc probat fama. nam intelligitur publicè, id est publica fama, arg. ff. de regul. iur. l. quoties idem sermo. secus, si dixit, palam, vel a pluribus, secundum Fran. Accur. ¶ Alij dicunt, quod æquiuocatio testis non probatur, sicut nec dictum æquiuocatum, extra de proba. c. in presentia. Sed hæc dictio est æquiuocata: quia vnus potuit publicè dicere, vt saluaretur dictum testis a uitio falsitatis: ergo non probat. Bal. ¶ Illud etiam nota, quod super fama ad inquirendum receptæ attestationes non valent in iudicio subsequenti: sed denuo testes recipiendi sunt, quia non fuerunt recepti in figura iudicij, sicut no. in simili de bo. pos. l. 3. §. pen. & C. quor. bon. l. 1. & arg. extra de testibus. c. ueniens. lo 2. cum si. uide supra e. §. iudex formauit. ¶ Colonus potest expelli a fisco, cui bona sunt confiscata, nec potest resistere. ff. locati. l. si fundu. B.

ADDITIONES NOVAE.

An sententia & decretum iudicis contineantur appellatione actorum. Bal. in l. supplicare. C. vt lite pend. Bar. in l. in fraudem. §. instrumenta. de iur. fisci.

An sententia lata super appellatione deserta dicatur diffinitiua nec ne interlocutoria. gl. in cle. fi. de appellationibus. Bal. in l. furti. in princ. de his qui no. inf. & ibi dicit quod est interlocutoria.

Nota quod ad hoc vt sententia valeat debet iudex respicere acta & acti acta in causa, vt hic proponendum. §. & si quidem. C. de iud. ibi, acta apud se confecta non enim sufficeret aliquid actum in causa nisi iudex illa acta videret. vt ibi. & ideo iudex in sententia debet dicere, Visis actis & actitatis in causa. dixit Bal. in dicto §. & si quidem. & Bar. in l. 1. §. constat esse ff. de iu. di. & l. fi. de cond. & demon.

An sententia lata super cassatione processus sit interlocutoria vel diffinitiua. Bar. in l. 1. §. fin autem prætor. ff. de postulan. dicit quod est diffinitiua.

An præceptum iudicis sit sententia interlocutoria, non in l. cum clericus. C. de epis. & cler. & l. qualem. de ar. vi.

Nota quod in libello libelli habet vim interlocutoriæ. l. si præses. C. quomodo & quando. Bal.

An sententia lata super exceptione peremptoria dicatur peremptoria vel diffinitiua. Archid. 26. dist. in summa. Io. An. in Clem. fi. de appel.

Quæ dicitur sententia interlocutoria. gl. dicit in cle. 1. de seque. pos. & fruc. & Iodo.

An sententia qua iubentur res restitui, sit diffinitiua vel interlocutoria. gl. in l. qui restituere. in gl. mag. ff. de fer. vend.

An sententia absolutoria ab obseruatione iudicij dicatur diffinitiua vel interlocutoria. Bartol. in l. cum Titia. de re. gl. in fi. de perpe. temp. ac. ff.

Pone q reus ante sententiam offert debitum creditori vt cuitet sententiam, nunquid hoc facere possit. Bar. in l. infamem. de pub. iud. & si reus. ff. de proc.

An iudex possit condemnationem facere sub pœna quæritur quod quotidie fit. & ad hoc. l. 1. de vsur. fisc. vbi dicit Bar. contra illos qui habent condemnationem solui ad x. dies sub pœna quarti plus petitionis. q. dicit quod ista glo. dicit in contrarium. cum rectores ciuitatum hodie quasi vim maiorum iudicum habeant. C. de sent. ex breu. rec. & sic apparet q possint multare, cum tamen non recedant modum. nota tamen quod quod quartum quod dicitur in pœnam non soluentis infra certum numerum non est pœna pœnalis sed pœna mora non soluendi. vt hic. & l. 1. de his qui ad. Bal. de hoc in l. 2. fi. de pub. iud. & per hoc dicendum forsan quod ab imputatione pœnæ: quia cum esset condemnatus ad centum, & si non infra x. dies solueret in amputationem dicis non solui infra x. dies. quæ debuit an deberet sibi amputari per 7 dixi quod non. quia illud non est pœna delicti, sed mora Gui. de Suzar. in l. furti. de his, qui no. infa. pro hanc quæstionem, pone. aliquis condemnatus est in 10. & dictum est q soluat infra 10. dies sub pœna quarti: condemnatus autem appellauit, vel dixit nullam, & postea secundum hoc si soluat condemnatus in duos decem dies: post illam secundam sententiam dicit quod non incidit in pœnam quarti. ff. d. l. furti. & l. 1. de pœnis & quod not. in c. 1. de fugitiu. per Ber. contra fa. l. tutor. ff. de usur. & negotiorum. de appel.

Sententia interlocutoria quæ sit, notat In. in c. constitutus. ex tr. de app. & opinionem In. confirmat Archi. extr. de elect. c. auarit. lib. 6. in uer. confirment, & 2. q. 6. §. diffinitiua. Archi. in c. j. de app. lib. 6. & c. cupientes. de elec. in fi. & abb. in c. quod ad consultationem. de re iudi. & Clem. 1. de sequest. pos. in 2. gl. & Spec. hoc tit.

Nota quod pro sententia præsumitur sine productione actorum. Bal. circa prin. c. 2. de feud. cog. & in c. in præsentia. de renun. in prin. per doct. fac. in Auth. clericus. de epis. & cler.

In auth. interdicimus. C. de epis. & cleri. Bald. dicit. pone, q propter aliquod delictum quis condemnatus est ad perpetuos carceres: tamen iudex in sententia reseruauit sibi quod posset pœnam suo arbitrio minuere, an hoc possit. Bal. ubi supra.

An sententia quæ fertur in confessum dicatur interlocutoria, vel diffinitiua, Bal. in l. non solum. de bo. quæ lib.

An condemnati in arenguis publicis efficiantur infames? fac. q non. l. 1. de mo. mul. & l. 3. §. præterea. de susp. tu. & in auth. de tab. §. si uero. in contrarium fa. gl. in l. si quis ex argen. §. l. de eden. & in l. iudices. de iudi. Ray.

Quid de clausula quam ponunt certi iudices in fine sententiarum quia dicunt: has sententias & condemnationes secundum formam statutorum, cassamus & annullamus, & ad formam statutorum reducimus, an ualeat de iure? Bar. in l. moris. de pœnis. & l. 3. de re iudica. & etiam in l. dicere. ad Turpil. Bal. in l. dicere. de arbit. & in l. fi. de meis. §. ex compromisso. eodem tit. fic dicit ex hoc tex. dic q si iudex dicit, condemno in centum, saluo pluri pauciorive, quod exigitur à forma statutorum, quod non valet: secundū Guili. & nihil operatur cum ex presit, condemno uel absoluo, quicquid dicat Bar. in præses. de pœn. dominus Ang. in l. ait prætor. §. si iudex pronunciat super delicto, videlicet talem commisisse tale delictum, dato q nil de pœna dicat. Bar. in l. 1. ff. ad Turpil.

An sententia lata in ciuili faciat præiudicium in criminali, uel econtra. Bar. in l. 2. §. hoc edicto. vi bo. rap.

Nota quod si condemnatio dicat, sic condemnamus talem syndicum talis villæ, & ipsam villam in centum, quod ipse syndicus videtur condemnatus ad dimidium, & tenebitur, & tenetur etiam ad conferendam aliam dimidiam, tanquam quilibet de uniuersitate. Bal. in aut. causa quę. cum monacho. C. de epis. & cler.

Sententia temporalis temporalem effectum debet producere, item ubi sententia non distinguit nec nos. Bal. allegat ad hoc l. imperator. de postulando. & ibi etiam quærit an in dubio sententia præsumatur perpetua, an temporalis. & dicit aut fertur super delicto, & præsumitur perpetua. l. ser pus. ff. de pœnis. & ibi per Cy. aut ex contumacia, & præsumitur durare ipsa durante. c. ex literis. de consti. Item quærit si aliquis postulat ad consilia non apposito tempore de ipso, & dicit Bas. l. siue præsumptione. de pœnis, Bal. in l. puto. §. 1. de postulan.

An sententia possit legi per alium; Iacob. Butr. in l. hæc consultissima. §. ar. cum humanis. C. de testam. & l. prima. de senten. ex breuic. rec. & docto. ibi.

In l. dicere. de arbi. dicit Bar. quod illud quod communiter dicitur q interlocutoria potest mutari in diffinitiuam. l. quod iussit. de re iud. ego aliter dico, vt dicit hic, videlicet quod illa sententia potest mutari quæ non finiuit iudicium, secus si finiuit. & hoc multum differt à præcedenti dicto. videlicet quod quando iudex pronunciauit se non esse iudicem, uel nō esse procedendum, obstante re iudicata: poterit ne iudex reuocare, respondeo non: quia fuit iudicium. & domin. Angel. limitat illam l. quod iussit. ut ibi not.

An sententia lata his uerbis, pronuncio non fuisse probatum, sit sententia interlocutoria. & dicit quod sic, l. fi. C. de sent. quæ sine cer. quan. Bald. ibi dicit. ideo dicimus eam quia quis simpliciter absolutus est, quod dicitur interlocutoria non diffinitiua, iuxta dictum Cyni dicentis eo casu sententiam absolutoriam latam, quia actor non probatur, non quia reus non debuerit, pitaretamen aduertendum an datæ fuerunt utrique parti dilationes ad probandum, quo casu dicatur de meritis causæ constare, & per consequens sententia diffinitiua censebitur: aut non, vt puta quia forte actor non interfuit, tunc verum sit dictum Cyni, non obst. aut. qui semel. C. quomodo & quando iud. vbi contrahitur heremodicium actore absente: quia dico quod ibi fuerunt post oblationem libelli, & copiam datam parti ad respondendum & pars assumpsit onus probandi. & probauit quod dicitur vt in iuramento finito. eo diffinitiue absoluitur. sed dubitatur an vbi lata est sententia quia non probauit, actoris, possit iterum litem suscitare. & videtur quod sic. cum non sit finis causæ & obligationi imposita, sed instantiæ & processui. modo pone. quod datis dilationibus legitimis vtrique parti feratur sententia absolutoria: certum erit quod erit diffinitiua, an poterit actor interim mouere quæstionem: dic quod non, quia talis absolutoria infert actori non fuisse ius. & sic uidetur lata, quia non debet recipere. non autem quia non probauit. sed hoc videtur mirum. quando enim ita factum nunquam reus assumet in se onus probandi datis actori legitimis dilationibus ad probandum. Respon. q hoc casu reus non facit cautionem sed tantum quando est absens actor dilationibus sibi non datis per dictam aurh. qui semel.

An in sententia sit causa inserenda. gl. in l. 1. ff. si ment. fal. mod. div. & l. qui Romæ. §. duo fratres. de verborum. obligatio. & in l. properandum. §. illo. C. de iudi. gloss. contra in l. fi. ad exhibendum. de excep. rei iud. vbi per Bal. per ea de his qui no. inf. & l. cle. §. fi. ff. de app. dom. Ray. in l. qui testamento. ff. de exer. tut. sed fi dubitetur quæ causa mouit ipsum ad sic pronunciandum, debet recurri ad eum, argum. l. ab execut. in princ. de appella. & debet ei esse suo dicto p. vbi. l. 1. at. C. de fal. l. fi quis de curio. & l. quicunque. de fur. lis tig. Bald. in l. quod ait. §. ignominiæ. de his qui not. infa. dicit quod si sententia potest vno solo modo intelligi, non debet causa inseri. secus si pluribus modis. & hoc euenit in absolutoria, in qua possunt esse plures causæ, vt quia non probatum, vel quia nullam causam habet, & hoc nō tantum ad se, sed an declarationem ipsius. & sic in absolutoria semper debet causa inseri. & sic in condemnatoria quæ potest pluribus modis intelligi. tamen si non exprimatur sententia, valet. & videtur lata in causam leuiorem. l. si præses. de pœnis. & exemplum huius est in sententia remotionis, vt apparet hic. & prædicta locum habent cum iudex imitatur ius commune: sed si vellet addere vel detrahere iuri communi, tunc est exprimenda. l. quid ergo. §. pœna grauior. de his qui no. infam. & in condemnatoria dic, quod si condemnatoria fundatur super libello speciali est certa, etiam absque expressione causæ, si uero super libello generali, tunc est exprimenda, vt dicta leg. si præses. Bald. vide eundem in authentic. hodie, qui dicit quod in interlocutoria est inserenda: alias facit litem suam.

An sententia sola sine causa probata infamet aliquem. Bar. in l. non potest. de fur. & l. ff. de pub. iudi.

An sententia lata ex falsa causa & inhabili teneat, not. in l. si prætor. §. Marcellus. de iud. Bar. in l. fi is ad quem. ff. de acq. hær.

Nota quod in tributis & publicis functionibus proceditur ad sententiam etiam lite non contesta. C. vbi quis decuriali vel cohor. l. hac perpetua.

An vna sententia possit aliam tollere, Ia. Bu. in l. nam & postea. §. si dam natur. de iureiur.

An sententia lata super principali præiudicet in incidenti, not. in l. prima. de ordi. iudi. Inno. etiam de hoc in cap. super spoliatione. de ord. cog. qui sic distinguit, aut est cognitum de incidenti summatim, & non præiudicat. l. prima. de lib. agn. aut plene, & tunc aut sententia super principali nō tenet sine decisione incidentis, & præiudicat vt hic: aut potest procedere sine decisione incidentis, & tunc aut incidens est reprobatum expresse, & præiudicat: aut tacitè, & non præiudicat. l. fin autem. §. fina. de nego. gest. & leg. quod in diem. §. fi ratione. de competen. ita dicit Guid. in dict. leg. prima.

An sententiam nullam possint partes ratam habere, doct. in l. 1. C. qui pro sua iurisd. & l. 2. C. communia utriusque iud.

An sententia lata super incidenti pariat præiudicium super principali. Bar. in l. si iudex. de his qui sunt sui vel alie. iur.

In l. si deliberatè. de or. cog. pone, aliquis egit possessorio & Titium: Titius excipit de dominio quod incontinenti erat paratus probare testibus productis tam super petitorio quam super possessorio: iudex condemnauit reum ad restitutionem possessionis, saluo sibi iure in proprietate: an illud saluo aliquid operetur & videtur quod non: quia super incidenti non est pronunciandum, & si iudex facit non valet, quia factum a iudice, &c. l. factum. de reg. iur. Item iudex non potest facere quin infamia sequatur condemnatum furti. In contrarium fac. l. si quis filio exhæredato. §. irritum. de iniusto testa & l. si pater exhæredato. de bo. lib. & sic poterit Titius [illegible] dominio litigare. maximè cum sit separata causa possessionis & [illegible] tis, l. naturaliter. §. nihil commune. de acq. pos. Dyn.

Pone, iudex statuit terminum hodie partibus ad audiendum sententiã, an iudex debeat expectare vsque ad vltimam horam diei, an possit proferri qualibet parte ipsius diei. Bar. in l. liber homo. de ver. obl. & l. aut qui aliter. quod vi aut clam.

Nota quòd vbi sententia lata contra vnum facit præiudicium alteri, ꝙ ille tertius cui ex dicta sententia fit præiudicium, non est citandus ad sententiam audiendam. de quo gloss. in l. de vnoquoque. de re iud. super ver. communi.

Statuto cauetur ꝙ qui non probauerit accusationem condemnetur in decem: an iudex in eadem sententia poterit absoluere reum & condemnare accusatorem in x. Bal. in l. si talis. de fal. in fi.

An iudex in eadem sententia possit condemnare reum de delicto, & iubere rem restitui, Bartol. ponit in l. inter omnes. §. qui furem. de fur.

Quid si iudex ita dicit, Titium & Gaium vtrunque ipsorum in mille condemno, an quilibet videatur condemnatus in mille, an inter ambos videatur facta condemnatio in mille, not. in l. creditor §. duobus. ff. mandati.

In Spec. de sententia. §. qualiter autem sententia sit promulganda. ver. quid ergo si vnus carnotẽ. &c. fa. ad hoc quod no. Arch. 12. dist. c. illud Bal. in l. si. ff. de iurisdict. omn. iud. in repet. fina.

Quid si vnus in vno libello accusatus est de plurib' delictis, an de quolibet delicto sit attribuenda vna sententia, an pro omnibus vnam summam tantum. Bar. in l. prætor dicit. §. si mihi. ff. de iniur.

Quid si iudex condemnat reum in criminali ad dandum decem nec adiicit cui, no. in l. ita liber. de statulib.

Quid si aliquis habet actionem ad quinquaginta tantum, & ipsa petijt centum, an iudex possit pronunciare de quinquaginta. Bart. in l. si constante. §. si bona. ff. sol. matrimo. & l. 1. C. si adu. rem iu. & c. abbate sane. de re iu. lib. 6.

Pone quòd duo plaustra dederunt sibi adinuicem damnum in tantum culpa bubulcorum: iudex qui cognoscebat de ista quæstione, habita fide & probato de damno, condemnauit vnum plaustrum alteri in tantum: an valeat sententia. de hoc not. in l. 4. §. si alter fundus. ff. finium regun. per Cyn.

An sententia lata super principali, faciat fidem super pœnali iudicio, ac probationem, gloss. ponit in l. qui Romæ §. duo fratres. de verborum. obliga.

Si iudex absoluit reum ab impetitione actoris, quid operetur, vide in c. cum super controuersia. de sent. & re iud. per In.

Nota quòd sententia est formanda secundum verba statuti: & ideo te funda ex verbis statuti vel legis quoties super forma sententiæ aliquid disponitur. Bal. in l. qui se dicit. ff. de iudi.

Sententia diffinitiua potest accipi duobus modis, notat Bar. in l. si cum exceptione. §. in hac. ff. quod me. cau. Bal. in l. si præses. C. quomodo. & quã. Ange. in l. qui restituere. de rei vend.

In l. bonafides. depositi. quæro iudex condemnat in parte, & in parte tacet: an valeat sententia, gloss. in l. apud Celsum. §. item quæritur. de except. do. tenet quòd sic. glo. contra in l. 1. C. si aduer. rem iudi. Bar. in l. si constante. §. si. solu. mat. & l. 2. C. de iudi. Bal. in l. extra territorium. de iur. omn. iudi. Item quid si petij decem, & probaui de xx. an iudex poterit in xx. condemnare? ibi supra. no. & in dict. l. apud. & l. verbum oportebit. de verbor. signifi. & in l. si ex testamento. in fin. de exceptio. rei iud. Innocen. in capit. grauis. de resti. spo. & in dict. l. bona fides. Aut vnum capitulum vertitur in iudicio, aut plura: primo casu super toto pronunciandum est vel condemnando, vel absoluendo in totum, vel condemnando in parte, & absoluendo in parte valet etiam in parte deducta in condemnatione. l. qualem. §. dicere. de arbitr. & l. eos. & l. amplior. & in. de appella. & l. 1. C. de ordi. iu. non debet in parte, &. l. in hoc iudicio. fami. erciscund. & secundum hoc debet intelligi l. præses. de senten. & interlocu. omn. iud. fac. l. titibus. C. de agricol. & censi. sic ergo non debet claudicare pronunciatum l. si cum dies. §. penulti. de arbi. fac. l. prætoriæ. de præto. stipu. dicta. l. in hoc iudicio. & dict. l. qualem. quidam tamen dicunt sententiam talem valere in eo quod condemnatio facta est, & ad residuum agendum pro quibus fa. l. prima. §. si stipulanti. ff. de verborum obligatio. & §. item inutilis. Insti. de inuti. stipu. item pro eis. l. sin autem. §. rationem. ff. de negoc. gest. & l. si in diem. §. primo. & l. prima. de compensa. item dict. l. apud Celsum. sed non obstat. dict. l. prima §. si stipulanti. de verborum obligation. quia illud in contractu qui potest valere pro parte & pro parte non, vt in authen. de non alienan. §. non autem. & Institu. de auct. tuto. §. Item nec dict. l. sin autem. imo concordat: quia ibi erãt duæ quæstiones directæ & contrariæ: vnde valet sententia de directa, & ꝙ de contraria nil fit dictum Item dicta l. apud Celsum. non obsti. si inspiciatur, & secundum hoc non valet sententia quam videtur approbare in dicta l. prima. C. si aduer. rem iu. vt quod in vno permittitur, in alio denegare videtur, vt l. maritus. C. de procur. sed tu dicas propterea absolutionem non videri factam in residuo, & si valeret particularis absolutio, vel condemnatio, ut dicta. l. sin autem. nedum quia ut supra probatum est, non valet in aliquo prius allegata. Nec obstat. dicta l. prima. si aduer. rem iud. quia in parte fuit condemnatus, & in parte absolutus contra quam partem absolutoria restitutio postularetur. Sed quid si pronunciatur in maiore qnantitate quam sit petitum, ut puta petebam 10. & iudex condemnauit in 15. an valeat: uidetur quod sic in quantitate petita, non autem in residuo, argumen. l. fancimus. de donatio. & utile per inutile, &c. l. prima. de uerborum obligation. non obst. l. prima. quia ibi non pronunciatur super toto quod petitum erat, hic autem sic. dicta l. prima. §. si stipulanti. Sed potest dici quòd ut in nihilo ualeat prædi. l. in hoc iudicio. argumen. l. Græce. §. illud. de fideiuss. nam non habet iurisdictionem super eo quod non est petitum, l. ut fundus. com. diuid. aut sunt plura capitula, & tunc aut connexa aut separata. primo casu si pronunciatur super uno, & super alio omittatur, non ualet sententia. dict. l. in hoc iudicio. secundo casu potest dici ualere in eo quod pronunciatum est. l. quædam mulier. fami. erciscun. & l. Carmelia pia. de iure patro. argumen. l. minor. & l. secunda. ff. de mino. §. ex causa. & l. ab exccu. C. quor. lap. non reci. & l. quid tamen. de arbi. nam tot sunt capitula, ut l. pluribus. & sic non potest dici eadem sententia claudicare: quod esse non debet. dicta l. in hoc iudicio. In capitul. uero omisso est procedendum cum in eo non propterea uideatur absolutum quod omissum est. l. si in diem. de compen. secundum Iacob. de Are. & Innocen. in capitul. eum. de senten. & re iud. ubi sic dicit, super aliis in libello contentis nil dicit. unde potest dici quod in aliis intelligitur absolutus, cum non essent specialiter perita, seu super generali petitione quã fecerat, scilicet quia petebat subiectionem ipsius monasterij: concludebatur: sin autem capitula plura singulariter & principaliter petita essent, & super uno ferret hodie, & super alio cras posset, ut l. etiam. ff. de mino. & tandem si nullo tempore is iudex coram quo prædicta petita sunt specialiter nihil dixit, perit instantia iudicij: si autem unam magnam summam peteret, uel unam magnam rem peteret, & in parte condemnaretur, non uidetur nec condemnatus, nec absolutus, l. quidam existimauerunt. si certum peta. Innocen. & Bald. aliquid notauit in l. secunda. C. de re iud.

Pone, quòd actor petit aliquid simpliciter ut sibi debitum, reus autem confitetur debitum, sed sub conditione. iudex autem simpliciter & indefinite pronunciauit illud deberi tan in dubio uideatur illud pronunciatum pro actore ut petebatur, an pro reo, prout excipiebat. Bar. de Sali. l. si post decretum. C. si aduer. lib. ponit per illam l. in dubio pronunciasse pro actore. quod nota.

An sententia possit ferri per uerbum uidetur, & per uerbum credo. Bald. quod sic in leg. cum quis. C. de iur. & fact. ignor. & l. quod tamen §. penultim. & l. diem proferre. §. si plures. de arbit. & l. cum ante. & de dolo.

In l. receptitia. C. de constitu. pecu. Bald. quærit, quid si mercatores habeant statuta quod contra eorum apodixas non possit opponi. nam cum non possit opponi, necesse est solui: sed si est indebitum solutum. repetitur per condictionem indebiti, non obstante sententia, & est ratio quia non obstat sententia quod in primo iudicio non potuit discuti hæc negatiua, an esset debitor necne. igitur quod non est discussum non intelligitur sententialiter terminatum. not. in l. Neratius de condict. inde. & ca. debitores. de iureiur.

An sufficiat quod iudex in sententia pronunciet rem non esse petitoris dato quod non dicat ipsam esse possessoris, ad hoc ut possit agere ipse possessor contra petitorem, qui ipsam rem incepit possidere. no. in l. si quis rẽ a non domino. de excep rei iud.

Quid si iudex dicat, condemno te. imo absoluo, an dicatur condemnatoria uel absolutoria? dic quod absolutoria: quia ultimo uerbo standum est, 16. quæstio. prima. capitul. prædicator. argument quod dicitur in contractibus, l. cum in plures §. locator horrei. ff. loca. & quod no. Cyn. in l. pacta nouissima. C. de pact. de hoc per Bald. in const. C. §. quibus non obstat. dicit ipse si dicatur quod primum uerbum scilicet condemno, traxit secum effectum suum: igitur iudex est functus officio suo: quia Respon. quod non habet locum quando proferuntur contraria in eodem contexu uerborum sicut si in diuersis orationibus per se stantibus, l. 1. C. sent. rescind. non poss.

Pone, iudex pronunciauit, & reum simpliciter absoluit, nec posuit causam, an uideatur absolutus, quia non possidebat, an quia actor non probauit gl. in l. si quis ad exhiben. de excep. rei iud. dicit quod in dubio uidetur absolutus ex causa quæ apparet in actis, & hoc quia sententia refertur ad acta, l. 4. C. de sent. quæ sine cer. quan. Item potest probari per l. non intelligitur §. 1. de iure fisci. Item quæro quid si iudex dicat, absoluo te, quia non possides, & quia actor non probauit. Respondeo obstat exceptio ex proxima causa, quia non probauit. argum. Insti. de nup. §. affinitatis, quia si sunt duæ causæ impedientes nuptias, sufficit quod una sit sufficiens ad impediendum, ut not. in l. si uentri, §. in bonis. de priui. credi. Item nota quod sententia absolutoria quem actor non probauit, parit exceptionem rei iu. reo incipienti de nouo possidere sed si esset pronunciatum rem esse actoris, & reus fuisset absolutus quia non possidebat, tunc incipiente reo de nouo possidere, fiet executio in eum, l. si a te. §. 1. e. tit. Bar. in d. l. si quis ad exhib. de excep. rei iud.

Quid si in sententia dicunt condemno C. uel condemno talem procuratorem C. an credendum sit eos esse præsentes. Inn. in c. cum in iure peritus. de off. deleg. & Compost. in c. bonæ memoriæ. de elec. & ibi etiam quæritur an præsumatur pro sententia. ubi multa dicunt. circa autem istam materiã Iac. de Are. in l. emancipatus. de fi. instr. dicit ex hac l. colligitur ꝙ si sit lata sententia, & opponatur ꝙ lis non sit contestata, sed hoc non possit probari, quia acta sunt perdita, satis probat per ipsam sniam. pro hoc fac. l. acta. de re iudi. nam ibi dicit gl. ꝙ licet per sententiam possint acta circunduci. ergo tenet sententia siue actus. nam iudex debet esse discretus, ut l. 1. de offic. præfe. præto. ut quando est discretus, si præcipit acta post sententiam. pro hoc c. in præsentia. de renunciatio. Canonistę tenẽt quod probari potest de processu. Inn. in c. quoniam contra falsam. de prob. dicit ꝙ si est quæstio de recenti, tunc ostenduntur sic intelligitur cap. quoniam contra falsam: alias non. & sic intelligitur hic. pro hoc quod aliud sit de recenti prob. in authen. hæc constitutio innouat. & ex Ia. de Aretio. fac. Bal. in c. 2. de feudi cogni. Comp. in c. bonæ memoriæ de elect.

Nota ꝙ iudex appellationis debet pronunciare primam sententiam iustam scilicet uel iniustam. de quo per Ia. de Are. in l. creditor. §. cum de sorte. de solutio. & l. eos. de ap. debẽt intelligi uel per æquipollentia uerba. fac ad hoc l. fi. C. quod cum eo. & l. præses. C. de sen. & inter. om. iu.

* An iudex appellationis possit pronunciare sententiam nullam, si ipsam reperit nullam. Bartol. in l. si expressim. de appel. & l. qui dam. fami. erciscun.

Nota quod sententia appellationis dicitur interlocutoria, de quo gl. in Clem. si. in fi. de ap.

Nota quod cum sententia pronunciatur nulla, uel indicium nullum, talis pronunciatio dicitur absolutoria. ut l. non idcirco. §. cum postea. de iud. Bal. ibidem.

Pone imperator condemnat aliquem & filios usque ad tertiam generationem,an naturales comprehendantur. Cyn. in l.legitimos. de interdic. mat. Bar. contra in l.quisquis.ad leg.Iul.maiesta. & tangit in l. ex facto. ad Treb.& not.in c.quibusdam.de pœ.

In l.Lucius tenet.§.qui habebat.ad Treb.paria sunt ab initio relinquere pro parte, vel relictum simpliciter pro parte modificare. h. d. & casus quotidianus est, & fac. ad id quod tota die fit in sententijs condemnatorijs.dicitur enim quando aliquis de pluribus delictis cõdemnatur, Talem condemnamus in tantum.deinde subiungitur videlicet pro tali delicto tãtum,& pro tali delicto tantum, nam perinde est ac si essent plures sententiæ.ar.huius §.& l.ædiles.§.fi.ff.de ædil.edic.

Quidam promisit conseruare iudicem indemnem, si sententia ferretur de iure,an iudex dicatur corruptus? tex.quòd non in l.si quis vxori. §.si fugiti.ff.de fur. Bal.in contrarium.fac.gl.in l.& generaliter.ff.de cal. & l.1.ad l.Cor.de fal.super verbo,ad vocationem.nam licet non incidat in edictum de calumniatoribus,ex eo quia iustam dedit sententiam, tamen incidit in l.Iuliam repetun. quia corruptus est ac si pecuniam accepisset. arg.d.l.& generaliter.in princ.quæ corruptela non est sine suspicione falsi.nec curo si simpliciter dixerit si sententiam ferret de iure,an addiderit secundum me, quia inspicio ipsius iudicis inconstantiam & timiditatem. quæ punienda est.vt alibi dicitur,extra de excess.prælat. ca.inter dilectos.sed potes dicere quod quantum eo casu quo agitur vt sententia iusta feratur. & sic facit q̃ est diffinitiua,an sit iudici data pecunia,& tunc puniatur.l. Iulia repetun. aut solum fit sibi facta promissio conseruationis indemnitatis, & tunc nullo modo teneatur, nisi quia forte posset reprehendi de inconstantia seu timiditate nimia.& est ratio,quia primo casu sibi aliquid est, & verè censet corruptus esse:secundo casu non,sed solum timiditas impioperatur. sed fi iniustam tulisset sententiam,non distinguo inter pecuniæ dationem & promissionem indemnitatis,ar.d.l.& generaliter.& not.quod inter pœnas iudicis dicitur esse dolus,l.lex Iulia repet.ad leg.Iuliam repet.Bal.

Quid si tabellio legit sententiam,& iudex postea dicit, sicut lectum est, ita pronuncio,an perinde valeat ac si ipsam legisset.Bal. in l. hac consultissima.C.qui testa.fa.po.& l.iubemus.eod.t. t. vt ibi facit testator lecto testamento per notarium.& dicit Iac But.ibi quòd sufficit habere assessores.ergo qui per statuta sunt iudices ordinarij,verbum substantiale scilicet condemno uel absoluo,debet legere,& voce proferre per seipsos: secus in interlocutorijs,quia non requiritur de scripto recitatio, fac. quod not. in l. nec quicquam.§. vbi decretum.ff.de off.procon.Bald. in dic. l. hac consultissima.

Statuto cauetur quod condemnati à 30.lib. 5. stent in carceribus malefactorum:condemnati verò ab inde infra stent in carcerib.debitorum:modo quidam erant condemnati pluribus vicibus,ita quòd inter omnes vices condemnatio erat vltra 25.lib.licet in qualibet esset minor quantitas: quæritur quid iuris.Barto.in l.ubi fideiuss.de solutio.& l.si testamento.§.si domino.de condi.insti.& quòd debeant tales condemnati stare in carceribus malefactorum tenet Iaco.de Are.post multa allegata hinc inde.

Sententia condemnatoria lata super aliquo capitulo libelli generalis, vel plurium capitulorum specificatorum non intelligitur absolutoria in cæteris capitulis,In.in c.cum inter.de re iu.qui dicit,quod in libello generali licet dicatur in genere super subiectis,&c.tamen debet probari,& in illis probationibus debet ferri sententia.secus in capitulis specificatis, secũdum eum ibidem.primum est verum mero iure,sed quo ad effectum de æquitate distinguitur,quia aut generalis est prosecutio, aut specialis:si generalis verum dicit Inn.si specialis,aut per errorem, quia prosequens ignorabat habere ius aliud & tunc non nocet.vt l.licet.C.de iud.aut per malitiam causa diuidẽdi vnum processum in plures,& tunc in omnibus nocet, vt l.de rebus.de arbit.ita not.Cy.in dic.l.licet.Item in sententia absolutoria non,quia respicit libellum.de infami.l.j.& l.properandum.de iud. Bal. vel latius clarificando istam materiam dic, quod ubi sunt plura capitula diuisa vel diuersa, iudex super vno hodie & super alio cras poterit ferre sniam.sed si vna est sententia de expensis litis,vt c. auditis.de procu.& c.fi. de do.& con.Inn.dicit q̃ in primo dicto sententia est nulla, quia condemnauit,idem si sententia est nulla in parte,quia in aliqua condemnauit. Idẽ si absoluisset siue fuerit sententia ordinarij siue alterius, vt not. in l.j. C. si aduer.rem iudi.& l.apud Celsum. de except. doli. & l.eos.& l.ampliorem. C.de app.& l.in hoc iudicio,fam.ercis.& l.1.de ordin.iud.cum simil. Sed contra hoc fac.cap.cum tempore.de arbitris.sed solue vt ibi Ber. Inno. & Host.quia hæc habent locum siue capitula principaliter & singulariter petantur in eodem libello.siue petatur vna siue plures res,vt not. dic.gl.in d. l.1.C.si aduer.re iud.ibi dũ dicit, idẽ in pluribus controuersijs, &c. per l. quid tñ.de arbi. & in hoc malè hic dicit Inn.si verò separatim in diuersis, tunc quia separati,quasi plura compromissa,&c.non obst.l.ẽt §.1.de minor. quia non loquitur in causa principali,sed in causa restitutionis in integrũ, vbi non est necesse ab omnibus petere super quo restitutio est indulta, & sententia valebit siue sit confirmans siue non nec obst.l. quædam mulier.ff. famil.ercis.quia ibi loquitur in causa appellationis, vbi licitum est à certo capitulo appellare.nec opus est à tota sententia appellare: vbi sententia est lata super vno capitulo,à quo non est appellatum,valet, licet tota sententia non tangatur.secus in causa principali,vt omnes in parte condemnando & in parte absoluendo secundum quod expedit,vt dicta l.quædam. & l.quid tamen.de arbi.& l.in hoc iudicio.& dic.l. etiam secundum Iac.de Aret.ratio quia sententia debet esse conformis libello, alias est ipso iure nulla.item iudex non potest diminuere libellum,nec pro parte officio suo fungi.Et circa hoc scias quòd triplex est pars,scilicet vniuersalis, integralis,& reciproca.nam si vendico domum, & iudex solummodo iudicat de superficie,& non de solo,ipso iure est nulla: quia non totum integrale, id est, petitum de toto integrali non potest ipse diuidere iudicium iurisdictionis.& officium pronunciandi debet esse indiuiduum & integrale.sicut dicimus de testamento cuius actus est indiuiduus, l. hæredes palam. ff.de testa.testamentum enim diffinia sicut sniа iudicis: pro hoc ff. de admi.tut. l.inter tu.pars verò vniuersalis est triplex pars rei, id est quantitas, pars actionis,id est actionis in actione generali,& pars libelli: & plures in vno capitulo cumulantur actiones.in prima parte sententia ipso iure non valet.vt si peto decem,& iudex condemnat in quinque,vt dic.l.1. C.si aduerum iudi.nisi agamus contra plures in solidum:tunc valet sententia contra quemlibet pro parte: quia licet quo ad singulos sit pro parte, tamen quo ad diuersos est in solidum, vt l.1.C.si plures vna sententia.In secunda parte quando sub vna actione plura capitula comprehenduntur, siue vnum capitulum qualificet aliud, siue non, super toto tamen est pronunciatum, differentia tamen quædam est vbi sunt duo capitula coæqualia siue paria, si libellus fuerit generaliter prosecutus, ipso iure non valet sententia in parte,l.quid tamen.in princ.ff.de arbi.si autem fuerit specialiter prosecutus refert:quia quædam est prosecutio ad litis inchoationem, vt litis contestatio,quædam ad probationem,vt sub sequentia ad litis contestationẽ, si ergo fuerit specialiter contestata,valet sententia,& ipso iure alia capitula super quibus non fuit lis contestata complecti non potest:quia diffinitiua differri non potest super eo,super quo non fuit lis contestata. si autem fuit lis contestata generaliter, sed postea actore patiente declarata super vno capitulo,si quidem sequatur scilicet sententia, tunc specificè fertur in vno capitulo,reseruato tamen iure in alijs,si quod competit, valet tamen sententia.si autem est simpliciter lata,tunc de iuris rigore non admittitur secundum naturam sententiæ,quæ est vt sit indiuidua: & ideo de rigore in omnibus exceptio obest,l.licet.C.de iudi.scilicet de æquitate,quia in non persecuta videtur esse lata sententia à diuersis medijs.Datur replicatio,ni si actor dolo fecerit causa vexandi reum. vt l.de rebus.de arb.& dic.l.licet per Cyn.sed omissio qualitatis circa vnum capitulum non vitiat substantiam,ff.de pœnis.non est tanta vis accidentis,licet dependeat ab ipsa sententia,sed ꝑ fa. quod not. in l.hoc enim.ff.de suspec. tut.In tertia verò parte vbi plures actiones cumulantur in eodem libello, & iudex iudicat de vno tantum,dico quòd plures libelli censentur,& valet sententia ipso iure, vt si quis cumulat petitorium cum possessorio,l.1.C.de appella. & not. pars reciproca,aut est reciproca circa idem iudicium,vt minor indiuisorio,& tunc non valet sententia in parte lata, vt si iudex designat partem vni, & non alteri.ad hoc fac.l.in hoc iudicio.aut sunt iudicia diuersa, vt conuentionis & reconuentionis,& compensationis,& valet sententia lata in alterosed propter iniquitatem iudicis potest appellari,vt l.j.in h.ff. quæ sen. sine ap.ref.& l.quod in diem.§.si rationem.ff.de compen. Bal.de hoc plenè in repertorio quod composuit per alphabetum super verbo sententia fac. Bal.in l.extra territorium.de iurisd.om.iud.

Sententia interlocutoria potest ferri contra absentem, & non per contumaciam c.auditis.de proc.per In.Iac.But.in l.nec quiquã. §.vbi decretum.de of.procon.& leg.& omissum in interlocutoria potest suppleri:secus in diffinitiua,vt ibidem per Inn.

Citatus ad processus non est citandus ad interlocutoriam:secus in diffinitiua,vt in §.vbi decretum.

Nota q̃ iudex potest in plus condemnare quàm sit petitum, si reperiatur plus deberi.gl.in l.verbum oportebit.de verb. sign.& incipit pone &c. quod gl.non approbat.

Si iudex est incertus quando fert sententiam an sit iudex vel esse possit, an valeat eius sententia. Bartol.in l.multum.de condit.& demonstratio. & l.si incertus.de lega.3.& l.fed & si de fua.de acquirend.hæred. Bald.in l.Lucius.C.de fur.

Nota quòd si sententia quæ est nulla propter defectum iurisdictionis pronuncietur fore aliqua, conualescit,vt in capitul.conquestus. de resci. per In.

Nota quòd sententia lata in loco secreto non publico ipso iure non vales.l.si consentaneum.C.de sent.& inter.om.iud.& quid si est lata de nocte glos.in l.more.de fer.& in cap.consuluit.de off.delega. Iacob.Butr.in dic. l.more.& Innocen.in dic.capitul.consuluit.& dicunt quòd valet.licet do. S.gnorolus.in consilijs teneat quòd non valeat,per multa argument. pro & contra.

Nota quòd si in sententia dicatur talem præsentem vel citatum, hoc ꝑsumitur,& si sententia sit scripta in forma actorum,& continet talem fuisse præsentem vel citatum,non est necessaria alia probatio. ita dicit Specin. ti.de sententia.§.vt autem.versic.& nota secundum quosdam. vide quod not.in c.quoniam contra falsam.de prob.per docto.

An præsumatur pro sententia iudicis? In.& Compos.in c. cum in iure peritus.de off.deleg.tenet quòd sic. Host. & alij. in c. quoniam contra falsam.tenet quòd non.Bal.in l.1.C.si aduer.credit.

Quid si iudex existens domi facit citari partes ibi vt ueniant ad audiendam sententiam, & iudex ibi tulit ipsis præsentibus, an valeat sententia, Gui.de Cu.q̃ sic in l.pen.§.fi.de iusti.& iur. item quid si iudex habet certã sedem in palatio,& fert sententiam in sede alterius iudicis sub eodem palatio.Gui.de Suz.ca.l.

An ex sententia transferatur dominium,not.in l.Pomponius.§.si iussu. de acq.pos.& l.non solum.4.si mihi.de vsuc & l.sunt aliæ.de pub. & l.2.C. commu.vtri.iud.& l.sed & si.§.quæri.de reb.eo.per Bar.& l.si mater.§.eadem.& l.exceptio.de excep.rei iud.& insti.de of.iu.§.fi.& l. Iulianus.de cõdi.indeb.Bal.in l.ex hoc iure.de iusti.& iu.& in l.traditionem.de pact. vbi etiam dicit de sent.arbitri.

In c.in nostra.de proc.In.dicit q̃ vbi aliquis agit nec petit aliquid sibi, sed petit à iudice fieri,vt puta testamentum rescindi, vel sententiam, vel alia instrumenta,& similia,tunc sententia lata pro vno prodest omnibus. not.in c.super his.de accu.

Quid si aliquis condemnetur tanquam produxerit falsos testes an ista sententia faciat fidem,& præiudicium de necessitate ipsis testibus: & idem quæritur de notario.si condemnatur de falso instrumento, an hoc noceat domino ad quem pertinet hoc instrumentum. Item an sententia lata pro vno absoluendo prosit socio eiusdem criminis,Bartol.de his ponit in l.denunciasse.ff.de adul.§ quid tamen.

In l.1.C.de iur.& fac.ign.no.q̃ sententia ab excommunicato lata est ipso iure nulla:& hæc exceptio potest opponi in foro seculari.quod intell. in publicè excommunicato:secus si excommunicatio esset occulta de excep.lib.6.in nouella.& l.si arbiter.C.de sent.& interloc.om.iud.

in interpositione decreti. & idem in qualibet auctoritate, vt tuto. vel cur. excommunicatus non potest auctorizare. idem in quolibet officio publico. de his omnibus in dic. c. pia. hoc in publicè excommunicato, vel secus vn de habemus q̃ tabellio occultè depositus tamen conficit instrumenta. notat gl. in auth. de tabel. §. fi. Bal. in dic. l. 1.

In Iusiurandum. §. fi. de iureiur. nota q̃ interlocutoria dicitur esse sententia ab obseruatione iudicij, quantuncunque absorbeat ius partis. Item sententia ex mera contumacia lata, vel ex confessione quantuncunque lata post litem contestatam, dicitur interlocutoria. Bart. in l. Titia. de acc & gl. in l. harum. ff. si seruitus vend.

An sententia lata pro falso procuratore possit haberi rata, not. in l. si mater. §. hoc iure. de excep. rei iud. & l. si tutor. in qui. ca. in inte. rest. non est necesse.

Quid si plures erant iudices, & vnus erat absens, & alij præsentes tulere sententiam, ipso absente, qui postea reuersus vult habere ratam ipsam sententiam, an possit. gloss. quam not. in l. 2. de iure fis. lib. x. videtur dicere quòd non.

Sententię latę sine ordine & causa non est parendum: secus in præceptis quæ non pertinent ad forum causarum, sed ad authoritatem præcipientis. c. ad aures. de temp. ap. & ibi per In. fa. l. Quintus. §. Pomponius. de an. leg. Bal.

An valeat sententia simpliciter lata super re, non expresse de toto vel de parte. gl. in l. Pomp. §. si is. de proc. Bar. in l. legat. de lega. 3. not. in l. si in rem. de rei vend.

Iudex potest suam sententiam defendere, quia sua videtur interesse. Host. in c. cum contingat. de rest.

Statuto cauetur q̃ si sententia non fuerit lata infra sex menses, q̃ instantia perimatur, saluo si per actorem non steterit: modo actor fuit protestatus iudici q̃ deberet ferre sententiam, & per eum non staret, & hoc fecit sibi semel tantum. opponitur sibi q̃ qualibet die iuridica debebat instare, q̃ sententia ferretur: an sufficiat semel fuisse protestatum. Bar. ponit in l. Titia. §. vsuras. de leg. 2.

An sententia lata pro vxore contra virum cõuentum quia vergebat ad inopiam, noce at creditoribus viri, & faciat fidem contra ipsos creditores & an sententia lata contra venditorem noceat emptori: Albri. in Rub. quę res iu. non no. & l. emptor. C. de hære. vel acti. vend. & in repet. l. vbi adhuc. de iure dot. fac. l. fœpe. de re indic.

Nota q̃ duo sunt casus in quibus sententia lata contra absentem non citatum valet, primus in l. 2. §. q̃ de frumentaria. de admi. ter. ad ciu. per. & ratio ibi per Bar. assignatur. secundus in l. ne diu. C. de pœnis.

Qua sententia facit ius, Cynus in l. leges. C. de legibus.

Nota casus in quibus potest ferri sententia incerta, l. non possumus. si pars hære. pe. vide Bar. in l. 2. C. de sent. quæ sine cer. quan. prof. & Bal. in l. C. de iuris & fac. igno.

An nudum præceptum iudicis liget, Bartol. in l. pater. §. Iulianus. de leg. 2.

Qualiter memoria alicuius possit damnari, no. Inst. de hære. qui ab intes. §. per contrarium.

Nota casum in quo sententia non prodest victori, & prodest alteri cuius interest. l. post humus. §. si quis ex his. de inoff. test.

Sententia super iurisdictione respectu territorij lata inter partes, non præiudicat domino territorij. In. in c. conquestus. de fo. com.

Si iudex iudicat vltra suam iurisdictionem, & nihil sit oppositum tenet sententia: nisi sit error expressus. Innocen. in capitul. cum super. de offic. delega.

Nota quòd vbi iudex tulit sententiam quæ ipso iure non tenet, vt contra ius errore expresso, quod non facit litem suam. gloss. in l. 1. ff. de var. & extra. cog.

Nota q̃ sententia per errorem iuris emissa præsente parte præiudicat ita vt non possit contrarium probari, l. 2. §. fin. de iure fis. ff.

In l. sicuti. de arb. not. arg q̃ si aliquid est commissum prioribus vel cancellarijs per statutum uel permissionem uel reformationem, q̃ ille qui absentat se non potest committere vices suas alteri: quia electa est industria: & ita seruatur. Item no. ex l. ista, q̃ si eligantur tres uel quatuor syndicatores, qui debeant syndicare potestatem, & modo duo ex tribus, vel tres ex quatuor uolunt absoluere, alius non vult, nam ad hoc ut absolutio non ualeat, consulitur quod nolens non pronunciet sed taceat, & hoc nisi caueat q̃ stetur maiori parti. & adde quod no. Arch. 2. q. 2. c. iudicibus. & c. si episcopus. Bal. & not. ꝑ. de arbitro.

In l. error. de iur. & fac. igno. si iudex errauit pronunciando aliter quam pronunciare debebat, si errore in sententia expresso, sententia est ipso iure nulla, & si super confessione fundetur. l. non fatetur. de confes. etiam si fundetur super consilio alicuius periti, quia consilium non defendit sententiã ꝑ nullitatem erroris expressi. etiam dico si esset de uoluntate partium lata, & esset nulla. non ob. l. 2. C. commu. utriusl. iud. quia ibi non loquitur in casu erroris expressi: ratio omnium est, quia ius constitutionis non potest mutari pacto priuatorum, l. quod de bonis. §. 1. & l. Seius & Agerius. ad leg. fal. Bald.

An admittatur libellus, dico sententiam nullã, & si qua est appello Bar. plenè in l. si expressim. de app. & gl. in c. abbare sane. de re iu. lib. 6. Iac. Bu. l. 1. C. quan. prouo. non est necesse.

Statuto cauetur, quod contra sententiam non possit opponi aliqua exceptio, ego uolo dicere sententiam non esse sententiam, an possim, not. in l. tribunus. de mili. test. per Bar. & in cle. 1. de sequest pos. & fru. Bal. in l. 2. C. communia utriusl. iud. ubi dicit quod non potest dici nulla ratione incompetentiæ iudicis, postquam est missa executioni de uoluntate partium.

Quo ordine peruenitur ad restitutionem sententię latæ per falsos testes uel falsa instrumenta, Iac. de Are. in l. 1. dom. Macha. de azognidis de Bononia multa & multa dixit in l. 2. C. si ex falsis instru.

Quibus modis subleuetur seu impugnetur sententia, gloss. & Bartol. [illegible]usas. C. de senten. aduer. fiscum. libro 10. & hoc ultra casus nota. per

Nota quod prętextu exceptionis de nouo reperte non debet retractari sententia, Inno. in c. dilectus. de rest.

Cum fertur sententia contra sententiam, de quo per Cyn. & doct. alios in l. j. quan. prou. non est ne. post eorum dicta Ioan. Cal. in c. inter monasterium. de re iudi. sic distinguit secundum Ioan. And. aut secunda sententia fertur tatione alicuius remedij, puta restitutionis, vel appellationis. aut non: primo casu tenet secunda, vt in materia restitutionis vel appellationis. secundo casu, aut sententia erat nulla, aut aliqua: si nulla, secunda tenet: nam non potest dici aliquid fieri contra illud quod nullum est, & per hoc illa prima non præstat impedimentum, ut in regula iur. non præstat. si aliqua, aut istæ ambæ sententiæ possunt censeri ut diuersæ & non ut contrariæ, aut nõ: primo casu utraque ualebit, & intelligentur taliter. ut non dicantur. contrarię & se non impediant. argu. l. quotiens. de reb. dub. & quod solet dici in l. sed & si possessorem. ff. de iureiu. Secundo casu, aut in instantia tractatum est de iurib. primæ, aut non. primo casu tenet. secunda, l. 2. in prin. ff. quæ sent. sine ap. resc. secundo casu aut scienter & dolose fuit hoc omissum per illum qui pro se habuit primam sententiam, aut non dolosè sed ignoranter, uel scienter sine dolo tamen. primo casu tenet secunda sententia, & ita intelligitur dictum c. inter. monasterium, & ita dicit Hosti. & inducit pro se capitulum eum excep. de exce. dum ibi dicitur q̃ est speciale in exceptione excommunicationis. obseruandum est ergo in aliis ius commune. l. ius singulare. de leg. secundo casu non tenet secunda sententia: & ita intelligitur dicta l. dat. Petr. de bellaper. dicit quod quando ignoranter fit omissio, si iudex ignorauit de prima sententia, tunc ualeat secunda: sed si sciuit, non, & pro hoc inducit capit. si duobus. extr. de ap. quod non placet Ioan. An. do. Ioan. Cal. & post ipsum dom. Ioan. de casti. multa ponit in dic. cap. cum inter monasterium.

In l. 1. ff. de iudic. quidam nobilis litigans mecum, metu illato in iudicem, iudex pronunciauit contra me: an sententia sit ipso iure nulla. videtur quod sic, quia metus illatus in iurisdictionem facit actum ipso iure nullum, vt hic. Resp. quod hoc est verum in iurisdictione concedenda secus in concessa exercita, vt no. Inno. in c. innotuit. de eo qui fur. ord. fuit. pro prima parte fac. quod coactio facta ad sic pronunciandum facit sniam ipso iure nullam, cum videatur abesse consensus, l. qualem. ff. de arb. ad hoc Respondetur q̃ aliud in arbitro secus in iudice, quia compulsus ad sic ꝓnunciandum, sententia eius tenet. no. gl. 11. q. 1. c. 4. & ext. de sen. exc. c. 1. à contrario sensu lib. 6. videtur sic dicendum aut quæris an sententia valeat, adeo q̃ non sit necesse appellare, & dic q̃ non valet. ita intelligantur, iura pro ista parte allegata. aut queris an ualeat quo ad alium effectum, & dic q̃ valet, tamẽ obstat exceptio seu replicatio, ar. l. si dolo. ꝑ. de dol. & ita intelligantur alia iura Bal.

* Nota q̃ sententia lata per iudicem laicum contra clericum est nulla. Bal. in l. generaliter. C. de epis. & cle.

An sententia lata super inepto libello sit ipso iure nulla. Bal. in l. ius pluribus. & l. manumissiones. de iusti. & iur.

Pone, appatet sententia lata, sed non apparet ad cuius petitionẽ an ualeat. Bal. in l. 1. C. vt quæ. def. aduo. iu. sup.

An causa falsa allecta in sententia vitiet sententiam. Bal. in l. qui testamento. de excu. tu.

Nota quomodo sententia facit ius inter omnes, no. in l. in omnibus. de lib. agno.

Si sententia est lata super inempto libello & pro actore, q̃ erit officium iudicis appellationis. Bal. in l. 2. C. de rescin. ven.

Nota quod si procurator fuit litem contestatus, & dominus fuit citatus ad audiendam sententiam. Bal in l, procuratoribus. de proc. dicit q̃ sentẽtia est ipso iure nulla. fac. quod no. in l. 1. C. de sen. & interl. om. iud.

An sentẽtia lata super appellatione ab interlocutoria sit diffinitiua uel interlocutoria Bal. in auth. hoc sacramentum. de iuram. cal.

An sententia possit ferri pendente commissione. Bal. in l. litigato. de appellatio.

An processus possit ratificari post sententiam latam. Bald. in l. Iuli. qui satis. coga.

An sentẽtia lata super appellatione interlocutoria sit diffinitiua uel interlocutoria. Bal. in aut. hoc sacramentum. de iuram. cal.

An sententia lata super nullitate sit interlocutoria, an diffinitiua. Bal. in repe. l. tale pactum. §. qui prouocauit. de pact.

Sententia præiudicat illi qui scit suam causam agitari. Inno. in c. sicut. de re iudi.

Sententia lata me præsente cum certa persona possidente rem meam præiudicat mihi quantum ad possessionem tantum. Inno. in c. super. de re iud. & quod no. in c. cum quis. eo. ti.

Sententia non est mandanda executioni contra hæredes defuncti, nisi præmissa citatione. Inn. in c. at qui. alias quia. v. de iudi. Ang. in l. oratione. de fer. vide eundem in c. ex ratione. de ap.

An pars sit citanda ad sententiam ferendam. Bal. in l. si ea, C. qui acc. nõ po. distinguit inter diffinitiuam & interlocutoriam.

Si duo iudices ferant diuersas sententias, quid iuris. Bal. in l. 2. quando prou. non est ne. Ang. in l. duo. de re iud. & de inoffi. test. l. si pars.

Sententia per quam pronunciatur instantiam fore peremptam, est interlocutoria. Bal. in l. fi. C. si tutor vel curator interue.

Sententia qua pronunciatur sententiam fore exequendam vel non, sit diffinitiua vel interlocutoria. Bal. quod est interlocutoria. in l. ab executione. quo. ap. non reci.

Sententia lata dilatione pendente non valet, gl. in l. 1. ff. de feri.

Sententia lata de nocte an teneat. Bal. in l. casus. C. de testa.

Sententia lata nulla dilatione data est nulla Bald. in l. penul. C. si aduer. rem iudi.

An iudex possit declare sententiam suam fac. Bald. in l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de test.

An debeat offerri libellus in causa appellationis. Bal. in aut. hoc sacramentum. de iur. cal.

Præsumitur pars citata ad sententiam si snia transiuit in rem iudicatã.

doc.

doc.in Clem.j.de re iud.super ver.citatio secundum paulum de Leaza.

An iudex in causa ciuili possit possit ponere pœnam in sententia,Ange. in l.debitor.de re iud.& in Spec.de sen.§.j.& c.Raynaldus.de testa.per Io. And in nouel.ad fi.

An sententia lata super possessorio sit diffinitiua vel interlocutoria,Bal. in l post sententiam.de sent.& inter.omn.iud.& de sent. interlocut.Bald. ibidem.

Nota q̃ in sentẽtia interlocutoria debet inseri causa absolutionis: alias iudex facit litem suam.Bal.C.de iud.aut.post iusiuran.

Si petitur simpliciter sententiam pronunciari nullam. an iudex poterit pronunciare de iniquitate.Inn.in c.cum contingit.de of.del.in gl.mag.ibi, vel quid si petitur simpliciter rescindi.

Sententia debet esse conformis libello:quod debet intelligi vt no. Bald. in l.1,C.si plures vna sentẽtia.& l.C.de sen.ex breui.recit.& l.fi.C.de fideic. lib.Bal.& Alb.ibi,& l.1.C.vt in possess.leg.& Bal.in l.2.si seuerior. C. de insa.

Nota q̃ si iudex tollit iustam sententiam per metum,alias non facturus an valeat sententia,Bal.in l.fi.de pœ.iud.qui mal.iud.

Sententia lata pro filiofam.in causa appellationis, si non appareat ipsum fore filium familias,quæritur quid iuris.Bar.in l.fi.§.necessitate. C. de bonis quæ lib.

An sententia interlocutoria possit ferri parte non citata,no. in l.diem p̃ ferre.de arb.& l.de vnoquoque.de re iud.vide Alb.in l.nec quicquam. §. vbi decretum.de of procon.& leg.

An sententia diffinitiua lata præsente reo citato ad instantiam actoris, & ipso actore non præsente,teneat Ang.in d.l.de vnoquoque q̃ sic.

De sententia lata ꝑ eum qui decessit.Alb.in l.pen. quæ sentent.sine app. resc.fac.l.in summa.§.fi.de re iud.& l.de qua re.& l.t..in ex omnibus.de iud. fac.quod no.in c.2.vt lite pen.lib.6.per Arch.& 24.q.2.in summa.& l.nulla.de proc.fa.Bal.in l.vnic.§.in prin.de caduc.tol.& in l.edita.C. de eden. iu repe.

In quibus casibus valet sententia vtraque parte absente lata, & quid in interlocutoria.Ang.in l.si quis libertatẽ.de pet.hæred.

Qualiter res sit exprimenda in libello.Bal.in l.edita.de eden.in quin.q. prin.& non conclusioni libelli.Bal.in l.hac perpetua.de sent.ex breui.recit.

Nota q̃ sententia videtur habere tacitam causam per relationem ad acta,quæ idem operantur quod causa expressa.Bal.in l.ex morte ad l.Aqu. & C.de erro.aduoc.l.j.secundum Cy.

An sententia lata in causa summaria propriè dicatur diffinitiua Ange. in l.imperium.de iurisd.omn.iud. dicit quod non.& l. qui restituere. de rei vend.

Sententia perimens exceptionem peremptoriam an sit diffinitiua. not. in clem.fi.de ap.Bal in l.rei iud.C.commin.prog.vel epist.

An sentẽtia imperatoris vel principis teneat sine citatione partis, Bal. in l.nec causas.de appellatio.

a ¶De Executione sententiæ.[a] Rub.

QVONIAM non sufficit sententiam ferri, nisi & ipsa executioni mandetur,vt extr.de re iudi.cum aliquibus.& proobatur in ipsa rubrica, dum primò dicit de sentẽtia,& postmodum subijcit,De re iudicata, quod executionem respicit,vt ff,de constit.pec.promissor Stichi. §.cõstitutio.ideo postquam de sententia diximus,aliqua de eius executione dicamus,ostendentes quæ sententia sit executioni mandanda,& à quibus:& in quibus rebus: & qualiter: & post quod tempus: qualiter, & quo iure executio petatur: & qualiter impediatur[b],

b

ADDITIONES.

a ¶ Tancredus posuit hanc rubricam post illas suas, de quibus dixi in proxima. ¶ Ioan.de Deo.lib.Iud.parte.j.2.& 3.de hoc tract.Ros.de vtroque. Vber.& Nep.de Monteal.vide 5.rub.Alb.Gal.posuit rubricam de executoribus sententiarum. ¶ Gui.de Suz.ponit 4.rubricas:primo de executione rei iudicatæ:secundo,an detur tunc libellus: tertio, qui exequi possint: quarto,de exceptionibus,quæ executionẽ impediunt.De secundo & quarto vide quod dicam j.de lib.concep.§.nunc dicendum super ver.25. ¶ Vidi dubitari circa duos habentes iurisdictionem causarum criminalium in solidum in certo loco,quorum alter solus habens executionem propter id volebat furcas erigere,an id posset altero resistente? Et fuit terminatum q̃ posset:& maximè per l.fi ita.§.1.ff.de vsu & hab. Non obstat l. Sabinus.ff. cõi diui.& regula,in re cõi,lib.6 quia hic ponitur,q̃ executio nõ erat cõis: ergo eius solius est executio, licet exigeret rei signatæ signũ:facit ff.de offi. præfe.præ.Afri.l.in nomine domini.ibi,sicut ex clausuris,&c. & C.de athle.l.vnica,li.x.ff.ad l.Cor.de fal.l.eos.& de iure annul.aur.per totum: & simile ext.vt lite pendente,c.1.& cle.de priui.c.2 Repellendus est ergo socius,qui nullam iustam habet contradictionis causam,C.de edic. di. Adr. l.fi.Protestari tamen poterit,q̃ per id nullum suo iuri, quod habet in cognoscendo, fiat præiudicium:facit ext.de re iud.suborta.ante fin. & de capel.mo.c.2.ad fi.ad idem ff.de testa.tu.l.idem fiat.de lib.exhib.l.3.§.pe.& de aqua quo.& æst.l.pe.Sed quid si ille non habet ibi solum proprium, vel ad hoc aptum? Videtur.q̃ cogi potest habens locum ad id aptum, ut illũ vendat,cum in executione harum publica & priuata versetur vtilitas. De prima patet,q̃ publicè interest maleficia puniri,de sen.excom. vt famæ.& ibi cum concord.in gl.4.Illius autem est homines terrere.ne illa committant:& sic ante tempus occurrere.C.quando licet.uni.fine iud. se vind.l 1. propter quam causam interdum exacerbantur pœnæ,ff.de pœn. aut facta, in fi. ¶ Quia uero excusationes pœnarum actu transeuntes facilè a memoria decidunt,per industriam est inuentum illas erigi ad pœnarum memoriam,siue terrorem,prout de monumentis dicitur ff.de condi.inst.quidam in fine. Visus etiam fortius imprimit,quam auditus,Inst. de gradi. affin. & de his uide prin.arboris.De secunda patet:quia ad solatium passorum dãna,uel hæredum interemptorum id pertinet:& patet in utraque.ff.de pœn. capitalium.§.famosos.& sunt quasi cuiusdam edicti propositio ad delicta terrenda,ff.de uar.& extraor.crim.l.faccularij.§. sunt quædam. Is autem cui cõpetit dispositio finis,habet disponere, quæ pertinent ad finem,de of. del.c.1.ubi concor.in ul.gl.& ff.de re mil.l.officium regentis. de sent. exc. permittimus.& eodem titulo quoniam.lib.6.Per quod concluditur q̃ deficientis iudicij loco,quo fine alterius incommodo poni possint,poterit habens locum commodum compelli ad uendendum propter publicam utilitatem,de qua.ff.ne quid in loc pub.l.1.§.sunt,qui putant.de reli.& sumpfu.l.si quis sepulchrum.ad Syl.l.lege Cornelia. quemadmodum ser.amit. locus.C.in quibus cau.fer.pro præ.lib.accip.l.2.

¶ ADDE,quod hæc quæstio fuit inter Regem Maioricarum & abbatem Aniuamæ:& super ea consultus Old.respondit,ut eius cons. 161. inci. thema,tale est:cum materia quæstionum inter Regem Maioricarum, &c.uide etiam eius consi.6.inci,quæstio talis duo homines.

b Impediatur.¶ Tria prima membra,& quintũ fuerunt Tan. Hosti. in Sum. de re iud.§.vlt.coniunxit quinque membra.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non est executioni mandanda, vbi appellatio fuerit interposita: & si factum fuerit, appellanti fieri debebit restitutio.*
2 *Appellans à sententia, semper est admittendus, etiam si sine causa illam interponat appellationem.*
3 *Appellatione pendente nil est in iudicio innouandum.*
4 *Sententia excommunicationis secum trahit suam executionem: & vbicunque excommunicato sua deneganda sunt beneficia.*
5 *Prælati sententia tenet, quamdiu toleratur.*
Prælatus potest excommunicatum spoliare beneficijs, quæ sub ipso habet.
6 *Excõmunicato beneficijs spoliato, an, & quo pacto possint clerici, ad quos spectat electio, alium eligere.*

¶ Sententia executioni mandanda quæ sit.

1 1.§.Est autem illa sententia executioni mandanda, quę de iure valet,& tenet, & quæ non est per appellationem,vel restitutionis petitionem suspensa, C.de executione rei iud.l.1.& l.si,vt proponis.& l.fi.ff.de re iud.si cum nulla. C.in integ.rest.postul.ne quid noui fiat,l 1,ff.ad Turpil l.j.§.fi.alioquin differri debet,donec appellationis, vel restitutionis quæstio decidatur,ext.de officio delegati.c. pastoralis.§ preterea & §.fin.Si verò suspensa fuerit per supplicationem, executioni mandabitur,sed victor satisfiabit de eo,quod obtinuerit, restituendo, si contingat priorem sententiam retractari, C. de precib. Imperat. offe auth.quæ supplicatio.Sed & si postulata in integrum restitutione,& obtenta,pendente causa præsumptio sit, quòd malitiosè postulata fuerit,mandabitur executioni sententia sub præmissa cautione,vt ea de in integrũ restitutione,suscitata. †Quod autem dixi,appellatione interposita non esse sententiam executioni mandandam,verum est:& si factum fuerit, possessio restituenda est appellanti:& reuocabitur,quicquid factum est,etiam prius quam de meritis appellationis discutiatur:vt extr. de iure iur.venientes.in fi.& in præ.§.preterea.& extrà de app.dilecti.& in authent.vt nulli iu.circa principium,& 2.q.6.appellatione. Et hoc dicunt quidam verum esse,cùm appellatur à sententia ordinarij,vel etiam delegati,cui commissa est causa sine remotione appellationis,vt in præ.concord.secus si sit causa, appellatione remota,commissa:quia tunc appellatio non impedit executionem sententiæ talis delegati, vt in § præ. vbi quæritur, an commissio obtenta super causa appellationis interpositæ à sententia eius,qui datus erat appellatione remota,impediat sententiæ executionem? Frustra igitur hoc quæritur si eam sola appellatio impediret.In e.§.etiam dicitur quòd eo ipso,quòd Papa causam appellationis committit,renocat iurisdictionem prioris iudicis: vt interim executio sententiæ suspendatur. Ergo à contrario prius quàm fiat commissio, primus iudex potest sua iurisdictione sententiam exequi.ad idem facit eodem titulo,super eo in fi.ibi, nõ illis,sed partibus appellationis remedium est sublatum:hoc est dicere, quòd propter partium appellationes iudex non dimittet sententiam exequi,cum eis fuerit appellatio interdicta.ad idem facit extrà de app.pastoralis. Ideoque non reuocabitur,q̃ post talem appellationem factum erit,donec de appellatione sit cognitum,extrà de dilat.cap. 1 secundum G Na.& P.de Samp. Sed contrà extr.de officio delegati,cum causam,quæ vertitur. & capitu.cum olim.in quibus non fuit remota appellatio, & tamen non retractatur sine causæ cognitione,quod fit post appellationem. Dicit G. N. quòd ibi causa fuerat appellatione remota, com-

commissa: & remotio appellationis operatur, vt non retractetur sine causæ cognitione, quod fit post appellationem. Tu dic, ꝙ remotio appellationis, quo ad hoc, nihil operatur: quod fit post, arg. ext. de off. ord. licet. vbi appellatio recipitur, licet fuerit inhibita, & de app. vt debitus. vbi de hoc. Vnde dicitur, ꝙ aut appellatur à diffinitiua: & tunc statim reuocat, quicquid fit à quocunque iudice appellatione pendente, vt in primis concor. Nec credo, salua prædictorum reuerentia, quòd tunc remotio appellationis quicquam operetur, vt j tit. proximo, §. quibus. propefi. ibi, ego dico. Sed hoc fit ex virtute & beneficio appellationis emissæ. Aut ab interlocutoria: & tunc secus, quia præsumitur ꝙ processu, vt extra de appell. cum in ecclesia. Vnde non reuocatur sine causæ cognitione quod fit post appellationem ab ea interpositam, ut in prædictis contrarijs, & extra de lib. oblat. c. 2. & 3. cum multis similibus. Et est ratio, quia possibile est, ꝙ appellatio sit nulla, vel iniusta, nec admittenda, ut extra de appellationi. cordi. §. ꝙ si appellator. & c. Romana § si verò. & § quod si. & §.

2 si autem [a]. ¶ †Quando autem appellatur à sententia, semper est
2 admittenda appellatio, qualiscunque sit, etiam si sine causa interponatur, vt in præd. ca. Romana. §. cum autem. à contrario sensu. Item quia maius præiudicium fit, si diffinitiua executioni mandetur, quasi post appellationem ab interlocutoria aliquid innouetur. Alij autem aliter dicere consueuerunt super decr. de consti. cum M. in fi. & iunge quod est j. de appel. §. nouissimè. & §. in quibus. versiculo, verum quia. & seq. ¶ † Sed pone [b]: agebam contra te simul petitorio & possessorio: lata est sententia ꝙ
3 me in possessorio, pro te autem in petitorio: appellaui à sententia lata contra me: tu verò non appellasti à sententia contra te lata pro me: vnde peto illam executioni mandari cum in rem transierit iudicatam: tu excipis per decr. de causa pos. & pro. cum dilectus. quòd executio debet in petitorio præualere: ego replico, ꝙ in petitorio non debet executioni mandari, quia appellatione pendente nil est innouandum, extra de ap. dilecto. & de iureiur. venientes. in fi quæritur, quid iuris? Resp. distingue, secundum Odof. quia aut sententia super petitorio fuit lata pro aduersario meo, ideo quia ego non probaui me dominum, per regulam illam, actore non probante, &c. tunc talis sententia non tribuit ius aduersario meo: vnde bene potest sententia super possessorio pro me lata, executioni mandari: quia non sequitur, absolutus est, quia ego non probaui: ergo est sua: quia contrarium potest esse verum: ar. ex. de rescri. olim. prope finem. Aut ideo, quia ille se dominum probauit, quia fortè assumpsit in se onus probandi, licet esset reus, ff. de prob. circa. & tunc non est exequenda: ga ex quo pronunciatum est rem suam esse, per consequens pronũciatum est non esse meam, ff. de procura. Pomponius §. sed & is. vnde obstat mihi exceptio doli: quia peto, qđ restituturus sum, ff. de excep. doli, l. dolo. & in hoc casu sequitur præd. decr. cum dilectus. & prædicta distinctio probatur ff. de iureiu. sed & si possessori. resp. 1. vbi dicitur quòd si detuli iusiurandum alicui, qui iurat rem suam esse, & postea res perueniat ad me, audietur excipiens: si verò iurauit rem meam non esse, & postea res ad me perueniat, non audietur, quia non iurauit suam esse. Sic extra de causa pos. cum ecclesia in fine, vbi canonici obtinuerunt, non solum ex eo quòd clerici non probauerunt plenè suam intentionem, sed quia ipsi fundauerunt intentionem suam de iure com-
4 muni, scilicet electionem regulariter ad canonicos pertinere. ¶ † Item sententia excommunicationis secum trahit suam executionem, & vbique excommunicato sua beneficia denegantur, vt extra de ap. pastoralis. Mandatur tamen quodammodo executioni, quando publicatur, vel etiam aggrauatur: quod dic, vt s. titulo prox. §. vt autem. ver. verum quia. & seq. Item etiam aliæ sententiæ statim quosdam sortiuntur effectus. si enim in eo talis infligitur pœna, quæ adimat libertatem, vlteriusue eius testamentum nõ valet, nec etiam ex testamento capiet, ff. de legat 3. l. 1. §. deportatus. ff. de pœnis, qui vltimo. § quod ad. extr. de hæret. excommu-
5 nicamus. § credentes ¶ † Secus tamen est in his, quæ ratione officij agit: puta si est prælatus, & sententiam fert. tenet enim sententia quamdiu toleratur, 8. q. 4. nonne. 3 q. 7. § tria. prope prin. ext. de cohab. cle. & mu. vestra. 19 dist. serui. ff. de off. prætor. l. Barbarius nisi fortè lata esset in eum sententia depositionis, vel spoliatus esset insignis dignitatis, vt infra de accusa. §. 2 versi. & nota, quòd & sequen. tunc enim sententia à tali prælato lata, non tenet, ff. de his qui not. infa. l. 2. §. igitur. ff. de iudic. cum prætor. Ex quo autem sententia lata est contra aliquem de aliquo crimine, prælatus potest illum spoliare beneficijs, quæ sub ipso habet, eo tamen prius vocato: & super hoc sententia contra eum, tan-
6 quam super notorio, videtur lata. ¶ † Clerici tamen, ad quos spectat electio, non eligent alium sine superioris licentia, vel nisi eo prius amoto per sententiam depositionis, seu perpetuæ amotionis: hoc prosequere, secundum Papam, prout nota. extra de accusatio. qualiter. 2. in gloss. quando igitur. pro-

ADDITIONES.

a §. si autem. ¶ libro 6.
b Sed pone. ¶ Super finem ponitur hic iste ver. qui habebatur s. de pet. & pos. §. j. ver. quid si is. vt ibi dixi.
c Propę finem. ¶ Mihi incipit, 2. q. 7. versi. incipit, credimus tamen.

SVMMARIVM.

1 *Delegati patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum, & aliorum minorum iudicum, & subdelegati à delegatis principis, an possint in possessionem mittere.*
Ordinarius, vel delegatus a principe causam alteri committens, quibus verbis vti debeat.
2 *Delegatus simpliciter, seu totaliter vices suas committens, sententiam exequi non potest, cum nil sibi retinuerit.*
3 *Delegatus a Principe an, & intra quantum tempus possit suam sententiã exequi.*
4 *Iudex secularis an exequi possit sententiam ecclesiasticã.*
5 *Executio multipliciter diuiditur.*
6 *Executor merus an possit bene cognoscere de precum veritate, in quibus ei demandatur executio.*
Mera executio implicitam habet cognitionem.
7 *Appellatio ab executore an impedire possit, quo minus exequatur.*
8 *Executio sententiæ an in totum per appellationem suspendatur.*
9 *Appellans ab executione sententiæ an debeat dicere causam, quare appellat.*
10 *Iudex appellationis si confirmet sententiam a priori iudice latam, cuius erit eam exequi.*
11 *Appellatione facta ab interlocutoria, si iudex appellationis pronunciat male appellatum, remittens appellantem condemnatum ad primum iudicem, quis exequetur hanc condemnationem.*
12 *Sententia doctoris cognitionem causarum habentis, per quem executioni mandabitur.*
13 *Condemnatus in vna prouincia an cogi possit in eadem satisfacere.*
14 *Sententiæ executionem petens a proferente, eius officium dicitur implorare.*
Executor esse desinit, qui partes iudicis interponit.
15 *Iudices in causis criminalibus per quos suas sententias exequi debeant.*
16 *Executor sententiæ dubitans de mandato, non tenetur exequi quod mandatur, donec certus fiat.*

¶ Sententia à quibus possit executioni mandari.

a 2. §. Nunc dicendum est, à quibus mandatur sententia executioni[a]. Et certè à iudicibus ordinarijs, sive ipsi iudicauerint, sive delegati ab eis, sive etiam arbitri compromissarij, si ipsorum arbitrorum sententia confirmata sit expresso partium consensu, vel tacito, sdierum decem lapsu, vbi compromissum non fuit aliqua pœna vallatum. hoc probatur extrà de fo. compet. si quis contra. 2. quæstione 6. quisquis. ff. de re iud. à diuo Pio. respon. 1. & §. sententiam. C. de arb. l. pen. C. de
1 iudic. properandum §. sin autem reus. ¶ † Quoniam delegati patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum & aliorum minorum iudicum, & subdelegati à delegatis principis, in possessionem mittere non possunt, vt ff. de iur. om. iudic. iubere. quare ordinarius delegans, in cuius iurisdictione est res petita, vel alia bona condemnati, debet sententiam executioni mandare, vt extrà de fo. compe. sane si episcopi. & cap. postulasti. C. de præd. mi. si
b prædium. ff. de censibus, forma. secundum Tanc.[b] Io. ramen, & Bar. & alij dicunt, quòd delegatus ab ordinario potest sententiã suam exequi. Innoc. Papa 1111. no extr. de off. ordin. cum ab ecclesiarum. quod quilibet iudex, sive sit ordinarius, sive delegatus à quocunque, sive subdelegatus, potest exequi suam sententiam per iurisdictionem, quam habet. Ipse quoque no ext. de ver. sig. dilecto. quod etiam missionem in possessionem ex primo decreto, & etiam ex secundo, tam in personali, quam in reali actione, potest facere solũ delegatus à principe, vt C. quomodo & quando iud. in aurh. qui semel. & l. consentaneum. j ver. hoc autem. verũ etiam delegatus a quolibet alio. Alij dicunt, quod delegatus ab ordi-

ADDITIONES.

a Executioni. ¶ An delegatus Papæ, qui intra terminum sibi statutum tulit diffinitiuam, illam post terminum exequi possit. scripsi de offi. deleg. de causis. post gloss. in quæst. quis exequitur sententiam latam per iudicem laicum & laicum factum clericum, vel monachum scripsi de oblig. ad rat. cap. vno. super gl. in magna suppletione. ad fi.
ADDE, ꝙ illud, quod ibi scripsi, fuit Oldradi, eius consil. 4.
b Secundum Tancre. ¶ vbi supra post princip.

ordinario, seu ab alio, quàm à principe, decernere & pronuncia re potest de mittendo in possessionem: sed dare possessionē cor poralem non potest, vt in auth. Col. 5. de exhib. & intro. reis. §. si verò etiam quidam. Imò ordinarius delegans ipsam dabit, vt ff. de dam. infe. l. 4. §. duas. extrà de fo. comp. Romana §. contrahen
a tes[a]. de hoc no. ꝛ. de j. & 2. decre. & §. restat. & §. nunc videamus. ꝛ. de iud. dele. §. sequitur. ver. potest etiam. & in prædi c. si quis ꝛ. & de off. deleg. ex literis. & c. significasti. & c. seq. & in præd. cap. quisquis. & 11. q. 1. peruenit. & ff. de re iud. à diuo. Sed, vt sub tu
b to procedatur, consulo [b], quòd ordinarius, vel delegatus à prin cipe, causam alij committens, sic dicat:

¶FORMA. Talē causam, & eius executionem tibi committo:
2 & tūc poterit ille exequi, ex quo sibi fuerit demādatū. ¶ † Quid si delegatus sim pliciter, seu totaliter commisit vices suas? sic ipse non potest exequi, cū sibi nil retinuerit, extrà de off. deleg. ve
c nerabilis. ordinarius autem non vult exequi. Dicit Io. de Deo [c] & hoc casu poterit ipsemet exequi: & si hoc non potest, denun ciet, illud iudici seculari, vt infra eodem §. versic. sed pone 2. ibi,
3 sed illud, &c. ¶†Hoc autem certum est, ꝙ delegatus à principe potest suam sententiam per se, vel per ordinarium, si maluerit, exequi intra annum, vt in præ. c. ex literis. vbi de hoc, & c. signifi casti. & c. seq. & de do. & contu. c. 1. & de off. ord. pastoralis. §. præ terea. & de eo, qui mit. in pos. cau. rei seruā. c. 2. & 3. Potest etiam missum defendere, vt ꝛ. de j. & 2 decr. §. iam de effectu. versic. & nota. Quòd si ordinarius certus est de illius iurisdictione, tenetur ad mandatum eius exequi, etiam si scit eam ꝛ ius litigatoris latā esse, vt eodem titulo, pastoralis §. quia verò. & eodem titulo, si quando. & c. cum te. ff. de iudic. si prætor. Poterit tamen delega to dicere ꝙ læsam habet conscientiam: & rogare, ne ipsam co gat exequi: alioquin appellet, extrà de appella. de priore. & not. extrà de off delega si quando. Si verò dubitat, non tenetur exequi, nisi certus fiat, vt eodem tit. cum in iure. C. de mandat. prin. l. vnica, extra de rescrip. cum contingat. Si autem sciat eam nullam, puta latam à non suo iudice, vel per falsas literas, vel alio mo do, vt dixi ꝛ. titulo proximo. §. fi. tunc eam exequi non tenetur, extrà de crim. fal. super eo. C. si ex fal. instr. l. iudicati. & in præ. l. si prætor. C. de cond. cau. da. l. 2. Sed nunquid mittet in possessio nem rerum, quæ non sunt suæ iurisdictionis? de hoc in præd. §. re
d stat. [d] ¶†Hoc etiam nota, ꝙ iudex secularis exequitur sententiā
4 ecclesiasticī: & econtra. quod dic. prout not. secundum Papam, extra, de off. ord. c. 1. Quid si mandetur alicui, ꝙ mihi det possessionem, amoto inde quolibet illicito detentore? Dicunt quidā, ꝙ iste non habet iurisdictionem, nisi super notorijs illicitis, arg.
e extra de off. deleg. statuimus [e]. Alij probabilius dicunt, ꝙ procedet super non notorijs, iuris ordine obseruato. de hoc, secundū
f Papam, extra de priuileg. cum olim propter [f]. ¶ † Vt autem in
5 hac materia plenius instruaris, nota, ꝙ executio alia mera, alia mista, quæ prosequere, vt no. in præ. c. pastoralis. §. quia verò. & 2. q. 6. § sunt etiam quorum. versi ab executore. & 25. q. 2. si non cognitio. Tu tamen vltra illa, quæ ibi no. circa hoc sic distingue: Nam sententia aut est nulla, aut est iniusta, aut annullanda. Si sen tentia est nulla, vt dixi ꝛ. ver. si autem. & hoc coram mero execu tore opponitur non cognoscet ipse de hoc: imò superſedebit e cutioni referendo negotium superiori, extra, de re iud. de cæte ro. & in præ. ca. si quando. Talis enim sententia non est in re exe quenda, vt in præ l. si prætor. ext. de re iu. super eo. 25. q. 2. si non cognitio. Si verò est iniusta, i. ꝛ ius litigatoris lata, ex odio, vel per imprudentiam iudicis, & similia, vt ext. de re iu. cum inter vos. & de emp. & ven. c. fi. & hoc coram executore opponitur, non re uocabit sententiam, nec de ea cognoscet: quia non est cognitor sed executor, vt in præd. §. quia verò imò eam exequetur. In exe cutione enim non quæritur, an sit iustè pronunciatum, necne, C. de vindict. liber. l. 1. ff. de iu. si prætor. & C. de execu. rei iud. si, vt proponis. Cæterum si sit annullanda, putà quia lata est ꝛ contu macem postea probantem iustam causam absentiæ: quo casu or dinarius debet illum in integrum restituere, ut extr. de re iud. cū Bertholdus. Delegatus verò hoc non potest post sententiam la tam, cum sit functus officio suo, vt. ff. de re iu. iudex. & extra. de off. dele. in literis. Si quidem hoc coram executore proponitur, aut ille, qui sententiam exequitur, est maior illo, qui sententiam tulit: vt si archiepiscopus tulit sententiam: & episcopus, qui iure ordinario ad hoc tenetur, illam exequitur: & tunc executor po test reuocare, quod reuocandum fuerit iure ordinariæ potestā tis, vt in præ. l. si prætor. §. Marcellus. Aut est minor: & tunc non potest reuocare, nec cognoscere, sed tantum exequi tenetur: qa minor magistratus non potest cognoscere de sententia lata à maiori, ff. de minor. minor. Et hac etiam ratione ordinarius non potest cognoscere de sententia delegati a Principe, quam illius iussu exequitur, vel etiam eam reuocare, cū delegatus maior sit eo. extra de off. dele. c. fanè. & in prædicto §. quia verò. secundū
6 P. de Samp. ¶†In summa etiam no. secundum Vincen quòd me rus executor bene potest cognoscere de veritate precum, in qui bus ei executio demandatur, vt 25. quæstione secunda, & si non cognitio. Mera enim executio habet simplicitatī cognitionem, vt ibi probatur. Sed vtrum sententia iusta sit? de hoc non cogno scet: quia non cognitio, sed executio sibi demandat, vt in præd.
g §. quia verò g. Tu verò dic, vt ꝛ. ¶ † Quid [h] si ab executore
7 appellatur? Respon. non ideo minus sententiam exequatur: quia
h ab eo non appellatur, nisi in casibus, quos dic, vt infra de appell. §. 2 versiculo 5. puta cum excedit modum in exequendo: quod fit, si præcepit fieri missionem in possessionem magnæ rei, cum sufficeret in modica fieri: vel si in maiori quantitate, quam sen tentia continet: vel si ante tempus exequatur, scilicet ante qua drimestre tempus, vt C. de appell. si quis procuratione. quæ pro sequere, vt no. C. quorum appe. non recip. ab executione. Quòd si appellatum sit ab executore eo casu, quo fieri potest, executio suspensa est: & appellatione recepta, si res sit mobilis, possessori aufertur, & sequestratur, ei dando qui in causa appellationis ob tinebit. Si immobilis, fructus rei percepit, vel nati tempore emis sæ appellationis, similiter sequestrantur, re ipsa penes appellan
8 tem remanente, vt in ca. leg. ¶†Sed nunquid in totum executio suspenditur per appellationem, an id solum in quo modus exce ditur? Et videtur, per præ. l. quod in totum, quæ generaliter & in distinctè loquitur. & argumentum ad hoc extra de appel. ad hæc si in vna? Respon. dic, ꝙ si in appellatione exprimitur id, in quo excedere dicitur, tunc in eo solo executio suspenditur, & in alio exequi potest. Si verò dicatur generaliter, appello, quia modum excessisti, nec dicitur in quo, tunc ratione incertitudinis in totū
9 suspenditur. ¶†Hinc est, quòd appellans ab executione debet di cere causam quare appellat, secundum Vbert. sicut & iudex de bet dicere causam, quare appellationem non recipit, ff. de appe
i recip. sciendum. extrà de appella. cordi [i]. Cum ergo appellatio sit ab executione generaliter prohibita debet causa exprimi, cur ab ea appellatur, arg. ff. de transa. cum hi. §. causę. ff. de colleg. illic. l. 1. secundum Vber. Sed hoc non habet dubitationem: quia semper causa rationabilis est exprimenda, vbi a diffinitiua non
10 appellatur, extra de appella. vt debitus. & ca. cordi. ¶† Sed pone
k quòd iudex appellationis confirmat sententiam k a priori iudi ce latam: quæritur, quis eam exequetur? Dicunt quidam, vt Lau ren. quòd primus, arg. extr. de off. dele. insinuante. in fi. & ca. pa
l storalis. § præterea. Tanc. [l] Io. B. Vin. & Papa dicunt, quòd tantū secundus, C. de episco. aud. si quis litigantium. extra. de re iu. cau sam, quæ. quia prioris iudicis iurisdictio est reuocata, vt in præ. § præterea. & de rescrip. cæterum. Nam si secundus, sententiam infringeret, de causa ab initio cognoscere posset. C. de rebus cre. generaliter. §. & si iudex. & 2. q. 6. §. sunt etiam, quorum. in fi. extra de re iud. ad probandum. & si necesse esset aliquid etiam ad dere, & corrigere, in auth. de sanc episc. §. si quis cōtra aliquem. ff. ad Treb. si quis priore. extra de in integ. rest. ex literis, in fi. extra de testamen. c. Raynutius. Et quia ex secunda sententia datur actio in factum, vt. ff. de his, qui no. infa l. furti. vbi de hoc, & C. de app. eos. resp. 1. in fi. quomodo ergo primus mandabit executioni in eo, quod additum est, cum de eo non iudicauerit? Ter tij dicunt, quòd si primus sit ordinarius, ille exequatur: si delega tus, tunc secundus exequatur. Alij dicunt, quòd non refert, per quem fiat: ꝙ dic, vt no. in præd. §. præterea. Do. meus not. in Sū. de appel. §. quis sit effectus. sub §. sed qualiter. quòd primus exe quetur, etiam si sit delegatus, dum tamen a principe: si verò sit delega-

ADDITIONES.

a §. contrahentes. ¶ lib. 6.

b Consulo. ¶ Secundum Ioan. de Deo, vbi supra. parte 1. versiculo. dicas ergo.

c Ioan. de Deo. ¶ Vbi supra parte 3. versic. pone. quod allegat ibi 11. quæst. j. de persona. & cap. si quis cum clerico. & C. de episco. aud. l. episcopale iudicium.

ADDITIO. Adde ver. seq. ibi, hoc autem certū, &c. quòd delegatus principis potest suam sententiam exequi, nisi specialiter princeps sibi executionem sententię reseruauerit, iuribus hic alleg. modo a tempore sententiæ intra annum eam exequatur. in cap. quærenti. extra de off. delegat. ita tenet Bar. quicquid dicat gl. in l. a diuo Pio. in 2. col. ver. secundo quæro. ff. de re iudic. & pro hoc alleg. tex. in l. vlti. C. de iudic. Et quid de delegato ab ordi nario, an possit suam sententiam exequi, vide Guid. Papæ sing. 469. incip. delegatus. Hen. Ferran.

d §. restat. ¶ Ibi nil, sed in §. seq. qui incip. nunc videamus.

e Statuimus. ¶ lib. 6.

f Propter. ¶ Vbi scripsi verſic. portarium. in fi. gl.

g §. quia verò. ¶ ibi no. hoc Vinc.

h Quid. ¶ Vltimum ver. Tan. vbi ꝛ.

i Cordi. ¶ lib. 6. Dubitationem oportet fateri saltem, quo ad Legistas, qui ab interlocutorijs non appellant: vide, quod dicam j. tit. primo, §. in quibus, super ver. 5.

k Sententiam. ¶ Condemnatoriam, vt j. dicam.

l Tanc. ¶ Ipse & alij in præd. §. præterea, item ipse Tanc, vbi supra, uerſic. pone. & Alb. Gal. eodem. tit. in prin.

a delegatus ab ordinario, tunc ipse ordinarius[a]. ¶ † Quid igitur, si
11 appelletur ab interlocutoria, & iudex appellationis pronunciet
male appellatum, remittens appellantem condemnatum in ex-
b pensis ad primum iudicem[b]: vt ext. de app. vt debitus. quero, qs
exequetur hanc condemnationem? quia condemnatum debe-
mus intelligere cum effectu. ff. de re iud. si se § condemnatum.
Dic, quòd primus. nam secundus est functus officio suo, pronun
ciando illum malè appellasse: & primus suus iudex in illa causa
c remansit, & in alijs[c], extra de app. cum in ecclesia ext. de matri.
contra interdict. ecclesię contrac. c 1. & 2 q. 1. notum. & sic ob-
12 tinuit. ¶ † Quid de sententia doctoris, qui habet cognitionem
causarum, vt C. ne fil. pro pat. conue. in auth. habita. quis manda
bit eam executioni? Resp. dic, quòd ordinarius, vt in præd. an-
d then. si quis litigantium, vt supra in princ. huius §. [d]Sed nunquid
ab illa sententia poterit appellari, & ad quem? Respō. dic, quòd
ad defensorem ciuitatis: sicut appellatur à sententia episcopi,
quia parificatur episcopo, vt C. de profess. & med. medicos. qd
verum est, si litigatores sunt laici: si verò clerici, ad episcopum:
secundum Iulia. Tu dic, quòd auth. illa, habita. non habet locum
mdistinctè in clericis, vt notatur s. de reo, versic. item scholaris,
c & seq.[e]Sententiam autem vnius iudicis alter potest exequi, vt ff.
de re iu. a diuo. §. 1. & extra, de for. comp. postulasti. & sententia
vnius alteri facit fidem, argumentum. 24. q. 3. quisquis. cum suis
13 concor. & 4. q. 5. quisquis. ¶ † Sed pone: iudex Perusinus condē-
nauit P. Titio in decem libras, quas idem T ab eo petebat: à qua
sententia non extitit appellatum: processu temporis prædictus
T. & P. morantur in curia Romana: vnde T. petit coram Mare-
schalco curiæ, vt dictam sententiam ex officio suo exequatur: q̄-
ritur, an hoc possit? Et dicunt multi, quod sic: argum. pro eis C.
de iu. properandum. §. sin autem reus. sed ibi loquitur in senten-
tia delegati, quam ipse delegatus nequit exequi, ff. de re iu. à diuo
Pio. in prin. & ext. de fo. comp. si quis contra. & in præd. §. ibi
& sine ipse, &c. & ibi, not. per rela. &c item pro eis. ff. de iu. l. argē
tarium. vbi dicitur, q̄ condemnatus in prouincia, Romæ cogi-
tur satisfacere. Sed illud obtinet ratione contractus, vt ibi patet,
& probatur e. tit. heres. & extra, de fo. com. c. fi. & c. Romana. §.
f cōtrahentes[f]. Item facit pro eis præ. l. à diuo Pio. in prin. § sed il-
lud in sententia delegati, vt dixi, vel arbitri quam ordinarius de-
bet exequi, non ipse, qui iurisdictionem non habet, vt patet ibi,
& s. in princ. huius §. Item pro eis extra, de of leg. c. 2. sed ibi lega
tus ad mandatum exequitur delegati. Item facit pro eis extr. de
fo. comp postulasti. sed illud obtinet propter factorum connexi
tatem. Eo enim, q̄ est de crimine condemnatus constat per con
sequens, q̄ est ecclesia priuatus, 81. di. tantis. ext. de accusa. ad pe-
titionem. & de pur. can. cum dilectus. §. his igitur. Vel ibi is, in cu
ius diœcesi est beneficium, prius sententiabit super beneficio. &
postea exequetur super eo, vt ibi innuit Ber. in gl. & ita &c. & se
cundum hoc non tangit hunc casum Sed ille intellectus non pla
cet: imò ibi is, in cuius diœcesi delinquit, pronunciat super crimi
ne, & etiam super beneficio, quod habet alibi: & alter hanc sen-
tentiam exequitur. Item pro eis facit ext. de raptor. ca j. sed illud
obtinet in sententia excommunicationis, nam excommunica-
tus, vel suspensus ab vno, ab omnibus est vitandus, vt 11. q. 3 cu-
ræ. & in præd. cap. quisquis. Alii autem dicunt, quod non potest
nisi ad relationem, vel commissionem iudicis Perusini: argu. pro
eis, ff. de bo. auctorit. iu. poss. cum vnus. §. is cui. vbi est argum. q̄
vnus non exequitur sententiam alterius. Sed ille §. recepit hodie
aliam declarationem per præ § contrahentes. idem videtur no.
Accur. ff. si quis in ius vo. non ier. l. 2. §. 1. Item pro eis, ext. de off.
or. pastoralis. §. præterea. vbi videtur, q̄ vnus iudex se nequit in-
tromittere de sententia, vel processu alterius: sed ibi ille erat de-
legatus Papæ. qui est maior quolibet ordinario: & ideo nullus de
eius processu se potest intromittere. vel cognoscere, nisi Papa: iō
ibi non potest dari absolutio, vel restitui possessio: quia hæc cau-
sæ cognitionem exigunt. Præterea ibi mortuo delegato Papæ eā
redierat ad delegantem: quare nihil super ea per aliquem pote-
rat quomodolibet attentari, vt ext. de appell. vt nostrum. & de
off. deleg. pastoralis. §. præterea, in fi. §. ad relationem autem, vel
commissionem proferentis bene potest, secundum eos, vt in p. §.
sin autem. Tu dic, q̄ bene potest quis coram alio iudice executio
nem petere, non per præmissas rationes, quę ad hoc non faciunt,
vt prædixi, nec prædicto modo nō petetur enim iudicis officio,
14 vt factum fuit, sed per actionem in factū. † qui enim agit actio-
ne in factum, dixit sibi alium obnoxium ex quasi contractu; un-
de cum conuenit in figura iudicij, dando uidelicet libellum, & li
tem contestando, ut j. §. breuiter. uersi. est & secundum. Porrò si
petatur executio sententię à proferente ipsam, tunc im. foratur
officium eius, ut ff. de rei uen. qui restituere. non enim ipse de sua
sententia cognoscet ut C. quomodo & quando iu. si, ut propo-
nis. 1. ff. de re iu. iudex. extr. de off. deleg. in literis. & de rescriptis,
excommunicato. quamuis etiam sibi in hoc possit quis præiu-
dicium in factum proponendo, nam interponēdo par
g tes iudicis, desinit quis executor esse, C. de edendo, edita[g]. Ex
præmissis ergo patet, quod non est relatio, uel commissio neces-
saria in casu proposito: imo sine eis Marescalcus poterit senten
tiam exequi, cum quasi iure actionis petatur executio, ut præmi
si. Nec obstat præ. §. sin autem. quia ibi loquitur in eo, qui alte-
rius auctoritate cognoscit. quia debet superiori uolenti senten-
tiam illius exequi, referre, qualiter pronunciauit. Alia autem iu-
ra, quę uidentur contraria, loquuntur, quando quis exequitur
per suos executores. tunc enim non dicitur propriè committe-
re, imò ipse idem dicitur exequi, C. de executi. rei iu. si, ut propo
nis. ff. de administ. tut. ita autem. §. gessisse. extra de sent. excom-
munica. mulieres. in fi. Sed opponitur contra præmissa, nam aut
is, à quo petitur executio, est superior, seu maior proferente sen
tentiam: & tunc uidetur relatio necessaria, ut in præ. §. sin autem.
Aut par est ei, uel etiam minor: & tunc similiter non uidetur, q̄
debeat de facto paris, uel maioris se intromittere. nam par in pa
rem, &c ff. de arbit. nam magistra. ext. de elect. innotuit. Nec mi
nor magistratus potest cognoscere de sententia maioris. ff. de mi-
nor. l. minor autem resp. 1. & §. pe. & 21 dist. inferior. Sed dic, q̄
hic is, à quo petitur, non cognoscit, an sit bene, uel malè senten-
tiatum sed solum an sit sententiatum. Quidam autem dicunt, q̄
cum sententia, uel præceptum in uno loco factum, petitur alibi
executioni mandari, aut is, qui hoc petit, agit actione in factum,
uel iudicati, uel etiam iudicis officio: quod potest facere, si iudex
illius loci sit iudex condemnati, cum sit per sententiam prędictis
actionibus obligatus, ut C. de execut. rei iu. si, ut proponis. Aut a-
git ex pronunciatione facta à iudice, qui tulit sententiam de sua
sententia executioni mandanda: & tunc oportet propter res si-
tas

ADDITIONES.

a Ordinarius. ¶ Plenius de hoc scripsi in apparatu in prę. §. præterea. vt ibi
dixi super gloss. sed pone. in fi. Vt autem hæc, & ibi scripta clarius intelli-
gas, nota, quod hic & ibi formatur quæstio non in genere. scilicet quis exe
quatur sententiam latam per iudicem appellationis. sed quis exequatur
sententiam eius, quæ confirmat primam. & debet hoc intelligi de senten-
tia condemnatoria. Constat enim, quod absolutoria primi confirmata per
secundum, non requirit executionem. Item si cassaret condemnatoriam, si
ue expresse absoluat, siue non, certum est, quod neuter exequetur. Si autem
absolutoriam primi iudicis iudex appellationis cassaret. & absolutum cō-
demnaret, quod eo casu facere debet: vt dixi supra tit. prox. §. vt autem. su
per ver. in iudice autem indubitatum est, quod primus non exequeretur
quod non pronunciauit, imò executio esset contra ipsius pronuncia tio-
nem: vnde non sibi comperit. sed condemnanti. Et sic ex quatuor casibus
respicientibus propositum qui non sunt plures, vbi non fiat diuisio senten
tiæ prioris, vel ad illam additio, tres sunt indubitati, scilicet quando pri-
mus iudex absoluit, siue confirmetur sententia, siue infirmetur per secun-
dam. & sic habes duos casus. Tertius quando primus condemnauit, & se-
cundus absoluit. Remanet ergo solus quartus dubius. quando primus con
demnauit, & secundus confirmauit. Et opinio Lauren. placet Host. hoc ca
su, quando sine vlla correctione confirmata est, vt s. primus iudex. si fuit or
dinarius, exequatur, vel delegatus qui exequi possit: & æquitatem habet
hæc opinio, cum certum sit, quod lata sententia competebat illi executio. si
non fuisset appellatum. Cassata igitur appellatione, nonne summa æquitas
exigit, quod executio impedita per illam, reuertatur ad ipsam? Hoc autē
fortius in criminali: procederet, quando primus iudex, à quo fuit appella-
tum, talis erat, qui habebat ius remissionis petendæ, per auth. ut nulli iud.
§. si verò quis comprehensorum. de quo uide, quod no. in clem. de re iu. pa
storalis, ver. quod si punicio. in gl. sed nunquid.
ADDE Bar. in l. à diuo Pio. in prin. ver. quæro, & reuoco in dubium. ff.
de re iud.

b Iudicem. ¶ Si vero ille non condemnasset, primus iudex non condemna-
bit, nisi in fine litis: vt not. j. de expen. §. nunc videndum. versicul. quid si
iudex.
ADDE episcopum Alex. in c. ex ratione. in 27. col. ext. de app.

c Et in alijs. ¶ Si est ordinarius.

d Huius. §. ¶ Aliqui legum doctores tenent, magistrum, qui sententiauit s̄
scholarem, exequi posse, si scholaris ibi habebat bona: quod si non habet bo
na, vel non habet sufficientia, ad requisitionem magistri exequetur is, in cui⁹
territorio habet bona, vel cuius regimen pertimescit, vt dicit lex pen. C. de
arbit. & ff. de bo. auctor. iud. possi. l. cum vnus. §. pen. & de re iud. à diuo.
ADDE Bar. in d. l. à diuo Pio. ver. quæro. pone.

e Et seq. ¶ Proprie in ver. sed quid si scholaris. & scripsi in decr. si diligenti.
de foro comp. super gl. hic ergo. Sed si recipiatur opinio, q̄ in magistro cle
rico habeat locum lex, procederet solutio Iulia. Scire debes, quod Legiste
de hac appellatione alias quæruntur. s. si alter ex trib. iudicib. coram quibus
fit vocatio, pronunciat se iudicem, an ab hac sententia possit appellari? Et
dubium est Legistarum, qui ab interlocutorijs non appellant. C. quo. app.
non rec. l. aute sententiæ, Antiqua glin auth. habita. C. ne fil. pro pa in fi. mo
uit dubium non tamen aperte: nec illud soluit. Noua gl. dicit, q̄ sic, & bene
est ratio quam reddit etiam ibi Cy. in 9. q. quia licet sit interlocutoria, non
tamen posset grauamen eius releuari per appellationem interponendam
à diffinitiua, & tardè ei tunc contradiceret, ff. qui satisda. cog. ab arbitro.
probatur etiam id per l. apertissimi. C. de iu. facit de app. c. vlt. in fi. lib. 6.

f §. contrahentes. ¶ lib. 6.

g Edita. ¶ De hoc satis j. §. breuiter. in prin.

tas in alio loco, quòd officium iudicis illius loci interueniat, & effectui mandet, quod per istum pronunciatū est: & tunc quasi cum vt minister habeat hoc facere, necessaria est relatio eius, qui
15 sententiam tulit, vt in præ. § sin autem. & in præ. l. à diuo. ¶ † Item nota, quòd iudices in causis criminalibus sententias suas per executores qui Carnifices vocantur, exequuntur, 23. q. 5. non frustra. & c. cum homo. & talis executor truncando caput, vel membrum condemnati, non peccat: vt ead. q. mi es. & c. non est crudelis. & c. si homicidium. quia non ipse, sed lex occidit, ea. q. dū homo. Si tamen sponte quis interfecit, quem scit à iudice occidendum, peccat, & homicida est, vt ea. q. cum minister. & c. seq. & c. cum homo. Sed nec iudex, qui iustè hominem ad mortem condemnat, peccat: quia officia iustæ vindictæ bono animo impleri possunt, modo quo iudex, & modo quo lex, vt ea. q. officia & c. seq. & c. non frustra. & c. si homicidium. & c. de occidendis. & quæst. 4 quæsitum. & cap. seq. nec scelus committit, nec sanguinem fundit, vt ead. quæstio iudex. & ea. seq. imò minister Dei est, vt ea. quæst. qui malos. & Deus in hoc placatur, vt ea. causa. q. 4. si quos igitur. Item nota, q̄ illi executores multis modis appellantur, vt ff. de cita. § sequitur. An autem ordinarius, vel delegatus, qui non potest suam sententiam exequi, possit brachium seculare inuocare: dic, vt ff. de iu. del. § sequitur. ver. sed nunquid.
16 ¶ † Hoc quoque certum est, quòd si executor dubitat de mandato, non tenetur exequi, quod mandatur, donec certus fiat: extra. de rescrip. cum contingat. de off. delegat. cum in iure. C. de man. prin. l. vnica, 97. distinctione, nobilissimus.

SVMMARIVM.

1 *Præceptum iudicis de sententiam exequēdo, sub qua forma debeat in actis Curiæ scribi.*
2 *Debitor pecuniæ, vel alterius rei expressæ, an in eadem re soluere teneatur.*
Ordo quis seruandus in bonis debitoris capiendis.
3 *Relatio executoris sub qua forma fieri & scribi debeat in actis iudicialibus.*
4 *Sententia in procuratorem lata, an executio fieri debeat in eius bonis, aut domini.*
5 *Sententia lata in vniuersitatem, tanquam debitricem, nec in ea sit, quod possideatur, an omnes teneantur ad contributionem.*
6 *Procuratore ecclesiæ ratione contumaciæ condemnato in expensis, an in bonis ecclesiæ fiet executio.*
7 *Procuratore ante sententiam male diffidente appellante: propter quod condemnatus in expensis, an executio fieri in bonis procuratoris, an domini.*
8 *Tutor si pupilli nomine lite contestata contumaciter absit: propter quod condemnetur, in cuius bonis fieri debeat executio.*
9 *Curatoris officium quando finitum censeatur.*
10 *Reo in causa debet sententia præiudicare.*
11 *Filiofamilias ob delictum condemnato, an in bonis paternis, et legitima debeat fieri executio.*
Legitima an viuo patre filio debeatur.
12 *Condemnatus noleus restituere, manu militari potest cogi, & etiam res auferri.*
13 *Executor non inueniens bona condemnati sub eius iurisdictione, sub specialibus verbis relationem facere debet ad iudicem sub cuius iurisdictione sunt bona condemnati, vt sententiam exequatur.*
14 *Sententia lata contra monachum, in cuius bonis executio fieri possit.*
15 *Debitore condemnato an possit fideiussor conueniri.*
16 *In executione sententiæ faciendæ contra maiorem habentem res mobiles, et immobiles, & nomina, an sit ordo seruandus.*
17 *Executio an in re promissa fieri possit.*

¶ Sententiæ executio in quibus & qualiter fieri debeat.

3. §. Sequitur videre in quibus, & qualiter executio fiat. Et quidem hoc modo fiet. si enim actum est actione reali, id est, si aliquia certa res sit petita, puta predium, vel equus, vel domus, mittēdus est actor in possessionem rei sibi adiudicatæ, vt ex. de re iu. cum Bertol. in fi. mādabit enim iudex suo executori, quòd ipsam rem: seu eius tenutam & cor-
1 poralem possessionem det actori. ¶ † Quod præceptum in actis curiæ scribatur sic.

¶ FORMA. Talis iudex curiæ talis, exequendo diffinitiuam sententiam à se, vel à tali iudice latam, manu talis notarij scriptam, præcepit tali executori, seu cursori eiusdem curiæ, vt det F. tenutam & corporalem possessionem talis rei petitæ: in cuius rei testimonium P. est eidem T. sententialiter condemnatus. Hoc facto, executor ille mandatum iudicis exequatur, & iudici referat, quicquid fecit: quod etiam in actis redigatur hoc modo.

¶ FORMA. H. talis curiæ cursor, siue executor retulit sc de mandato talis iudicis exequendo sententiam ab eo, vel à tali iudice latam, dedisse tenutam, & corporalem possessionem T. talis fundi in tali loco positi, cuius confines sunt tales, in cuius fundi restitutione P. vt dicitur, est dicto T. per eandem sententiam
2 condemnatus. ¶ † Si autem personali, vel alio modo actum sit,
a fieri debet executio in rebus condemnati [a] sic, vt primo capiantur mobilia, si qua possidet: secundo immobilia [b], tertiò perueniatur ad nomina, siue iura, id est ad ea quæ sibi debentur: ita tamen, vt confitentis debitum non negantis nomen pignori capiatur, vt ff. de re iu. à diuo Pio. § in vendītione. & §. sed verum. & §. pe. arg. ext. vt lite non contest. quoniam. § fi. in fi. in vers. quid si capiatur. Sed si super rebus capiendis fiat ab aliquo controuersia, illa dimittantur, & alia capiantur, quæ sine controuersia sint, vt in prædicta. l. a diuo. §. si super rebus & §. sed & illud. Si autem alia bona non habeat, nisi ea, super quibus controuersia mouetur, tunc iudex, qui exequitur sententiam, debet summatim de proprietate cognoscere. & si viderit rem esse condemnati, sententiam exequatur, in illa: alioquin rem illam dimittat, vt in ea. l. Mandabit igitur iudex cursori, seu executori, vt det tenutam & corporalem possessionem in bonis & de bonis Antonij valentibus centum lib. nomine sortis, & decem nomine expensarum, in quibus P. est eidem T. sententialiter condemnatus, scilicet primò de mobilibus si apparuerunt: alioquin de immobilibus: quod si mobilia, vel immobilia non apparuerint, vel non sufficerint, det, vel suppleat de nominibus, seu iuribus P. prædicti: & hoc mandatum in actis sub eadem forma scribatur hoc modo.

FORMA. Talis iudex curiæ talis vt ff. in præ. forma vsque, & corporalem pos. & iunge, in bonis, & de bonis, & c. vt ff. prox. in
3 forma mandati vsque in fi. ¶ † Post hæc executor mandatum sibi factum exequatur: quo facto iudici referat, quicquid fecit: cuius relatio sic scribatur.

¶ FORMA. H. talis curiæ. & c. vt ff. vsque, possess. T. iunge, de bonis P. pro centum lib. nomine sortis, & decem nomine expensarum: in quibus, vt dicitur, dictus P. ipsi T. est per eandem sententiam condemnatus, scilicet primò de vna culcitra & duobus linteaminibus: vel de tali uinea in tali loco sita cuius confines sunt tales: & sic de singulis rebus. Qualiter autem fiat uendi-
tio rerum ex causa iudicati assignatarum, uide ff. de primo. & secundo decre. § nunc dicamus. uersicul. illud autem. & sequen.
4 ¶ † Sed & si lata sententia fuerit in procuratorem, executio tamen fiet in bonis domini, si habuit à domino mandatum: si uero
c sine mandato litigauit, tunc fiet in bonis procuratoris [c]. Hinc, est, quòd tutor, & curator, & actor municipum uel syndicus, nō uidentur sine mandato litigasse: ideoque in bonis pupilli, minoris, uel uniuersitatis, fiet executio, ff. de re iud. l. si se non obtulit,

in

ADDITIONES.

a Condemnati. Quærit Gui. de Suz. vbi ff. in fi. vlt. respon. an debitor condēnatus in pecunia, instante creditore præcisè cogatur pecuniam soluere? quod videtur, quia iniuito creditore, & c. ff. si cer. pet. l. 2. C. de solut. manifesti. dicit, quosdam hoc tenere. Ipse autem tenet condemnatum, si debet pecuniam, ad id teneri: alias secundum ordinem, qui sequitur, satisfiet creditori, dicens, quod prætiosiora dabuntur in solutum iuxta formam auth. hoc nisi. C. de solut. Est etiam sciendum, q̄ Albe. Pap. tractauit quæstionē statuti Papiensis, quo cauebatur, quod omnis debitor pecuniæ etiam hæres, in pecunia soluere teneretur. Solutionem eius non vidi. Et quia etiam de hærede loquitur, vide, quod dixi ff. de instr. edit. §. fi. super verti. nunc dicamus. Aliam quæstionem, quæ tendit ad idem, formauit Cyn. de statuto suæ ciuitatis Pistoriensis, per quod non recipitur beneficium cessionis, in prædicta. auth. hoc nisi. quam etiam insolutum dimisit. Papien. autem allegat, statuto, quod ipsius verba seruanda sunt, & non calumnianda: & in dubio verbis est standum, & generale generaliter intelligendum, etiam si perquam durum. & maxime cum locorum rectores iurant illa seruare: quia à peritiis cauere debent. Ad contrarium allegat, quod generalia verba statuti non tollunt beneficium speciale, illius mentione non facta. ff. de lega. 3. vxorem. §. felicissimo. de ver. oblig. l. doli clausula. ff. de legat. 3. l. si quis. in prin. § quicquid loquantur statuta, pacta contrahentium, vel renunciationes ipsorum, si debitor sibi tuitionem contra carceres parare possit, vel carcerum māsionem si perhorrescit, venire oportebat ad remedia per ius inuenta, de quibus hic sequitur.

¶ ADDE, vt per Panor. consi. 22. inci. in quæstione Dominici. 2. libro. & Fe. consilio 58. vbi tenet, quòd valet pactum, quod non liceat cedere bonis.

b Immobilia. ¶ Non obstat C. de his, qui ad eccle. confu. l. fina. §. cum autem, vbi præponuntur immobilia: quia ibi non ponderatur ordo, vt ibi not.

c Procuratoris. ¶ Id est, illius, qui dixit se procuratorem.

< in prin. & §. j. & 2. ¶ †Quid [2] si vniuersitas est debitrix, nec est in
a vniuersitate quod possideatur, nunquid tenentur omnes ad con
tributionem? Resp. dic, ꝙ sic, ut no. ff. quod cuiusc. vni, l. 1. §. qui-
b bus [b]. & ar. ff. de cen. cum possess. ff. de ali. & ci. le. l. 4. ff. de colle. il
lici. l. 1. resp. 1. hoc plene prosequere, prout no. secundum Papã,
c ext. de sent. excommu. graue [c]. Item quid si vniuersitas dissolua
tur, nunquid quilibet poterit partem suam petere? dic ꝙ sic, ff.
6 de colleg. illicit. l. 1. 2. & 3. ubi de hoc. ¶ †Quid si procuratore ec
clesiæ ratione contumaciæ condemnatur in expensis? not. Papa
Inno. extra vt lite non contest. c. 1. in fin. quod in bonis ecclesiæ
fiet executio: secus autem esset, si procurator falsa instrumenta
produceret, vel aliam fraudem faceret. Quid si ex facto simula-
to sententia fertur nunquid fiet executio? de hoc s. de confess.
§. nunc videndum. ver. de facto. Et scias, ꝙ cum simul petitorio
& possessorio agitur, siue ab eadem parte, siue à diuersis actum
sit, siue simul, siue diuersis temporibus agi ceperit: primo est sen
tentia super possessorio executioni mandanda: & hoc, si simul la-
tæ sint: secus si diuersis temporibus. quod dic, vt extrà de caus.
possess. & propri. cum dilectus. & melius suprà de petit. & poss.
7 §. 1. versi. vt autem, & sequen. ¶ †Sed quid, si procurator malitio-
se ante sententiam appellat, & idem condemnatur in expensis:
vt extra, de appellationibus. vt debitus. Respõdeo voluit domi-
nus Papa Clemens 111. lumen iuris, quod executio fieret in bo
nis procuratoris, & quod ipse procurator de sua bursa solueret,
& non dominus: arg. ad hoc ff. si quis ius dic. non obtem. l. vnic.
nec enim intelligitur ei dominus mandasse, ꝙ malitias adhibeat.
Hinc est, ꝙ curator non debet calumniosam actionem propo-
nere: quod si fecerit, non repetereret sumptus à minore, arg. C. de
inoff. test. si pater. 2 prope fi. ff. de his, qui vt indig. Polla. ff. de ad-
minist tut sine hærede. §. pen. Postquam enim procurator agere
incipit, & factus est dominus litis, si contumax sit, vel aliquid ma
litiose agit, ipse tenetur, & de dolo punitur, vt in prædicta l. ff. si
quis ius dic. non obtemp. secus si ab initio ipse mandatum occul-
tat: quia tunc dominus condemnatur, ut ext. de appella. sæpe. in
prin. Item si procurator interrogatus, respondet se nescire, quæ
ad causam pertinent, condemnatur in expensis, s. de procurato.
8 §. 1. versi. item quod omnino. ¶ †Sed pone lite contestata cum tu
tore pupilli nomine, tutor contumaciter abest, propter quod
fertur sententia contra ipsum quæritur, vtrum mandabitur exe-
cutioni in bonis eius, an in bonis pupilli? Et uidetur, ꝙ in bonis
eius, arg. ff. si quis ius dic. non obtem. l. 1. non enim conuenitur
pupillus ex dolo tutoris, nisi in quantum factus locupletior est,
ff. de adminis. tu. l. fi. ff. de reg. iur. neque interdum. ad idem. ff. de
re iud. ex cõtractu paterno, ff. de neg. gest. l. qui aliena. §. tutoris.
ff. ad leg. Aquil. proinde. §. si procurator. ff. de excus. tut. l. 2. §. tu-
tor. Arg. contrà, quod in bonis pupilli, omnia enim iura hoc di-
cunt, præsertim cum se non obtulit, C. quando fiscus, uel pri. l.
propterea, ff. de re iu. si se ad idem ff. de tribut. l. procurator. con
tumacia enim nocet pupillo ab initio: ergo multo fortiꝰ ex post
facto, ff. de bo. autoritat. iu. possi. si minor. SOL. Dicunt quidam
de æquitate, quod in bonis tutoris: alij contra, & verius: quia po
test esse minor cõtumax. Hinc est, quod restituitur, si ob hoc sen
tentia lata sit contra eum, ff. de minor. minor si quasi. Si tamen tu
tor dolum, uel culpam commiserit in non ueniendo, ipse tene-
bitur, ff. de euict. si ideo. Pupillus tamen poterit restitui, C. de iu.
properandum. circa fin. & uide supra. de contumacia, §. cum di-
d camus, uersicul. sed nunquid minor. [d] ¶ † Item pone, ad peti-
9 tionem creditorum datus est curator hæreditati iacenti, quia hę
res institutus eam repudiauit: actum est cum curatore, & tãdem
condemnatus est, & sententia in rem transit iudicatam, post hoc
quidam hæreditatem illam adiuit ab intestato inuentario per eũ
confecto: & demum præfatus curator citatur super sententiæ ex
ecutione: sed heres se opponit quasi sua interfit, dicens se respõ
dere paratum: quæritur, utrum curator excusetur, quo minus e-
xecutio contra eum fiat? Et arg. est quòd non, ff. de in ius uocan.
neque. §. j. extra de in integ. restitutio. suscitata. cum enim iste nõ
ueniat, ut defensor uocati, excusari non debet. Argumentum
contra: quia hæres paratus est docere, quod ad eum pertinet: &
sic perpetuo adire potest, C. de iure de libe. si curator, ff. de appel
lat. à sententia. extrà de testib. ueniens. 2. extra de re iu. cum su p.
C. de non numer. pecuni. si cui. C. de accusa. l. 2. & hoc uerius di-
cetur. Finitum enim est curatoris officium, ff. de tut. & cur. datis
ab his, curatorem. Vnde non est cum eo amplius agendum, nec
ratione sui, nec ratione rerum, ut C. quãdo ex facto tut. uel cur,
l. j. & ff. eod. post mortem. ad idem C. quando fisc. uel priua. l. 1.
10 ¶ †Quid si sententia lata est contra defensorem, qui se litis defen
sioni obtulit, nunquid mandabitur executioni sine alia senten-
tia contra fideiussores, qui promiserunt de iudicato soluendo?
e Et uidetur, quod sic, ff. iu. fol. l. 1. C. de usur. rei iu. l. fi. [e] ff. de re iu.
a diuo. §. item quid dicemus. sciunt enim reum esse in causa, un-
de sibi deberet sententia præiudicare, ff. de re iudica. l. sæpe. §. 1.
Nam & sententia lata contra hæredes, extenditur ad alios pos-
sessores, ff. ut in possess. le. circa. ad idem. ff. de legat. 2. cum filius.
resp. j. ff. de cri. expil. hære. l. ante pen. & ff. fa. ercisc. hæredes,
§. idem. Item obligauerunt se de iudicato soluendo: unde si non
mandaretur sententia executioni, sed expectaretur alia contra
eos, non uiderentur de iudicato rei, sed de suo promisisse: quod
est falsum. Item una sententia esset alterius litis initium: quod es
se non debet. Argumentum contra, quod non præiudicet, nam
ipsi non sunt condemnati, ff. de postul. Imperator. C. quorum
appel. non rec. ab executione. & sententia contra fideiussores la
ta, stipulatio non committitur, ff. iu. fol. l. iudicatum. § 2. & facit.
ff. de adult. l. denunciasse. § fin. ff. de iurisdictio. omn. iud. & quia.
C. res inter alios ac. per tot. ff. de tutel. & rat. distrah. alterius. C.
de libe. causa, l. final. C. de fideiussor. authentic. præsente. Item re
stituto minore non uidetur fideiussor restitutus, ff. de minorib.
l. 3. §. sed utrum. C. de fideiussor. min. l. secunda. Super hoc dic, ꝙ
aut est fideiussor in contractu: & tunc sententia contra eum lata
non præiudicat fideiussori: imò sibi dabitur libellus, si reus sol-
uendo non est, ut in iuribus pro hac parte inductis. Aut est fide-
iussor in iudicio: & tunc ei præiudicat, & in bonis eius executio-
f ni mandatur [f] sine alio libello, ut in alijs iuribus prædictis: & ui-
g de infra de dol. & contumac. §. restat. uersiculo, sed pone [g].
Quid

ADDITIONES.

a Quid. ¶ Iste ver. & sequens ad literam fuerunt Alb. Gal. sub Rub. de syn-
dico: vt plenius intelligas Rof. q. 23. de vniuersitate castri, quæ habebat
causam, putà vbi fiebat forum: item vias publicas, theatrum, fontes, & flu
mina, si non defenditur: quæritur, an creditor sit mittendus in possessionẽ
illorum bonorum, an verò vniuersitas illa debeat banniri? Istud etiam tra-
ctatum inuenio post Iac. Bal. super §. quibus. statim allegato, de l. 1. ff. quod
cuiusq; vniuers. Est tñ in solutione cõcordia, ꝙ si castrũ habeat forũ vel ius
aliquod in eo, vel prata, theatrum, domus, vel prædia, quod in illis fiet mis
sio, & creditor pro iure suo possidebit illa, vt ibi, & l. ciuitates. eo. tit. Si ve
rò castrum habeat vias, fontes, vel flumina: quia ista sunt vniuersitatis quo
ad vsum, non quo ad proprietatem, & non, quo ad hoc, ꝙ vniuersitas sit
domina, in his missio non procedit: sicut nec darur possessio planetarum,
Solis, Lunæ, vel venti. Hinc est, quod si quid fiat in vijs publicis, remoue-
tur, ff. de via publica. l. 1. Vnde si talia, & non alia inueniuntur, poterit com
munitas, vel vniuersitas illa secundum statuta banniri, dummodo fiat cita
tio per præconem. secundum authentic. qua in prouincia. C. ubi de crimi-
ne agi oportet. licet dici possit non esse de iure. est tamen de consuetudine ci-
uitatum: non tamen per id bannientur singuli, nec singulorum bona possi-
debimus, ff. de rerum diuis. l. in tantum, §. 1, de in ius uocan. sed si. §. qui ma
numittitur sit patens ratio in his missionis non faciendæ: quia cum missio
ex primo decreto possessionem det: & ex secundo decreto dominium, si
passus missionem est dominus, uel saltem datur causa usucapiendi, ff. de
dam. infe. si finita. §. Iulianus. & hæc in his haberi non possunt, concluditur
missionem in his non procedere. Fatentur tamen utrique, quod castrum
uniuersitatem habere non potest, arg. ff. de leg 1. si hæres. 2. §. uicis. C. lib.
xj. de fundis lim. l. quicunque. ff. ad Treb. omnibus. ff. de re. du. l. ciuibus.
Quæstionem autem prædictorum huic unitam, an admittatur uolens par-
tem uniuersitatis defendere, breuiter posui. §, de defen. post prin.

b §. quibus. ¶ Idem Vber. de Bo. qui ultra l. qui potest facere. quam alleg.
ibi gl. ff. de reg. iur. inducit l. si locus. in fi. ff. quemad. ser. ami. ad idem de sta.
mon. ea quæ. uer. illorum.

c Graue. ¶ Vide de hoc, & alijs ad materiam infra de censib. §. secundo.
ad finem.

d Minor. ¶ Alber. Gal. fertur disputasse quæstionem, quæ incipit, Titius con
ueniebat pupillum. scilicet de matre, quam maritus pupillo instituit tutri
cem in minus solenni voluntate: & sic non ualuit datio, C. de confirm. tut.
l. secunda, nec fuit confirmata, nec renunciauit Velleiano, & secundis nu-
ptijs, nec fecit inuentarium, quæ obtulit se defensioni pupilli. nec prædi-
ctis interrogata & lis contestata est, & contra eam, ut tutricem, lata senten
tia, quæ contra pupillum pronunciata fuit nulla, ut debuit, C. in qui. cau. in
integr. restitut. si tutor. & de tut. qui non satisd. l. in dubium. an actore petẽ
te fieri possit executio contra matrem? Et tenet quod non: quia non fuit in
dolo, licet errauerit in iure, ff. de petitio. hæred. sed & si. §. sed scire. Nec
potest dici falsa tutrix, quo ad titulum de fal. tuto. cum ueritatis primor-
dio adiuuetur. ff. de legatis 2. cum filius. §, si hæres. Item actor fuit in culpa,
qui inquire re debuit de prædictis, an fuit confirmata, & an inuentarium
fecisset: de se ergo conqueratur, ff. de fideiussoribus. l. Titius & Seius. Item
dato, quod fuisset falsa tutrix, esset orta contra eum actio ex edicto, quod
cum fal. tu. ff. eodem titulo. l. nouissime. in principio. ergo ad extraordina-
rium auxilium non recurretur, ff. de minor. in causæ, & de Carbo. edict. l.
cum fine.
ADDE, quod Bar. super hoc uersic. & precedenti aliter loquitur in l. si se
obtulit. de re iu. ideo ibi uide.

e L. final. ¶ Multum plenè tractauit hanc quæstio. Mar. de Fan. super
hac leg. & Odoffred. concordes uidentur, ut infra dicam: & uide, quod
dicam de iniur. & damn. dat., & si pignora. libro sexto. in secunda.
glossa.

f Mandatur. ¶ In defectum, secundum Mar. & Odof. per l. fina. ff. de eo, per
quem fac. est.

g Vers. sed pone. ¶ Ibi de fideiussore iudicio sisti, hic de fideiussore iudicatũ
solui: & hi differunt, ut in gl. præ.

11 ¶ †Quid si filiusfamilias ob delictum condemnatur, nunquid fiet executio in paternis bonis? vel nunquid cogetur pater saltem dare curiæ legitimam filio iure naturæ debitam, aut alimenta, quæ filio præstare tenebatur? Et videtur, quòd sic. nam filio succedit curia, cuius bona propter crimen publicum publicantur, vt ff. pro socio, l. actione. §. publicatione. ff. soluto matrim. si marito. Sed constat bona patris esse filij, vt Insti. de hære. qual. & differ. §. sed si. Constat etiam filium in bonis patris habere legitimã, ff. vnde lib. scripto. in fine. C. de inoff. testa. quoniam 2 extra, de testa. Raynaldus. circa medium: & sic à patre alimenta deberi, vt ff. de liber. agno. si quis a liberis. respon. 1. C. de aleu. liber. l. fina. j. distinc. ius naturale. extra, de infan. & lang. expo. capitulo vnico. Vnde videtur, quòd pater soluet condemnationem, & tam legitimam, quàm etiam alimenta curiæ dabit: alioquin hoc ad commodum filij penes patrem remanebit: tum quia inde aletur: tum etiam, quo ad spem succedendi: quoniam bona patris ad filium venire debent. vt in præ. §. sed sui & ff. de liber. & posthum. l. in suis. & sic per consequens maleficia impunita remanebũt: quod esse non debet, ff. ad l. Aquil. ita vulneratus. prope fin. extra de senten. excommunicat. vt famæ. Sed dic contra, scilicet quod cõdemnationem non soluet. nam siue filiusfamilias ex contractu, siue ex delicto condemnetur, non tenetur pater pro illo nisi in quantum factus est locupletior, ff. de iudi. tam ex contractibus, ff. de nox. act. & si condemnatus. Insti. eodem titulo, in fin. ff. de pecul. licet. § ex causa. & §. sed filius. Hinc est, quòd pater, qui nõ consensit nominationi filij, non tenetur de illius mala administratione, vt C. libr. 10. de decur. filios. si enim patre condemnato subuenitur filijs, vt ff. de bon. dam. l. fina. §. si plures. & C. eod. l. fina. ff. de minor. l. 3 §. sed vtrum. in fin. §. ff. de pœnis, crimen. ergo filio condemnato subueniendum est patri: cum par ratio sit hinc inde, ff. ad leg. Aqui. illud. præsertim ubi ipse nec deliquit, nec delinquenti consensit, extra de constit. cognoscentes. extra. de his, quæ fiunt a maio. par. capitul. quæsiuit. C. de pœn. sancimus extra, de renuncia. nisi §. personæ. ad idem C. ne ex delic. defun. l. vnica. Item legitimam curiæ dare non cogetur: imo etiam peculium filij sibi non auferetur, C. de bon. proscript. l. 3. Præterea legitima non debetur filio, nisi de mortuo patre: vt probatur & not. C. de sacrosanct. eccle. authen. si qua. & C. de episc. & cleric. Deo nobis. §. hoc etiam nec filio contra patrem competit actio propter eam, vt no. extr. de test. capitulo, Raynutius in
a glossa, retinebunt, &c. [a] Imò posset pater omnia bona sua in mari iactando filium legitima defraudare, vt notat. C. de inoffi. donation. l. j. Alimenta quoque curiæ non dabit: quia nec pater indistincte tenet ad illa, vbi filius operari, vel alias sibi sufficere potest, vt in prædicta l. si quis à liberis. §. sed si filius. & § parens. Præterea legatum alimentorum non desijt deberi, licet legatarius condemnetur, ff. de ca. dim. eas. & l. legatum. de alim. & cib. lega. solent. §. debebit. & l. is cui. Imo deportato legari potest, vt ff. de his, quæ pro non scri. hab. l. 3. & argum. 86 distinctio. pasce. Quidam tamen dicunt, quòd legitima ad curiam perueniet, vt C. de bo. damn. l. deportatorum. & hoc duntaxat post obitum patris: alimenta verò statim, vt sic ille tanquam malè meritus in exemplum aliorum publica egestate laboret, vt ff. depos. bona fides.
b respon. j. in fi. Sed primum verius [b]. ¶ †Quid si is, contra quem fit
12 executio, nolit rem restituere? Respondeo: manu militari est ei auferenda: & alia etiam remedia dantur. quod dic, vt supra de primo. & secundo decreto. §. iam de effectu. vers. & not. quod si missus. Quòd si non inueniantur bona in iurisdictione iudicis sententiam exequentis tunc fit relatio ad iudicem, in cuius iurisdictione sunt bona condemnati, vt ipse per res & facultates condemnati sententiam exequatur, C. de iu. properandum. § sin autem reus. ff. de re iu. à diuo. in principio, & extr. de foro compet.
c postulasti & c. Romana. § contrahentes [c]. quæ relatio fiet per epistolam hoc modo:
13 ¶FORMA †Talis iudex [d] tali iudici salutem in domino. Cum
d in causa, quæ inter P & T. olim super tali personali actione vertebatur, pro T. contra P. diffinitiuam sententiam duxerimus promulgandam, nos eam volentes ex officij nostri debito debitæ executioni mandari secundum iuris ordinem, ipsius P. bona diligenter exequi fecimus & perquiri. Verum nullis ibidem eius bonis repertis pro certo didicimus in iurisdictione vestra ipsius aliqua bona esse. Cum igitur ad vos secũdum iuris ordinem sit huiusmodi relatio facienda, prudentiam vestram solicitè depræcamur, quatenus eandem sententiam ad ipsius T. petitionem in ministerium iuris per res & facultates condemnati curetis exequi,
14 prout decet. hæc probantur in præ concor. ¶ †Quid si sententia lata sit contra monachum. in cuius bonis fit executio? de hoc j.
e de statu mon. [e] in summa. Et not quod in exequendo sententias, & alia, ita deferendum est maioribus personis, quod iustitia non pereat. extr. de offic. deleg. sanè 3. q. 9. c. fi. ext. de sta. mo. ea quæ prope prin. Sed si executor formam in exequendo nõ obseruat,

fas est sibi obijcere manus, vt C. libr. 10. de iure fis. prohibitum. Qualiter autem is, cui mandatur, quod alicui de beneficio prouideat, mandatum apostolicum exequetur, vide supra de act. seu
15 pe §. super actionib. ¶ †Sed pone, quod debitor sit condemnatus, nunquid fideiussor poterit conueniri? Dicit Vber. quod non intra tempus ad soluendum sibi datum, ar. C. de vsu. rei iu. l. fi. §. fi. sed post sic, ar. ff. de pign. grege. §. etiam. & §. seq. & hoc de iure
f veteri, sed de iure nouo aliud est, secundum eum. Quid [f] si capiatur nomen debitoris, ipse vero negat se debitorem, vt no. in p. l.
16 à diuo. §. sit quoque. & C. quando fisc. vel priua. l. r. & 3. ¶ †Quid si sententia debet executioni mandari contra minorem habentem res mobiles & immobiles, & nomina, nunquid seruabitur ordo? Dicunt quidam, quod sic: alii cõtra. per l. ff. de reb. eor. qui sub tut. vel cur. sunt. l. magis. §. non passim. ibi, vel in nominibus,
g &c. [g] ¶ Quid si debitor habet tantum præbendam, vel redditus, nunquid potest capi in causa iudicati? Respon. sic, ff. de re iu. cõmodis C. quæ res pig. obli. post spem. ext. de fideiuss. c. 2. Si autem condemnatus habet alia bona, nõn fiet executio in stipendiis, C.
17 de execut. rei iu. stipendia. ¶ †Quid si habet tantum feudum? dic, q̃ fructus illius possunt capi in causa iudicati, arg. ff. de lega. 2. peto. §. 1. & vide 5. de primo & secundo decret. § restat. & §. videdum. Quæ exceptiones admittantur post sententiam contra executionem, vide 5. de exceptio. §. dicto. Vtrum in re promissa fiat executio, licet promissor velit soluere interesse, no. j. de fruct. & interesse, §. uisto. uersiculo, item dicimus.

ADDITIONES.

a Retinebunt, &c. ¶ Vide. quod super ea dixi.

b Primum verius. ¶ Huic quæstioni congruè coniungitur quæstio Alb. Gal. extra opus, de vxore Titij condemnata ad decem quæ mihi debebat: qualiter fiet executio, cum nihil habeat extr. dotem, & in dote fieri non potest, quæ constante matrimonio à marito peti non potest, C. de collat. l. dotis. & C. si const. matri. dos fol. fuer. l. vna. nec in alimentis: C. de execu. rei iu. l. stipendia. & quæ res ob. possunt, lege, spem eorum. Non obstat l. commodis. ff. de re iu. quæ loquitur, cum is, contra quem fit executio, nihil aliud habet in bonis. Item cum mulier esse debeat in obsequio mariti, de operis lib. sicut ergo debet ali. Videtur ergo, quòd nomen actionis de dote, quod habet mulier in casum diuortij, capiatur in casum iudicati: nam spe futuræ actionis quis donare potest, C. de dona. spem. ff. de hær. vel act. ven. l. nomina. vel illud nomen vendatur pro eo, quod haberi potest. & in pretio fiet executio, ff. de con. fur. si seruus. ad l. Fal. in quantitate. §. 1. res enim tantũ valet quantum vendi potest, ff. ad l. Rho. de ia. l. 2. §. si nauis.
ADDE an quæstionem Spec. quæ scripsit Barto. in l. cum filius. de verborum obliga. & in l. si finita. §. si de vectigalibus. & quæ ibi posui, ff. de damn. infect.

c §. contrahentes. ¶ lib. 6.

d Iudex. ¶ Inhonestè præponit scribentem pari.

e De sta mona. ¶ in q. 3.

f Quid. ¶ Hic incipiunt ver. Albert. Galeo. & durant usque ad vltimum.

g Nominibus, &c. ¶ Dicit Alb. Gal. quod est verius.

SVMMARIVM.

1 *Sententia post quod tempus sit executioni mandanda.*
2 *Sententia in criminibus lata, post quod tempus sit executioni mandanda.*
3 *Executio sententiæ in seruum latæ differri debet, donec domino rationem reddiderit.*
4 *Executio sententiæ differri debet, dum quis de suo crimine per confessionẽ est confessus.*
5 *Venditio rerum pro pignore captarum post quod tempus fieri possit.*
6 *Delegatus non potest suam sententiam post annum exequi.*

¶ Sententia post quod tempus executioni mandetur.

1 4. §. Videndum restat, †post quod tempus sententia sit executioni mandanda. Et quidẽ in personalibus regulariter post quatuor menses & non ante, extr. de off. de leg. quærenti. ext. de sen. & re iu. quod ad consultationem. C. de usu. rei iu. l. 2. & l. fi in prin. ff. de iu. si debitori. Interdum tamẽ quadrimestre tempus, causa cognita, arctari potest & elogari, inspecta qualitate & quantitate causæ, & personarum, & locorum, & tẽporũ, ut in præ. c. quod ad consultationem. & ff. e. l. 2. Si uero sine iusta causa fiat illius tẽporis abbreuiatio, supletur illud tempus condemnato legis beneficio, ut ff. eo. l. 4. §. si quis

a qs [a]. In reali vero actione si nõ est appellatũ à sñia, nec restitut io postulata, si res illa sit presens, est statim post decendium executioni mandanda: quoniam tunc transit sententia in rem iudicatam, vt Inst. de offi. iud. in prin. ext. de ele. cum dilect. ext. de
¶FORMA. Mandamus, quatenus, si vobis constiterit, quod prę fatus clericus pecuniam in totum vel in partem nõ possit ob paupertatem soluere, sc. dictam, recepta prius ab eo sufficienti & idonea cautione, quod quam cito ad pinguiorem fortunam peruenerit, pecuniam ipsam soluet creditoribus memoratis, sententiam ipsam iuxta formam ecclesiæ relaxetis, ext. de solut. Odoardus. de restit. spol. olim. 2. Sed si citatus super aliquo crimine coram ordinario excipit, quod non ad eum, sed ad præpositũ & capitulum hoc spectet cognoscere, & quia non auditur, appellat, ordinarius tamen nihilominus eum excommunicat, sic concluditur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si dictam excõmunicationis sniam inueneris post appellationem ad nos legitime interpositam esse latam, denuncies, &c. vt s. proxi. Quando quis iniuste se excommunicatum, & propter hoc damna grauia pertulisse asserens, eo absoluto de excommunicatione conqueritur, ille uero excipit, conquerẽtem excõicatum fore, sed cum huiusmodi exceptio non admittatur, appellatio sic concluditur:

¶FORMA. Mandemus, quatenus si est ita, reuocato, &c. usque audias. iunge, quæ partes hinc inde duxerint proponenda. & auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, &c. facientes, &c. appellantem, &c. ¶Si vero delegatus sine causa excommunicat aliquem non confessum in iudicio, non conuictum, non se contumaciter absentantem, propter quod appellatur, sic concluditur:

FORMA.

ADDITIO.

a Sed mirum. ¶ Hoc est falsum, vt dicetur c. 1. lib. 6. & dic, vt ibi no, in gl. nõ quid.

¶FORMA. Mandamus quatenus si ita est, dictam sententiam nullam penitus nunciantes, reuocantes in statum debitum, quicquid post appellationem eandem vobis constiterit temere attẽtatum in causa, &c alioquin partes, &c. 2.q.1. nos in quenquam,
39 ext. de const. ecclesia. de maio. & ob. inter quatuor. ¶ † Si autem appelletur, quia iudex admittit aliquem ad causam sine mandato iudex vero non vult apostolos concedere, imo appellantem excommunicat, & suspendit, sic concludetur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si dictas excommunicationis & suspensionis sententias post huiusmodi appellationẽ inueneris esse latas denuncies eas penitus non tenere, ac reuocans in statum debitum, quicquid post appellationem eandem tibi constiterit temere attentatum: in eadem causa iuxta priorum continentiam literarũ, appellatione remota, præuia ratione procedas. alioquin partes ad prioris iudicis remittas examen, appellantem
40 &c. extra de procurator. c.j. ¶ † Inseritur etiam & alia grauamina propter quę appellari consueuit. Vnde nota, quod si aliquis vult super appellatione literas impetrare, considerãdæ sunt personæ litigantiũ, & res, vel causæ, super quibus agebatur, & exceptionis, quæ proponebatur, qualitas, & quale sit, quod dicitur illa tum grauamen: vt, his consideratis, sciri possit, vtrum iuste, vel in
41 iuste appellans, vel impetrans conqueratur. ¶ † Item in literis, q̃ super appellationibus impetrantur, in narrationibus uerba consueta nullatenus omittantur: puta si allegatum est à conuento tẽpus feriatum, adiici consueuit, cum esset circa rusticam rẽ occupatus, vt C. de fer. l. omnes iudices. §. ruri. Item ad considerationẽ causæ additur, cum nõ vrgeret necessitas, nec pietas suaderet, ut ext de fer. c. fi. Aduertẽda est etiam q. nam hæc exceptio feriarũ non potest in omni quæstione proponi, vt patet ff. de fer. §. quid in eis. Itẽ si in quæstione criminali, vel alia, quæ exigit principalis
a personæ præsentiam, vt extra de iud. iuris.[a] conqueratur aliquis quod eius procurator minime sit admissus, literæ denegantur.
42 ¶ † Et generaliter, cum quis de procuratore nõ admisso conqueritur debet sic in narratione proponi:

FORMA. Talis iudex eius procuratorẽ legitimum non admisit mandatum sufficiens exhibentem, cum causa rationabilis nõ subesset propter quam deberet personaliter in iudicio comparere quod ideo ponitur, quia in illis quæstionibus, in quibus consueuit recipi procurator, potest aliqua causa mouere iudicem, ut p̃curatore non admisso, præsentiam exigat principalis. Et sic in his & similibus sunt ea, quæ dictat iuris ratio, & vsus Romanæ curiæ exigit aduertenda. Est n. satis difficile conclusiones in reuocato-
43 riis formare, ar. extra de testib constitutis. ¶ † Cauent autem officiales curiæ, quia frequenter appellantes fingunt sibi exceptiones, vt iurisdictiones iudicũ, & domini Papæ prouisiões eludãt. Verbi gratia: exceptio de loco non tuto, quæ plerunque ad fugã ab impetrante confingitur, non debet contra literas super prouisione obtentas indistincte, ac sine determinatione concedi. Beneficiis enim suis & prouisionibus impetrans plerũque propter huiusmodi subterfugia fraudaret: quod esse non debet. extra de p. mo. c. 1. & propter hoc petatur exprimi in literis, quid cõtra illũ qui literas super prouisione obtinuit, volebat proponere: ad q̃ proponendum locum sibi petebat assignari securum, puta quod dicat se priuilegium immunitatis habere, vel in rescripto fore adiectum, si pro alio nõ direximus scripta nostra, & ipsam ecclesiam, à qua prouisio petitur, esse super aliorum prouisione grauatam, vel similia, quæ in talibus consueuerunt repellere impetrantes: licet in aliis, quæ ex natura sui ab imitio habent quæstionem, cum super his impetratur rescriptum, & propter hoc impetratur vt quæstio cum causæ cognitione & ordine iudiciario terminetur simpliciter, impetrãs consueuit admitti. Si conqueratur, q̃ ad locum trahebatur non tutum, & alium iudex denegabat assignare securum, humiliter requisitus, extra vt lite non contest. accedens. 2. ff. de iud. si longius. extra de app. ex parte. & in his & aliis pluribus rigidus sit aliquis ad impediendas, aut facilis ad expediendas literas, prout ex personarum qualitate & causarum cognitione poterit: pro sua industria cognoscere fraudem, vel iustitiam impetrantis. Si quis aut ẽ dicit, aduersarium suum aliã cãm in literis cõfinxisse, quam ex qua appellauit coram iudicibus, nõ
44 est statim eis iurisdictio auferẽda: quia fieret eis iniurie. ¶ † Illud quoque notãdum est, quod quando dicitur appellatum à diuersis iudicibus ab vtraque parte, tunc melius dicitur, impetrantem quam appellantem in expensis condemnandum. ¶ Item cum dicitur appellatum ante sententiam, in fine debet sequi post appellationem huiusmodi. Si vero à sententia, tunc dicitur post appel
b lationem. ff. ver. in his. Item cum appellans[b] dicit, suos iudices appellationis de appellatione non cognito partes remisisse ad suos
c iudices a quibus est appellatum: & ideo si dicit se appellasse, nõ valet:[c] quia si probare noluit de appellatiõe, quam dixit se inter
45 posuisse, iudices bene fecerunt. ¶ † Item cum duo grauamina sese compatientia proponuntur, & propter ea nõ admissa dicitur
d appellatum, dantur literæ [illegible] eis.[d] Si vero se non compatiuntur, super altero tantum dantur, nec alię super reliquo dãtur: quia si forte vno non probato pronunciaret causam ad priorem iudicem remittendam, propter aliud vellet causam inchoare: & sic iudicium frustraretur. Item cum in litera illatum grauamen exprimitur, non debet dici, idem sentiens indebite se grauari. Item si appellans à diffinitiua, dicens, quod iudex appellatiõis sępe requisitus per annum, & amplius, causam tenuit in suspenso, petat, quod si iudex ipse monitus non procedat intra tempus præfigendum, ex tunc alius in causa procedat iuxta traditam illi formam, literę non dantur: quia cum appellatiõis causa intra annum terminata non fuerit, rata manet sentẽtia, vnde subuenitur ei per exceptionem. extra de ap. cum sit Romana. 2.q. 6. ei qui. Item cum missus in possessionem non potuit anno iam elapso nanciscì possessionem rerum, in quibus missio facta est, ne contumax melioris, quam obediens conditionis existat, sic concluditur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, dictum clericum in possessionem ipsam, sicut iustũ fuerit, inducatis, & defendatis inductum, contradictores, &c. extra de dol. & contu. contingit.
46 ¶ † Quod si Decano & priore datis executoribus, priore absente nec se excusante, decanus procedat, propter quod prior absens appelleț, sic concluditur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, reuocato, &c. vsque attentatum. iunge, in negotio ipso iuxta directarum ad Priorem & eundem decanum continentiam literarum appellatione remota ratione præuia procedas. Alioquin tu fili Prior cum predicto decano in negotio procedatis eodem, iuxta traditam vobis formã. ¶ Si uero duo, puta archiepiscopus & archidiaconus tertio iudice, puta decano, absente irrequisito, & se non excusante in causa procedant, propter quod impetrator appellat, & impetrat super hoc ad alium episcopum, & ipsum decanum, sic concluditur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, reuocatę, &c. vsque attentatum. iunge, negotio ipso, iuxta tenorem literarum ad archiepiscopum, & ad te decanum & ad archidiaconum directarũ, eadem ratione præuia procedatis: alioquin, tu decane, cũ archiepiscopo, & archidiacono supra dictis in negotio procedatis eodem iuxta literarum continentiam earundem, appellantem, &c.
47 ¶ † Si autem executor excedens formam mandati assignat stallum in choro, & locum in capitulo, propter quod appellatur, sic concluditur:

¶FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, ipsius executores, sicut iustum fuerit, reuocato processu, in negocio ipso ratiõe præuia procedatis iuxta directarum ad præsatum Abbatem continẽtiã literarũ: alioquin processum ipsum, prout est canonicus, faciatis
48 auctoritate nostra appellatiõe remota firmiter obseruari. ¶ † Item si procurator per errorem impetrat, non super grauamine propter quod appellatum fuerit, sed super alio sic, quando oportuit appellatum ad curiam mittere: vnde lapsus est annus, quidatur ad prosequẽdam appellationem, & etiam duo menses vltra fluxerunt: quare supplicat sibi super hoc misericorditer prouideri, sic concluditur:

¶FORMA. Mãdamus, quatenus, si de huiusmodi errore & prædicta causa appellationis tibi constiterit, dictas sententias nullas esse, penitus nuncies, ac reuoces, si quid aliud post appellationẽ huiusmodi inueneris temere attentatũ in causa, iuxta prioris mãdati no-

ADDITIONES.

a Iuris. ¶ Lib. 6.

b Appellans. ¶ Hic auctor diuertit à filo, in quo clarior est sermo, quam hic ibi enim sic dicit: Si appellauerit quis à iudice, qui de appellatione cognoscere debebat, quia de appellatione non cognito in principali ꝺ iustitiam ꝓcedebat: aut ille erat iudex super appellatione interposita à diffinitiua frustratoria est appellatio, & literæ denegantur. habet enim talis iudex super principali cognoscere. Aut erat datus super appellatione interposita à grauamine: quo casu si datus erat ad petitionem aduersarii eius, qui modo forte nitit impetrare: vt ipse dicat, ꝙ aduersarius se appellasse ꝓfingens super appellatiõe sua ad tales literas impetrauit, & iudex de appellatiõe nõ cognito super principali contra iustitiam cognoscebat, & propter hoc se appellasse proponat literæ conceduntur. Si uero quis dicat iudicem à se super appellatione, q̃ ipse interposuit à grauamine impetratum *in hoc ipsum* grauasse, ꝙ de appellatione nõ cognito de principali cognoscebat, iste se grauatum innuit ex eo, ꝙ perductum est ad effectum ꝙ principaliter intendebat. Nam appellans à grauamine qui impetrat iudicem super appellatione, hoc principaliter intendit, vt nõ remittatur ad eum, à quo appellauit: sed iudex super appellatione sua datus de principali cognoscat, secundum dec. vt debitus. & ideo literæ non dabuntur.

c Non valet. ¶ Hoc esset malè dictum, nisi iustificarent sequentia, quæ huic verbo præmitti debuissent.

d Super eis. ¶ Contrarium dicit ff. e. §. 6. col. ver. si autem non sit æquum esse, quod hic dicitur: licet & contrarium habeat æquitatem, vt dixi co. tit. cum c causam. super vlt. gl. & no. in cle. eo. tit. appellantem. in vi. gl.

dati nostri ad dictum talem directi tenorem, ratione præuia procedas: alioquin partes ad eiusdem iudicis remittens examē, appellantē, &c. testes autem, &c. ¶ Item si vir auctoritate propria vxore dimissa, impetrat contra eam ad iudices super impedimēto p̄ sanguinitatis: ea vero petente coram eis ante omnia viri restitutionem, ipsi solum super principali cognoscere volunt, propter quod ipsa appellat, sic concluditur.

¶ FORMA. Mādamus, quatenus, si est ita mulieri virum restitui faciatis, quæ post eius appellationem acta sunt, in irritum reuocā tes: postmodum causam super matrimonio audiatis, & fine canonico terminetis extra de resti. spol. ex conquestiōe. Quod si iudex delegatus propter contumaciam rei, res, de quibus agitur, seque strat, in quibus tamen actor mittendus fuisset in possessionē causa rei seruandæ, & reo petente res huiusmodi sibi restitui, actor excipit iudicem non habere iurisdictionem: quia causa alii est cōmissa. licet in huiusmodi commissione nulla de primis literis mētio fiat, sic concluditur:

¶ FORMA. Mandamus, quatenus præscriptam causam secundum formam priorum literarum, non obstantibus posterioribus, terminetis, expensas, quas propter hoc reus fecisse dignoscit, ei ab actore restitui faciēres ¶ Si autem appellatum fuit, quia iudex in causa matrimoniali non faciebat processum redigi in scriptis, sic concluditur:

¶ FORMA. Mādamus, quatenus, si est ita, reuocato in statum, &c. vsque, audias iunge, & causam appellatione remota decidas, faciens, &c. alioquin partes ad prioris, &c. appellantem in expēsis, &c. extra de testib. Alb ericus. de prob. quoniam contra. ¶ Sed & si appellās ab ordinario, p̄ficto aliquo grauamine, cui appellationi iudex detulit, iusto impedimento cessante nō prosequitur appellationem intra tempus legitimum. sic concluditur:

¶ FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, partibus conuocatis &c. vsque, obseruari, &c. alioquin, &c. appellatum, &c. ¶ Quod si iudex contra quem causa suspitionis proponitur, requisitus non vult dare arbitros, qui de suspicione cognoscant, sic concluditur:

¶ FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, reuocato, &c. vsq; attentatū. iunge, in causa ipsa. & c alioquin partes, &c. extra de offi. del. suspicionis. & de ap. cū speciali. & c. legitima. ¶ Quod si ea committatur alicui prelato, vel alicui monacho simplici, qui th in litera apostolica Prior vocatur, & idem monachus causam alteri committit, corā quo subdelegato excipitur: q̄ non potest p huiusmodi literas falsitate suggesta obtentas procedere: & quia exceptio non admittitur, appellatur: sic concluditur:

¶ FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita reuocetis, &c. vsque attentatum, & c iunge: alioquin partes ad subdelegatum remittatis eundem, appellantem: &c. Sed & si subdelegatus committit alteri toraliter vices suas, propter quod is, contra quem literæ obtentæ fuerunt, appellat, sic concluditur:

¶ FORMA. Mandamus, quatenus, si est ita, reuocato, &c. vsque attentatum. iunge in eodem procedatis negotio iuxta priorum continentiam literarum: alioquin partes remittatis ad illos, ad quos de iure videritis remittendos, appellantem, &c. C. de iud. à iudice ext. de of del super quæstionum. § i. ¶ Si autem cum quæstio inter aliquos verteretur, aliquis coram iudice se obtulit, & petit se admitti ad docendum de interesse & iure suo, & non fuit admissus, licet admitti debuerit, propter quod appellauit, extr. de restib. veniens. tunc sic concluditur:

¶ FORMA. Mandamus quatenus, si est ita, reuocato in statū debitū, quicquid post appellationem huiusmodi inueneris in eius præiudicium temere attentatum, audias, quæ idem pro iure suo duxerit proponenda, & auditis hinc inde propositis, quod iustū fuerit, appellatione remota decernas, faciēs &c. alioqui in negotio supersedas memorato: appellantem: &c. Et nota quod cum quis rem suam agi conspiciens: postulat à iudice delegato, ut paratus de iure suo docere audiatur: & quia nō auditur appellat, nō debet poni clausula, Alioquin partes ad priorum iudicum, &c. sufficiat præmissa exempli gratia posuisse quæ autem hic desunt vide s. de resc. præsent. §. ratione formę. ¶ Sed pone, quod in cōmissione, quæ fit super causa appellationis, nō exprimitur nomē

a iudicis, à quo dicitur appellatū, a nunquid valet talis commissio? & videtur, quod non: quia in appellatiōe debet contineri nomē eius, vt ff. de ap. l. j. §. finali. & etiam in apostolis, ff. de libellis dimissoriis, l. j. ad idem 2. q. 8. libellorum. Nam sunt quidam, à quorum sententiis appellari non potest, vt 3. §. videndum. Idem etiam dicitur in rescriptis, 25 qu. 2. si qua. & in instrumentis, C. de mand. prin. l. vnic & in nominatione, vt 2. q 6. nominationes ff de transact cum hi Arg. contra, quia ex quo de causa & de personis, inter quas sententia lata est, mentio fit in rescripto, satis videtur de iudice mentio esse facta, ff. de rei vend. in rem. ff. de cond. inst. nominarim. ff. de hered. instituen. quoties. § si quis nomen. nam & si nomen fundi non dicatur, sufficit ponere fines, ff. de censi. forma. licet enim aliquid omissum sit, tamen omnia præsumunt solenniter acta, ff. de uent. inspic. l. j. & ad hoc facit ff. de verb. obl. cum seruus. ff. de ap. l. 3 §. fi. & l. appellari. ff. de suspec. tut. scire. ff. de cond. & demonst. cum tale. § penu. Et hoc tenet Vbert. dicens quod delegatus poterit procedere. ¶ Item quæritur, si constat p testes, uel confessionem aduersarii, me appellasse à sententia contra me lata, nunquid sufficit hoc, vt videar etiam probasse, quod intra decendium appellauerim? Et videtur, quod sic: quia intelligor legitime appellasse, ex quo appellatio probatur, argum. C. de contrahend. & commit. stip. l. j. Verba enim cum effectu intelligenda sunt, ext. de cleric. non resi. relatum. Sed dic contra. oportet enim probare, quod intra tempus legitimum appellauerim, extr. de app Romana. § si vero. extra de testibus, significauerunt. qui enim solennitatem substantialem allegat, eam probare debet. ff. de Publicia. quæcunque. §. quæ à pupillo. ¶ Vtrum iudex appellationis pronunciabit secundum ius commune, uel secundum consuetudinem, & secundum quam, notatur, secundum Papam, extra de consuet. super rub. & vide supra de feriis, § 1. uersi. sed pone.

ADDITIO.

a Appellatum. ¶ De nomine appellati si non exprimitur in appellatione, 3. §. qualiter. uer. hoc etiam no.

SVMMARIVM

1 *Appellatione pendente quibus casibus liceat aliquid innouare.*
2 *Appellatione pendente nil innouandum, qualiter intelligatur.*
3 *Ordinarius potest post appellationem possessionem turbatam reformare.*
4 *Iudex, à quo appellatum est, qualiter debeat appellatione pendente supersedere.*
5 *Facta per priorem iudicem appellatione pendente tenent, si non fiat inhibitio.*
6 *Causa appellationis quare maior dicatur, quam principalis.*
7 *Primo iudice qualitercunque appellatione pendente procedente, si veritas causæ approbetur, reuocantur quæcunque fecerit. & nu. 10.*
Lis seu appellatio, non debet aliquem sua possessione priuare.
8 *Officium, vel possessio, uel aliud ius, an per appellationem transferantur ad iudicem appellationis.*
9 *Iudice appellationis iniustam esse appellationem proferente, ratum manet quicquid primus fecerit post appellationem.*
11 *Appellatione extraiudicialiter facta, quo pacto post talem appellationem per iudicem acta reuocari debeant.*
12 *Facta medio tempore inter sententiam & appellationem, an per appellationem extinguantur.*
13 *Appellatio in electionibus quid operetur.*
14 *Reuocatio attentatorum an causa appellationis cognita fieri possit: & sub qua forma.*
15 *Cognoscere & diffinire de appellationis iustitia, uel iniustitia, ad quem spectet.*
16 *Collatio beneficij per aliquod capitulum quibus casibus veniat reuocanda.*
17 *Vitium contractus litigiosi in quo casu locum habere dicatur.*
18 *Motio litis personalis an faciat rem litigiosam.*
19 *Prohibitio de re litigiosa non alienanda quibus tantum fieri debeat.*
20 *Commodo suæ possessionis nemo sine causæ cognitione priuari debet.*
21 *Ad auxilium extraordinarium recurrendum non est, quandiu super est ordinarium.*
22 *Reuocato in causa appellationis vno articulo libelli prætextu appellationis, an cæteri omnes reuocati censeantur.*

¶ Appellationis effectus quis sit.

11. §. Nouissime de effectu appellationis est videndum. Et quidē effectus is est, ut ea pendente nil innouetur, sed omnia in eo statu permaneant, in quo erant tempore appellationis emissæ, 2. q. 6. appellatione interposita. ff. nil inno. appell. pend. l. vnica, extra. de appell. bonæ.
1 & capitu. secundo requiris. C. eodem, l. 3. ¶ † Excipiuntur tamen quidam casus, in quibus aliquid innouatur. ¶ Primus, cum reus suspectus est de dilapidatione fructuum rei actori adiudicatæ. nam tunc fructus sequestrantur, 2. quæstio. 6. capitu. quoties. primo. C. quomm. appell. non recip. ab executione. extra de seque. possess. capitu. fin ff. de appell. Imperatores. ¶ Secundus est, cum hæres conuictus super legato appellat. non enim defertur appellationi: imo cauere debet de eo restituendo, ff. vt leg. vel fideicomm nom caue. l. postquam. §. Imperator. ¶ Tertius, si condemnatus de crimine appellat, nec potest dare fideiussores: quoniam erit in carcere usque dum veniat ad eum, ad

quem appellauit,argumen. 2.quæstio.6.c.arguta.& C.de ap.eos. qui.§.super his.¶Quartus in illis casibus in quibus appellatio nō admittitur,vt s.§.in qbus de hoc 2.que.1.appellatione.¶Quintus est,nam si excommunicatus appellat à sententia excommunicationis,post appellationem potest denunciari excommunicatus,extra de ap.pastoralis.de hoc,vt s.§.in quibus. & uersicu. 27.¶Sextus,secundum Inno.quia si agitur personali actione, ut exempto,uel simili,& res petita alienetur,tenet alienatio.Sed contra ff.nil noua.appel. pend.l.1. C.de ap.appellatione.2. quæstio. 6.c.appellatiōe.vbi dicitur,quod status causæ mutari non debet appellatione pendente.Sed dic,quod non mutatur,nec præiudicatur appellationi:quia ita condemnabitur persona,si res petita alienetur,ac si non alienasset.quod dic,ut suprà.de interrogat.§. fin.versicul.uerum quia.Item contra in authen.vt nulli iud.§.super hoc.ubi prohibetur iudex transferre possessionem rei petitæ ab vno litigantium in alterum.Sed dic, quod ibi non prohibet
2 pars transferre in extraneum.¶†Quod ergo dicitur, Appellatione pendente nil esse innouandum,supple Per iudicem.nam pars, nō obstante appellatione alterius, potest uti iure suo. quod dic, vt infra,versic.verum.Si vero agitur reali actione,puta de dominio,tunc fateor,quod non tenet alienatio:nō ea ratione,quia facta est appellatione pendente:sed quia res est litigiosa, infra uersi.verum.& supra de accusat §.1.ver.vt autem.¶Septimus,quia tenet sententia lata post appellationem, nec reuocatur in casu, quem habes infra de no.crim.§ 1.uersicu.quid si auditis.¶ Octauus in casu,qui est supra §.in quibus.versicu.xvii.ibi, dicitur ēt. ¶ Nonus: quia iudex, à quo appellatum est, qnque interponit suam iurisdictionem propter periculum animarum,& in fauorē matrimonii,vt extra de matri.contra interdi. ecclesiæ contracto c.2.Quidam tamen illud intelligunt solum in ordinario.¶ Decimus,quia licet iudex detulerit appellationi,tamen interomittit se de iurisdictione,absoluēdo ab excommunicatione,,& cautionē nomine ecclesiæ recipiendo,ut extra eo qua fronte.ubi de hoc,
a secundum Papam.[a]¶†Vndecimus,quia ordinarius potest post
3 appellationem possessionem turbatam reformare, vt extra e.cū reneamur.¶Duodecimus quia vbi ordinarius ignorat appellatū fuisse ad superiorem,tenet sententia contra appellantem per eū lata,extra eo.si duobus.¶ Decimustertius: quia potest appellantem notorie delinquentem punire ut eodem ti.proposuit. in fi. ¶Decimusquartus,quia potest tempus legis moderari, ut eodē ti.cum sit resp.primo.¶Decumusquintus,quia potest appellantem cogere propriam appellationem prosequi,ut eodem ti.cōsuluit.primo,in fi.& c.reprehensibilis.§.1.¶Decimissextus, quia si præfixus sit à iudice terminus ad prosequendam appellationē, &appellans intra illud non prosequitur,iudex poterit sententiā exequi, vel in causa procedere,ut eodem ti.cum sit Romana.uersicul.quod si is.& c.ad hoc,& infra & c.ad aures.Quidam tamen dicunt,quod non manet sententia diffinitiua rata,licet huiusmodi terminus sit elapsus,nisi lapsum fuerit tempus iuris:quod non
b placet.quod dic,secundum Papam,ut no.eodem tit.per sonas.[b]
4 ¶†Sed cū supra prox.§.de inhibitione iudicis appellationis diximus,vtile est,hic vt inferamus,qualiter iudex,à quo appellatū est,debeat appellatione pendente supersedere: & de reuocatiōe eorum,quę fiunt post appellationem.Quæritur ergo, an primus judex debet supersedere,an vero in causa procedere,quam citò scit iudicem appellationis de veritate causæ appellatiōis cognoscere,licet hoc ei à iudice appellationis non mandetur?& an tene
c at,quod agit,si postea procedit[c]?Respon.dicunt quidam qđ tenet,quod fecit ante inhibitionem super negotio in principali:quia illud non tangit processum iudicis appellationis,argum.extra de
d appel Romana.§.quod si obiiciatur.[d]vbi dicitur,quod iudex appellationis,postquam incepit cognoscere de ueritate causæ ap-
5 pellationis,potest inhibere priori iudici ne procedat.¶† Cum igitur illud sit nouum beneficium, datum iudici appellationis, uidetur,quod teneat,quod fit per priorem iudicem,si nō fiat inhibitio,uel priusquam ad illum inhibitio perueniat. argumentum ext de rest.spol.audita. Alias enim sequi potuisset magnum inconueniens,ut si quis in curia Romana prosequatur causam appellatiōis per procuratorem,& in prouincia causam principalē per se coram primo,qui non detulit appellationi,& qui nihil scit de prosecutione appellatiōis.Iniustum enim esset,si propter hoc solū,quod superior cognoscit de ueritate appellatiōis, licet postea constet quod non sit vera,cassaretur processus primi, qui in nullo peccauit,cum nihil sciret.Alii tamen dicunt contra, quod non ualet,postquam secūdus incipit cognoscere de veritate causæ appellatiōis,licet sibi non fuerit inhibitum, quia satis intelligitur parti inhibitū,quæ præsens est in prosecutione appellatiōis. Sed & si non esset præsens,sed contumax, non debet sibi contumacia sua prodesse,vt extra,de postul.prelat.c.primo, prope fi. imo contumacia repręsentat eum præsentem,ff.de re iudic. contumacia.extra de dolo & contum.veritatis.& ex quo ius concedit iudici appellationis, quod cognoscat de ueritate causæ appellationis, ut extra de rescript.dile[illegible]us Ioan. in fin. videtur abstulisse priori per consequens potestatem cognoscendi de principali. Argument.extra de offic. delegat. pastoralis §. præterea.ff.de iudic.cum prętor.in principio.Item dicit lex, quod per minorem causam non debet præiudicari maioris causæ co-
6 gnitioni,ff.eodem. qui minorem.¶†Et certum est,quod maior est causa appellationis, quam principalis: tum propter auctoritatem maioris iudicis,ut extra.de offic.deleg.sanè.& capi. pastoralis.§.quia vero.tum quia de pluribus cognoscit, scilicet de appellatione: & etiam quandoque de principali, ut supra §. de officio. Et ad hoc etiam facit decret.vt debitus.ubi dicit,ad priorem iudicem remittat. Sed primi his omnibus respondēt: & dicunt prædictum §.quod si.loqui, postquam priori denunciatum est, uel ipse alias nouit, quod secundus cœpit cognosce
7 re de veritate causę appellationis.¶†Illud autem certum est,qđ siue ante inhibitionem, siue post,siue ante sententiam iudicis appellationis, siue post, primus processerit, probata ueritate causæ appellationis, reuocabitur, quicquid fecerit,extra,de appel. ex parte.Et hæc verasunt, cū in iudicio appellat:si uero ext.quis superior incipiat cognoscere,de appellatiōe seu de principali, siue alio modo, non ideo debet impediri ius primi, uel alterius hominis, quin illud exequatur, vt prius: nam lis, seu appellatio non debet aliquem sua possessione priuare, extra ut lit.pend.
c per totum, extra.de re iudic.cum super.& de hoc,secundum pa
c pam, extra de maio.& obedien.dilecti.[e] quamuis & hoc ipsum
8 sit in iudicio. Et est ratio: † quia officium, vel possessio, uel aliud ius, non transfertur ad iudicem appellationis, sed solum iurisdictio: qua ratione etiam dici potest, quod si appello, ne quis instituatur in aliqua ecclesia, sed prælatus nihilominus instituit, si pendente causa huiusmodi appellationis iterum imminet institutio facienda, iudex appellationis non prohibebit prelatum instituere: sed si prælatus me excommunicet, quia illum non habeo pro instituto, non tenet sententia: quia iurisdictio, cuius pars est excommunicatio,ad superiorem est deuoluta,ut dixi. Et hoc verum est, postquam superior cœperit de principali cognoscere, scilicet an ad prælatum pertineat institutio nam in appellationibus, quæ fiunt extra iudicium, non quæritur aliter de veritate, vel iustitia causæ appellationis: sed de ipso principali solum, cum sint procurationes ad causam.ut extra.de appell.cum sit Romana. Argumentum tamen contra,eo
f dem titulo, ut nostrum.[f] & iunge hic quod habetur infra.uersic.
9 verum. ¶† Porro si cognoscens de principali à quo appellatur non defert appellationi, quia eam dicit interpositam post decē dies, vel nulla causa expressa, vel iniusta, vel falsa, sed procedit ad sententiam, iudex quoque appellationis procedit, & pnunciat bene, vel ex iusta causa appellatum esse, cassando processum prioris iudicis, & consequenter pronunciando super principali, siue bene, siue male, tenet sententia iudicis appellationis lata contra ius litigatoris: nec reuocabitur, nisi fuerit appellatū: cum constet eum habere iudicem, vt 2.quæstion.6.§. diffinitiua extra.de re iudic cum inter vos. Nec obstat quod lata est contra res prius iudicatas: quia prima non tenuit, vt pote post appellationem latam, ff.quæ sent sine appell.resc in.l.1. Si uero iudex appellationis pronunciet appellationem iniustam ex præmissis causis, tunc ratum manet quicquid primus facit post appellationem, cui non detulit, nisi appellans obtulisset se probaturum coram eo veritatem causæ, nec fuisset admissus: quo casu tenet appellatio, etiam si falsa sit causa: nec est necesse cognosci de veritate ipsius, ut infra.versicul.prox.& ideo cassabit iudex appellationis quicquid inuenerit factum post appellationem, nisi notorium esset,causam appellationis esse falsam.extra eod.cum sit Romana. Et idem dicunt quidam de eo, quod factum est post inhibitionem legitimam, vt supra.argumen. ff.nil no.ap.penden.l.1.Alij contra: & dicunt, quod præd. lex loquitur in appellationibus post sententiam interpositis, vel post decretum cum causæ cognitione interpositum: quia tunc reuocabitur,quicquid factum est post appellationem,priusquam de ipsa cognoscatur,ut ibi,& not.ext.de exceptio.dilectæ secundum
g Papam,[g] nisi patens sit sententiam fore iniustam. Quod dic,ut no.ext.

ADDITIONES.

a Secundum Papam. ¶ Ibi scripsi in glo.no.secundum Inno.
b Personas. ¶ Ibi scripsi super verbo,sententiæ.& c.ex ratione.super j. gloss.
c Procedit. ¶ De hoc,de quo tractauit Innocen.in §.quod si obijcitur.itatim allegato,scripsi in decretalem. non solum.de appell.lib.6.super ver. post inhibitionem.ubi quod plus est,teneo, quod etiam infinuatio iudicis a[illegible] lationis sine inhibitione non sufficeret:ibi uide.
d Obiiciatur. ¶ lib.6.
e Dilecti. ¶ Vbi scripsi in glo.sed quod prodest.
f Nostrum. ¶ Vbi traditio sigilli facta post secundum mandatum.dirē spiciebat negotium principale.
g Secundum Papam. ¶ Vbi scripsi super ver.reuocato.

2 no.ext.de of.del.c.pastoralis.§.quia vero.ibi no secundum Inn.[2] quid iuris sit de his,quæ fiunt post appellationem à sententia interpositam. Præmissa autem obtinēt in appellationibus ante sententiam. ¶ Regulariter autem tenendum est,quod ea quæ appellatione interposita attentantur,reuocantur, 2.q.6.c.appellatio
b ne interposita.Quod dic,ut s.ti.prox.§.est autē.& s.e.§.in prin.[b] vel post nuncii missionem, extr de of.del.cū causa.uel post iterarreptum,ext.de ap.dilecti filii uel lite pendente,ext.ut lite pen.
10 per totum.¶† Illud quoque certum est q̄ cum in iudicio appellatur,probata veritate probabilis causæ,uel saltē probato, quod se obtulit probaturum,nec fuit admissus,reuocabitur quicquid factum est post appellationem,vt ext.de ap.ex parte.& c.interposita in prin & §.§.qualiter.uer sunt quoq;.& s.uer.proxi.sicut & in nūciatiōe noui operis sufficit probare,quod obtulit quis cautionem de demoliendo opus,vt ext.de no.ope.nunc.c. fi. uer. 2.
11 & uer.sed cum.¶† Vbi vero extra iudicium appellatur, non sufficit allegare causam similiter,quo ad reuocationē eorum, quæ fiunt post appellationem,quæ fuerit interposita ex causa probabili,nisi doceatur vera:sed ea probata uera,reuocabuntur quæ facta sunt post eam,vt ext.de app.constiturus.nisi in causa quæ est ext.de iure pa.c.pastoralis.Nec etiā sufficit probare,quod se obtulit probaturum,nisi prius doceatur de veritate causæ, vt ꝓbatur ext.de elect cum inter canonicos prope fi.ibi.cōfirmetis ipsius,&c. vbi dicitur,quod electio facta post appellationē probabilem debet cassari.Ratio diuersitatis est:quia cum quis appellat extra iudicium,non est coram quo se offerat probaturū,nisi forte coram confirmatore electionis,uel coram consecratore. Sed cum in iudicio appellatur,potest appellans coram eo,à quo appellat,offerre se paratum probare suā exceptionem.quæ dic,se-
c cūdum Papam,vt in præd.c.cum inter.[c] & ext. de despon. impu-
d ad dissoluēdum.[d] & tetigi s.de actio.seu per.§ super actionibus. ad fi.ver.sed quid si antequam Quod autem dixi,quod in appellatione extra iudicium non sufficit,quo ad reuocationem attentatorum,probare appellatū esse ex causa probabili, nisi sit vera, verum est,cum appellatur propter exceptionem non admissam, vt in præd.c.cum inter canonicos.vbi non fuit admissa exceptio illa de morbo epileptico.Secus autem est, si extra ius appelletur propter grauamen,quod sibi quis timet inferri.nam tūc sufficit probare appellatum esse ex causa ꝓbabili,vt ext.de ap.bonæ fe-
12 cundum l'.¶†Et no.quod hodie iudex appellationis ante omnia,etiam priusquam incipiat cognoscere de appellatione,debet reuocare quod fit post appellationem à diffinitiua interpositā, ext.de iurei.veniētes.in fi ext.de exce.dilectæ.& de app. ex parte M.in auth vt nulli iud.in prin.Col 9.& C.& ff. nil no.ap. pen.p totum.nisi in casu,quē habes ꝑ.de no.crimine,§.j.ver. quid si auditis Idem etiam dicendum est de his, quæ fiunt medio tempore inter sententiam & appellationem,quia per appellationē extinguuntur,ff.ad Turpil.l.1 §.fi.Idem etiam est,cum ante sententiā appellatur de his,quæ fūt post inhibitionem legitimam: de qua dixi s §.prox.ver.sed quæritur.ibi,si autem,&c.quamuis forte cā appellationis nō sit vera.Si autem non fiat inhibitio,nihil reuocabitur,donec constet de veritate causæ appellationis, vt in dec.
Alex.4.de app.vt probatio §.fi quæ dec sufficiens est circa hanc
e materiam,[e] & ext.e tit.sæpe.vbi dicitur,cū constiterit legitimè prouocatum.& ext.de dila.c.j.& ext de eo,qui mit.in pos causa
13 rei fer.c.fi ¶†Quid operetur appellatio in electione, no. secun-
f dum Papam,ext.de elec.cum inter canonicos.& c.statuimus.[f] Item an electio,quæ fit post appellationem,sit nulla, uel annullanda,c.ti.considerādum.Item si fiat aliquid post appellationem in electione interpositam,an cassabitur solū id,quod fit cōtra appellationem, an etiam alia, quæ postea in electione fiunt, eodem
14 ti cum nobis.¶†Vtrum autem attentatorum reuocatio fiat causa cognita,no.ꝑ.ver.sed quæro.Appellās autē sic formabit suam petitionem:

¶FORMA.Peto domine iudex,reuocari per vos,q̄quid factū est post sententiam iudicis,à quo appellaui: & quod interdicatis ei,ne deinceps aliquid contra appellationem attētet,quandiu mihi competit prosecutio ipsius.non enim iudex ex officio suo tenetur hoc facere,vt in præ.dec.dilectæ.& vide ꝑ.in tractatu li. in tit.de ap §.nunc dicendum.ver.si vero.in vlt.forma,& versic. seq.Contra:nam ad iudicem appellationis nō pertinet iudicare nisi solum,vtrum bene,uel malè pronunciatum sit,vt C.de app. eos.2.q.6 in fi.quæstionis.quomodo ergo admittet hanc petitionem? Item si ipse reuocaret,quæ attentata dicuntur,& post appellans non prosequeretur appellationem,fingeretur non fuisse appellatum:sicque restaurādum esset,quod reuocasset: quod esset iniquum:& sic esset quedam absurditas.Item lex dicit, quod
15 tunc reuocatur,quod fit post appellationem,cum meliorem in uenerit sententiam appellans, ff.eod. cum ex causa.¶† Sed dic quod ad iudicem appellationis principaliter spectat,cognoscere, & diffinire de appellatione,an sit iusta,uel iniusta:sed ratione accessorii ad eius spectat officium huiusmodi petitionem admittere,& exaudire,ut probatur in concor quę sunt ꝑ in tractatu li.de appell.§.fin.versic.in summa.Item non est absurditas,si id, quod malè actum est,reuocetur,& postea idem legitimè fiat, ut 12.q. 1.certè.de pœn.distinct.1.nouit.Item licet prædicta lex dicat reuocari,cum meliorem,&c.non negat,quin & ante quam appellans obtinuerit sententiam, reuocari possit,ut s. probatum est.
g & hoc not.Papa in præd.cap dilectæ.§ Vbi autem appellatur extra iudicium, tunc improbabitur reuocatio attentatorum post appellationem officio iudicis, petendo reduci ad statum,in quo erant tempore appellationis emissę: cum alias si non appellasset, oporteret eum intentare interdictum recuperandę possessionis: argumen ext.de appel.bonæ.in quo interdicto necesse est probare se possedisse,& spoliatum fuisse: sed hic non habet necesse probare hoc,sed statum duntaxat, in quo erat tempore appellationis emissæ. Item potest hoc peti, etiam contra non spoliantem, uel rem scienter à spoliatore non recipientem, ut præ. cap.bonæ contra quos tamen non habet locum interdictum,ut ext de rest.spoliat.sæpe.& cap. cum ad sedem. Quidam tamen dicunt hanc petitionem non admittendam, sicut nec interdictum, hoc prosequere, vt not.in præd.cap.bonæ secundum Papam ext.de maio.& obed.cap dilecti B. Qualiter autem iudex pronunciabit super attentatis,& quando, & super quibus, & de multiplici effectu appellationis extraiudicialis,not plenè:secundū Inn.1111.extr.de ap.dilecti filii:prior.[h] Item vtrum citatione facta iudex possit super attentatis quicquam facere,no. supra de offic.iudic §.deseruit.ver.sed quæritur, quando.Vtrum cum supra.dixerimus in versiculo, illud autem.ibi, & hæc vera, &c.
quod lis, vel appellatio non debet quenquam sua possessione
16 priuare, adhuc circa hoc quæritur. ¶† Pone, quod cum essem canonicus Parisiensis expectans,& sine præbenda,vacante ibi quadam præbendā: egi super ea contra capitulum coram iu dice cō petenti: lite contestata capitulum illam confert, uel pone:quod peterem contra capitulum electionem de me factam in canonicum:uel archidiaconum confirmari: post litem contestatam capitulum contulit præbendam:uel dignitatem illam alii:nunc quæritur:utrum ante omnia sit collatio capituli reuocanda:prius quam de meo iure constet? Et videtur:quod sic:s.ver.& nota, quod.& argumen ext.de constit.cum M.in fin. & de arbitris ex parte.& de iure patro.ex literis.nam & lite pendente nil est innouandum:11.q 1.quia res.ext.vt lite pend.& C.eodem.per totum. Argumentum contra ext.de in integ.restit.capi. cum uenis
17 sent. ¶† Item quia vitium contractus litigiosi locum non habet:nisi vbi lis de dominio mouetur:vt C.de litig.authent. litigiosa.At iura:sicut est præbenda & similia:non sunt in bonis nostris:ff de vsufruct.l.1.23.q.7.cap.quod autem.prope fin.ext. de donat.c.2.ergo de dominio eorum lis esse non potest. Sol. generaliter verum est, quod quandocunque dicit quis rem aliquam sibi deberi, siue corporalem, siue incorporalem, ut ius præbendæ, siue præbendam, non autem dicit suam esse, uel quasi, sem per is, à quo petitur. potest illam alienare sine vitio litigiosi. Itē simile est, si petitur confirmatio electionis, aut præbendæ, vel dignitatis.nam ille, contra quem petitur confirmatio, uel quicunque alius habens ius conferendi eam, potest eam conferre, siue alienare sine periculo litigiosi, etiam si ante alienationem, fuisset appellatum ad Papam Et si dicis, quod cum iam per appellationem esset ad Papam delata causa: ergo cassandum est quicquid post eam extiterit attentatum,vt extra.de app.ad præsentiam:& capitu dilectus.& de exce.dilectæ.de offi leg.licet. ad hoc resp.quod per appellationem causa defertur ad Papam, & non potestas prouidendi,s.ver.illud autem.& ibi & hæc vera. Illud autem,quod regulariter dicitur,quod cassandum est quicqd fit post

ADDITIONES.

a Secundum Inn. ¶ Vbi vide in gl.mirabilis.

b In prin. ¶ Vide,quod ibi dixi super ver.offerens.& quod sequitur facit p opi.quam ibi teneo,& dixi s.§.qualiter. ver. sunt quoq;. non enim in casu, qui sequitur,sufficit verbalis obligatio cautionis,imo realis requiritur,ut probant illa iura,quæ tamen procedunt post tresmenses,non prius.inuito denunciante,vt ext.de no.operis nuncia.c.vl.intendo, quod sicut offertur cautio,vt sequitur,sic fit offerenda probatio illo casu.

c Cum inter. ¶ Vbi vide in gl.quid si coram.

d Dissoluendum.¶ In gl.quid si crimen.

e Materiam. ¶ Quam tamen hodie non habemus, sed omnia superiora patent hodie in dec.non solum.e.ti.li.6.

f Statuimus. ¶ Lib.6.
ADDITIO. An appellans,qui in electione fuit contentus, teneatur ad obseruantiam.c.vt circa.de ele.li.6. vide Old.conf.clxxviii.inci.q̄ prosequens. Henr. Ferran.

g C.dilectæ.¶ Ibi scripsi in gl.no.Tan.hic, Inn.& Host. vide,quod no.in dec. præ.non solum.in 4.gl.& in vlt.in fi.

h Prior. ¶ 2. Quia primum cap.& in titu.etiam sic incipit: ibi vide in gloss. dicit Inno.

fit post appellationem, ut ſ. ver porro. & ſeq. & in concor. ſ. hoc eo. ver. poſitis, intelligitur de his, quæ ad iudicium, uel cauſæ proceſſum pertinent: quia ſi poſt appellationem talem recepiſſet teſtes, uel ſententiam tuliſſet, illa bene ceſſarentur, ſi appellatio legitima apparet: collatio autem non, quia non pertinet ad cauſæ proceſſum. non enim cõfert præbendã, quaſi litigans, ſed qua ſi alius. Hoc autem bñ fateor, quod pendẽte cauſa, præſertim appellationis, poſſeſſio non debet alteri parti auferri: quia poſſeſſionem auferre, eſt de proceſſu cauſæ, arg. ext. de ap. cũ reneamur in auth. vt nulli iud. §. illas. & ſic intelligitur dec. cum M. de conſtit. in fi. Item non obſtat præ. dec. ex parte nam ibi lis mota non impediuit electionem vltimo à capitulo factam, ſed electio præcedens, vt ibi dicitur. Item non oſtat præd. decr. ex literis. nam ubi dicitur ibi ante quam cõtrouerſia eſſet, &c. ſuppler maximè Itẽ non obſtat illud generale, quod lite pendente nil eſt innouandũ: nam intelligitur, vbi lis de dominio pendet, vel quaſi, ut dixi.

18 ¶ † Motio autem litis peeſonalis nõ facit rẽ litigioſam vt in præauth. litigioſa. & ſ. uer. excipiuntur ibi ſexto, ſciendum. Hinc eſt, quod ſi epiſcopus agit cõtra M. vt amoueatur a ſua eccleſia cum cura, quam retinuit poſt alterius curæ receptionem, & hac lite pendente epiſcopus confert alii ipſam eccleſiam, lis mota non impediet collationem epiſcopi: quia de dominio, uel quaſi, dictę eccleſiæ non agebatur. Si uero de dominio, uel quaſi, ipſius rei agereturr, ut ſi quis agat ad aliquam præbendam, uel aliam rem, q̃ alius tenet, quam dicit eſſe ſuam, vel ius ſe habere in illa per collationem canonicam, uel inueſtituram, nõ autem dicit, eam ſibi deberi, tunc ſi is, à quo petitur, eam alienet, incidit in uitium liti

19 gioſi contractus. ¶ † Nec obſtat, quod iura in bonis noſtris non ſunt: vnde de ipſorum dominio agi non poteſt: ergo contractus litigioſi in eis locum non habent, ut ſ. Ad hoc etiam reſpondeo quod & ſi iura non ſint in bonis noſtris, ſunt tamen quaſi in bonis: ſicut & quaſi poſſidentur, ut ff. de acqui re. do. ſeruus. §. incorporales. Sed & licet quando præbendam, vel aliam rem peto dicens eam eſſe meam, uel quaſi non poſſit per aliquem litigantiũ alienari, ſiue conferri, tamen a tertio bene poteſt alienari licite, etiam ſine vitio litigioſi, cum prohibitio de re litigioſa non alienanda fiat tantum litigantib a ctori, l. vt C. de litigioſis, l. 2. & reo.

a vt eo tit. l fi. de hoc. ſecundum Papam, de elec. ducũ. 2. a & de ap.

b Romana b. ¶ † Sed quæro, utrum quando Papa ita ſcribit, reuoce

20 tis. & c. vt patet ext. de conſti. cum M. in fi. debet iudex procedere cũ cauſę cognitione? Reſp. ſic: quia non debet quis commodo ſuæ poſſeſſionis ſine cauſę cognitione priuari, 16. q. 4. volumus. Quicquid enim dicat reſcriptum Principis, iudex tamen debet ſeruare leges, authen. de iud §. omnes. ext. de reſcript. c. ſuper li-

c teris c. Sed nunquid in cauſa appellationis poteſt obijci compenſatio? puta debebas mihi centum ex cauſa venditionis, & ego tibi alia centum ex cauſa mutui, in quibus tibi fui condemnatus: appellaui, & in cauſa appellationis obijcio compẽſationem quæritur, an poſſim? Et uidetur, quod non: quia hæc eſt prorſus noua exceptio, non dependens ex uetteri, C de temp. ap. per hanc. in prin. ext. de teſti. fraternitatis. Dic cõtra, vt ff. quæ ſen. ſine ap. reſcin. l j §. fi. & ext. de fide inſtr. cum Ioannes. nam & contentus ex cauſa iudicati eam opponit, C. de cõpenſ. l 2 Sed in cauſa princip i poteſt pronunciari compenſationem eſſe faciendam, quæ fuit facta in cauſa propoſita in modum exceptionis, ut in præal

21 legato capitulo. cum Ioannes. ¶ † Sed pone, petij in libello ſententiam, tanquam iniuſtam, reuocari, & attẽtata poſt appellationem emiſſam ante omnia retractari: lite uero ſuper hoc cõteſtata, peto reuocari ex officio attentata, ſicut petieram in libello: reſpondet, reus frater, ego negaui petita in libello: vnde nil debet ex officio reuocari niſi cum ordine iudiciario fuerit hoc probatum arg. ext. de ap. ſignificante. Itẽ petẽdo in libello ante omnia

c reuocari, & conteſtando litem, & alia faciendo videris à dicta petitione receſſiſſe, & uiam ordinariam elegiſſe: ideoq; illa eſt proſequenda. nam & quandiu ſupereſt ordinarium auxilium, nõ eſt ad extraordinarium recurrẽdum, ff. de mino in cauſæ j. & ſic ob

d tinuit d. ar. ad hoc, ut leg. vel fidei. nomi. ca. l j § non ſolum. ¶ † V-

22 trum autem reuocato in cauſa appellationis vno articulo libelli, prætextu appellationis, cæteri omnes reuocati intelligantur, & vtrum iuuetur aliquis ex appellatione, non ſolum proſequendo eam, ſed etiã excipiendo ex ea uide, ſecundum Inn. 1111. ext. de

e ap. dilecti e. & j. de expenſis, §. nũc videdum. in fi. itẽ utrum reuocari debeãt, quæ fiunt poſt iter arreptum, ſ. poſt nuncij miſſionẽ, no. ext. eodem, dilecti. 2. &, ſecundum Vin. & Papam, e tit. ut de

f bitus f Item an poſſit quis appellationi renũciare, no. j. de lib. cõ cep § nunc oſtendendum. ver. porro. & dicam in conſti. Gre. X.

g de elect. quamuis §.

ADDITIONES.

a Dudum. 2. ¶ In glo. nunquid in hoc. ſup. ver. diſpenſatur.

b Romana. ¶ Lib. 6.

ADDITIO. Adde verſ. ſeq. ibi: ſed quero, an attentata pendente appellatione innouata a parte reuocentur de plano & ſine libello, ex ſolo iudicis officio? vide Bal. in l. appellatione, col. 2. verſic. quæro, utrum. C. de appel. & Old. conſi. 206. inci. in cauſa. in prin. vbi qualiter attentata lite pendente, vel poſt prohibitionem iudicis, veniant reuocanda & an attentata poſt appellationem poſſint peti reuocari litis conteſtatione ſuper principali non obſtante? vide do. de Ro. deciſ. 185. incip. ſi pars. in nouis decif. Henricus Ferran.

c Super literis. ¶ Facit, quod no. ſ. §. de officio. uerſic. ſed nunquid in eo.

d Obtinuit. ¶ Supple, & male, ex quo petebat in libello, ante omnia fieri reuocationem: ſuper quo vide, quod plene ſcripſi e. ti. non ſolum. libr. 6. poſt princip.

e Ap. dilecti. ¶ 2. in glo. dicit Inno.

f Vt debitus. ¶ Vtriuſque. quod dictum ibi uide in gl. dixit Inn.

g Quamuis. ¶ Lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio qualiter impugnetur.*

2 *Pactum inter partes de non appellando, multipliciter conſideratur.*

3 *Pactum de non appellando poſt litem conteſtatam, & ante ſententiam factam an ſit ualidum.*

Appellatio qualiter impugnetur.

a 12. §. Qualiter a aũt appellatio in iudicio exhibitã impugnet facile colligitur ex ꝓmiſſis. Si igitur ex præmiſſis inſtrumentũ appellationis in iudicio exhibetur, excipe contra illud, ut ſupra. de edi. inſtrumen. §. poſtremo. Si inſtrumentum legitimum ſit, conuerte ad formam appellationis, & ad alia: & oppone, quod appellans non potuit appellare: quod dic, ut ſ. §. j. ¶ Item oppone quod nõ eſt talis caſus, vel cauſa, in quo, uel in qua potuerit appellari. ¶ Item quod ẽ appellatio fruſtratoria, vel quod appellatio in reſcripto fuerit remota: quæ dic vt ſ. e §. in quibus. ¶ Itẽ quod à tali eſt appellatũ, à quo non poteſt appellari de iure quod dic, ut ſ. §. videndum. ¶ Item quod non eſt appellatum ad eum, ad quẽ debebat appellari, uel quod ex forma appellationis is, qui aditus eſt, nõ poteſt de appellatione cognoſcere. quæ dic, ut ſ. §. nũc tractemus. ¶ Itẽ quod nõ eſt appellatum intra tempus competens. quæ dic, ut ſ. §. reſtat. ¶ Item quod appellatio nõ eſt legitima in ſui forma. nec appellãs ſeruauit, quæ debuit obſeruare. quę dic, ut ſ. §. qualiter ¶ Item quod non fuit eam intra tempus legitimum proſecutus appellans. quę dic, ut ſ. §. nũc breuiter. ¶ Item quod eſt ultra bis appellatum, ut ſ. §. quoties. ¶ Item quod appellans mortuus eſt: & ideo in cauſa appellationis nõ proceditur, etiã quo ad bona, vbi condemnatus eſt de tali crimine, quod non adimebat bona, vt C ſi pen ap. mors inter. l. 3. ¶ Item quod nõ fuit à iudice recepta, uel a parte approbata, nec recipi debuit, uel approbari. ut ſ. §. nunc dicamus. & §. qualiter. ¶ Itẽ quod appelans non detulit ſuę proprię appellationi, nec de ea mentionem fecit, ut ext. de reſcriptis, ex parte S. ¶ Item ꝙ nõ detulit appellationi aduerſarij: quare ſententia non ualet, nec ei deferendum eſt, ut ext. de ele bonæ.

comparuit coram iudice ad quem. nam potuit ei statui terminus ad appellationem introducendam coram superiore, vt not.in d.l. præses. sed non ad eam finiendam,ut no.eo. ti.l 3. Hunc autem terminum appellationis intro ducédæ tres personæ præfigere possunt,scilicet appellansibi ipsi itē appellatis appellanti,scilicet cū eo iudice motus pcurrat,arg l.qui de die.ff.qui satisd. cogantur:item ipse iudex.& adde, quod no.in c.cordi.in uerbo, principis. per Archid.de ap.libr.6.& in c.secundo. de ap.in Cle. Bald. De termino ad prosequendum,uide j.eodem,§.an appellans possit. ¶ Lata est sententia de consilio sapientis electi de partium voluntate,quæritur an possit appellari? & dic,quod sic,C.de ap.l.1.secundum lecturam secundam.nam in causa appellationis poterunt noua produci & probari,C.de ap.eos.§.1.& l.per hæc. C.de temp.ap.A consilio autem non appellatur, sed bene contradicitur,C. de relat.l.ij. Si autem contra dicitur, debet dari terminus ad iustificandum suam contradictionem:& si non potest eam iustificare,proceditur ad remissionem puncti ad consilium sapientis,C. de rela.l.2.in fin. Et eodem modo proceditur,quando quis vult exemplificare acta,vel instrumentum cum auctoritate iudicis , & extat contradictor. nam debet sibi terminus dari ad suam contradictionem iustificandam,per d.l. 2. quæ hoc expresse dicit.con iuncta l.fin.eod.titu.Bald.vide §.de arbit.§.præceptum.& §.de arbit.§.arbiter facit. ¶ Nota, quod dicit Innocen. in capi.cum in iure peritus.de offic. deleg.quod si sententia est lata præsentibus & non contradicentibus partibus,& in ea continetur,quod lis fit contestata, &c.quod credatur iudici.ex quo pars non contradixit, nec appellauit & videtur casus in l.fina.quando ap.sit.& glo.ordi.in l.1.C. de relat. Sed contra tenet Ber.in capi.quoniam contra.de proba.& videtur casus C.de relatio.l.fin.vbi dicit,quod per originalia debet fieri fides , id est per sumptum ex actis authenticis iudicis.C. de ap.l.eos.§.super his.in verbo.exempla, vt ibi per Barto, & non per nudam assertionem iudicis: & hoc verum in his, quæ desiderant figuram iudicii,vt sunt decreta iudicum,& arbitramenta arbitratorum: in quibus omnia præsumuntur solenniter acta,quasi sint iudicialia.vt not. C.de fid.instrumen.& iure hastæ fisc.l.1.lib.10.& per Innocen.extra de eo, qui fur.ordi.suscep.cap.innotuit.& per Dyn.in consilio.quod incipit Ptolemæus Manentis.& in laudo arbitratorum fuit iudicatum,quod præsumeretur pro eo,& quod probatio contrarii incumbat peremptionem reductionem.Sed in vera appellatione dic, vt not.C.de appel.l.hi qui ad ciuilia. Bald.vide §.de sententi.§.vbi apparet lata.& j.de regu.iur §.item not.quod dec. Barto.in l.si societatem.§.arbitrorum.ff.pro socio,in quæstione,quæ incipit,quæro, vtrum arbitramentum. Bald.§.de arbi.§. de emolagatione.ver. ego vero. ¶ Quæritur,quis restituat minorem læsum in appelatione? Dic quod in appellatione interponenda iudex à quo restituet , ff.de in integ. resti.l.pen.& fin.ff.de minor.l.si fine.§.fina. sed in appellatione interposita iudex ad quem : quia in eum fuit transfusa iurisdictio,C.quomo.& quando iud.l.si præses quasi desertam.Sed contra hoc est:quia deserta appellatione statim sine aliqua pronunciatione redit iurisdictio ad primum iudicem : & not.C. de ap.l.eos.in princip. Sed respondeo , quod restitutio in integrum hoc facit : quia est de appenditiis appellationis , argu.ff. de procur.l. qui proprio.§.item quæritur. Item adhuc durat iudex in pronunciando super desertione, vt in c.fin. de ap.in Cle.& hoc tenet Iacob. Butr.in l.fin.C. vt intra cer.temp.vbi est casus , secundum Iacob.per glo.facit C.de ap.l. quoniam in verbo,mox.& l.si contra.in verbo, rector. Primus tamen iudex animaduertit. vnde videtur, quod primo iudici sufficiat hoc perpendere ex gestis,vide j.eod.§. appellatio potest corrigi. & §.quando quis pronunciat. Bald. ¶ An libellus primæ causæ possit emendari in causa appellationis? Dic,quod non : quia sumitur post litem contestatam in veteri , vt no.C.de ap.l.3.nam appellatio non rescindit litem contestatam : imo auget , C.de procur.l.ita demum.nec tollit effectus , quos secum trahit litis contestatio:imo auget.ff.de adminisi.tuto. l.chirographis.§.vltimo.Bald. ¶ Pendente appellatione nihil potest innouari contra appellationem , sed vigore appellationis sic . vnde in causa appellationis fit sequestrum,vbi in prima sufficisset sola descriptio fructuum, vt notatur C. de ap.l. 3. Item quod poterat fieri personaliter appellatione pendente, nec fit per iudicem , vt ff.vt leg.no .l.postquam.§. Imperator.secundum Dyn.Item extra.seu circa appellationem bene potest aliquid fieri, vt notatur ff.mandati , l.creditor. in princip.B. ¶ Item an dario possessionis possit fieri pendente appellatione ? Determinatum fuit Paduæ , quod non:quia ipsa dario possessionis est de substantia processus, vt notatur in c. cum M.Ferrarien sis.de constit.per Ioan.Andr.in Nouella:vide j.eod.titu. proximo , §.an appellatione pendente. ¶ Casus talis est : Habebam licentiam capi faciendi Titium debitorem meum: ab hac licentia Titius appellauit,& non fuit prosecutus intra tempus præfixum à statuto:elapso termino primus iudex vigore illius licentiæ facit cum capi ad instantiam meam antæ quam iudex appellationis pronunciaret appellationem esse desertam: quæritur,an valeat captura? nam licet captura non sit executio,est tamen ei similis:ideo videtur quod non possit pendente appellatione fieri, vt not. C. de ap.l.3.in glo.parua. Sed videtur dicendum,quod valeat captura. vt not. C.de ap.l.eos.in princip.scilicet si tempus erit præfixum iudici,& causæ appellationis.vt C.vt omnes tam ci.quam cri.l.1.§.fina.facit de ap.l.si contra. vide §.eo.§.condemnandus ad mortem.& j. de solutio.§.2. quod non sit incipiendum à captura debitoris, sed primo debeat moneri, vt §.de citatione, §.citatio rei per capturam. & alia multa ad carcerationem permissa & prohibita , vide in remissionibus infra scriptis, videlicet supra.de contumacia,§.an excommunicationis.& de renunc.& conclu. §. penul.& de sententiis , §.sed an captura & §.an possit quis capi.& §. Titius fideiussit.& §. titu.proxi.§.creditur. ¶ Nota , quod sententia non debet formari nisi inter appellantem & appellatum.quia solus appellans & appellatus sunt partes: licet alii præiudicetur,secundum compositē.de electione,statuimus.in verbo,appellari.Bald. ¶ Dicit statutum,quod homicida condemnetur in misse,& expellatur perpetuo de ciuitate.modo Titius fuit detentus,& tandem condemnatus de homicidio:à qua condemnatione appellat, & vult dare fideiussores , vt relaxetur : quæritur, numquid possit? Et videtur, quod non: tum quia in prima lite non dedit fideiussorem,& appellatione pendente nihil est innouandum: tum quia est pœna corporalis.vbi non intercenit fideiussor.Sed tu dic,fideiussorem adm[illegible]os.§.super his.& quod ibi not.per Cyn.secus si uenerit pœna imponenda in corpus , ut fustigatio, mutilatio,uel mors:quia tunc non recipitur fideiussor:quia non potest fieri executio,nisi in præsentem.Bald. ¶ Quæritur, quis debeat probare in causa appellationis? Respon.aut de iure communi est fundata intentio appellati: & tunc appellans debet probare, C.de ap.l.hi qui ad ciuilia.& l.ciues. Aut est fundata de iure communi intentio appellantis:& tunc appellatus debet probare: quia iuris præsumptio transfert onus probandi in aduersarium: secus in præsumptione iudicis,quia non transfert onus probandi,nisi in ætate,ut not.ff.de minor.l.de ætate. Aut de iure communi Feuter habet intentionem fundatam:& tunc aut uterque prosequitur appellationem aut altera pars tantum:aut neutra pars.Si utraque pars, ille probabit in causa appellationis,qui & in prima causa : quia nullo iure cauetur, quod interpositio appellationis transferat onus probandi, seu probationis:& probabitur per acta primæ causæ , ff.de probatio.l.quoties.in fin.C. de appel.l.amplioren. Item & per actitanda de nouo,ut l.eos. §.1. & l.per hanc.C.de tempo. appel.Si uero una pars prosequitur,altera non, tunc prosequens debet in se assumere onus probandi : alias non posset ferri diffinitiua , ut notatur C. quomodo & quando iudex,auth.qui semel.sed currerent fatalia,sicut in casu sequenti. Aut nemo prosequitur : & tunc uidetur defecti appellatio. Deserti dico,scilicet ab appellante,non ab appellato, ut lata fuit sententia temporibus decursis , C.eod.l.si contra.& l. quandoque. secundum Barto.in l. 1.ff.si tut.uel cur.appel. ¶ Dicit statutum, quod iudex appellationis debeat diffinire causam intra duos menses: modo appellatio est deserta : quæritur, utrum teneatur pronunciare ? Respon.non, ut non.C. de appellatio.l.eos.in gloss.not.forma.Bald. ¶ Si procurator est uerus contumax in non ueniendo, dominus non priuatur iure appellationis , extra ut lite non contestat. capitu.1.per Innocen. Si autem procurator est contumax in non opponendo.distinguitur, aut procurator est soluendo: & tunc scientia & mora procuratoris neceret domino,nisi esset absens ex iusta causa:quia tunc potest petere restitutionem in integrum. Aut procurator non est soluendo : & tunc non nocet domino,sed tem ope restitutionis,ut l.1.in fin ff.quando appel.sit. & not.C. de appel. auth. hodie.& ibi Bald. ¶ Negligentiam procuratoris dominus recuperare potest.C.de appel.l.dominus litis. Contra si procurator per malitiam appellauit , ipse procurator de malitia punitur extra ordinem , ut dicta.l.eos.§.penul. ¶ Condemnatus ad mortem appellat: cum detineatur in carcere,quomodo poterit prosequi appellationem ? Respon. per procuratorem . nam hæc ipsa necessitas facit esse probabile. C.eod.l. eos.§.super his.& ibi per Guli.Non obstat §. ad crimē. quia ibi loquitur in prima causa,non in causa appellationis, secundum. Specu.in hoc titulo:uel est specialis in causa carceratoris.secundum Barto.C.de appella.l.minimè. Ipsi enim non sunt pro quolibet actu de carcere trahendi , & apud acta ducendi,argumen.ff.ad Turp.il.l. Domitianus.sed tantum , ut respondeant libello,& ut torqueantur,& ut audiant sententiam, C.de custodia reorum.l. 2.Bal. ¶ Sed ad cuius petitionem debeant recommendari in carcere? Dic, quod ad petitionem iudicis à quo,& iudicis ad quem:& sic curritusque interim:sed lata sententia,tunc,si absoluitur,debet dimitti de carceribus:si autem condemnatur,tunc exequitur iudex ad quem, nisi forte velit remittere executionem ad primum iudicem , vel ex forma statuti ipse non habeat facti executionem , argumen.in auth.de sanctis.episcop.§. si vero crimen.Si vero appellatio pronuncietur deserta, tunc primus iudex exequetur, statim lapso tempore prosecutionis , C.de appel.l.si contra legem.quoniam.& ita fit in terris ecclesiæ , secundum Barto.vide supra.de procur.§.in criminalibus. ¶ Quæro , quando dicatur appellari incontinenti , vt sic sufficiat viua vox dicentis,appello ? Quidam dicunt, quod tota eadem die: quia dicitur incontinenti fieri,quod fit eadem die.ff. de re iudica l.Paulus.sed illud , quod ad supplendum , non quo ad contradicendum , vt C.de relatio.l.1.in fin.Dico ergo quod ante quam recedat,argumen.ff.de in integr.restitutio.l.diuus.& contra prædicta habes tex.& gloss.ordi.in l.eos.§ penul.C.eod.titu. ¶ Nota,quod illa regula , quod ab interlocutoria non appellatur,habet locum in causis criminalibus,& in causis detentorum in carcere ; C.de appella.l.eos. §.super his.& habes ibi casum ad literam Bald. ¶ Nota,quod secundum ius ciuile apertura testium in principali causa nihil impedimenti operatur in causa appellationis, C.de appell.l.eos.§.1.& l.per hanc.C. de tempo.appel. nam idem præstat maioribus appellatio , quod minoribus restitutio : ergo, &c.ff.de minor.l.præses. coniuncta.l.minor 25. annis omissa.& ita teneas de iure ciuili.quod est seruandum in foro terrarum Cæsaris: sed de iure canonico dic,vt in cap fraternitatis.de testi.eo.tit,Bald. ¶ Nota,quod procedit libellus per circunstantias non declaratas, vt l.si præses.ff.de pe.& l.quid ergo.§.pœna grauior.de infa.per Gul.& Cyn. ¶ Quæstio talis est: Titius dicebat coram iudice,quod ego debebam sibi dare cētum: nec causam adiecit:ego confessus fui;vnde iudex præcepit mihi , ut soluerem ab hoc præcepto ego appellaui:non possum vincere , nisi probem me errasse in facto : quomodo ergo vincā,cum me non debere,sit absoluta negatiua,nullis limitib.vel circumstantijs , vel circumlocutionibus coarctata ? imo & si causa fuisset incerta, vt mutui, idem esset.nam nullo teste potest probari negatiua simpliciter. Respondeo,confessio valuit,& præceptum.C.de anna.except.l.final. Item & appellatio tenet.ff.de appellatio.l.creditor.§.iussus. Quomodo autem fiat probatio , vide C. de error. aduoc. l. 2.in gloss.& ibi per Cyn. ¶ Sed pone cum indiscrete petitum & confessatum fuerit solui: postea iterate conuenior causa adiecta : ego solutionem allego : aduersarius dicit , non fuit hæc causa,sed alia:an iterato ego cogar? Bartol. dicit, quod non, & est casus pro eo extra de fide instrumento.capitul. cum Ioannes. ¶ Iuxta hoc nota , quod interdum petitur incertum causa & quantitate : interdum causa,& non quantitate:interdum quantitate , & non causa : sic quod etiam tribus modis quis citatur super incerto: peto,quod debes: incertum peto causa & quantitate,sic si facio te citari, quod venias responsurus de iure super eo,quod mihi debes,incertam quæstionem continet citatio: tamē habet effectum quia interrumpit præscriptionem in omni eo,quod me scripsisse declarabo:& si me non adstringo declarando , est interruptio generalis : & sic indefinita petitio æquipollet vniuersali. ¶ Item peto decem, quæ mihi debes:est certum in quantitate,non in causa: tamen est notandum,quā indefinita decem est apta comprehendere illa locutio , & citatur, quod ve-

niat

ziat respōsurus de iure super decem, modo non præscribetur in aliqua summa, quæ constat ex decem. Item peto, quod mihi debes ex causa mutui: certum peto causa, non quantitate: tamen hic nota, quod non in omni mutuo est facta interruptio, si citatio eadem forma subsequitur: & sic comprehendit plures casus numero, qui sunt eiusdem speciei, seu tituli: non autem genere & forma: quia non sunt passibiles sub verbis includi. vt not. C. de anna. exceptio. l. fina. & facit ff. de actio. empti. l. non est nouum. ¶ Sed quid si dico sic: peto, quod cogatis talem ad respondendum de iure mihi: & citetur reus, quod veniat ad respondendum de iure, nunquid fit interruptio? Et videtur, quod non: quia hic non fit mentio debiti, nec alicuius causæ generalis, id est obligationis in genere. vnde iste non est libellus, nec citatio generalis, licet magis videatur sine causa. facit quod not. ff. de exceptio. d. l. 2. §. circa. secundum Barto. Vbi autem libellus & citatio cadunt super certo, circa illud operatur, & etiam circa eius accessorium, quando idem est finalis exitus controuersiæ, vt in personali & hypothecaria, vt dicta. l. fina. & not. ff. de iudiciis, l. solemus. Sed quod prædictus libellus, non procedat, & causa generalis, sic probatur: sententia debet esse conformis libello, ut l. fina. C. de fideicommiss. liber. sed sententia non conformis erit nulla, ut hic erit, ut l. hæc sententia. C. de senten. quæ sine certa quanti. ergo, &c. Sed respondeo: imo non erit nulla, si ex aliis possit reddi certa. Item non est uerum, quod sententia debeat esse conformis libello in certitudine, ut dicimus, quando petitur interesse, de inutil. stipul. l. 3. in fin. & not. in l. 1. C. de senten. quæ sine certa quanti. Item quandoque libellus excedit sententiam, vt l. 1. C. si plures una senten. fuerint condem. & de fructibus. & lit. expen. l. terminato. ¶ Quandoque sententia adiicit petitionem, uel modum. uel cōditionem, C. de senten. l. cum iudex & l. cum eorum. uel reseruationem, ut adiudicorem, saluo quod infra dicam: & postea adiicio, quod seruitutem reseruo, ff. famil. erciscund. l. item Labeo §. 2. Quandoque deserit libello: quia debet esse de re petita. ff. de arbitr. l. non distinguemus. §. de officio. Illud nota, quod licet sit petita condemnatio, sufficit, si iudex pronunciat per uerba æquipollentia, de appella. l. eos. in princip. C. de sententiis, l. 3. ff. de uerbo. obligatio. l. qui Romæ. §. Seia. & de arbitris, l. quid tamen. §. 1. uide supra titu. proximo, §. an ualeat præceptum. uerficu. his apparet. & infra eo. §. Titius appellauit à banno. ¶ Sed quæro, quid si generaliter feci citari Titium, cum. duo forent Titii? Dic, quod ille arctatur, cui est præsentata citatio. Si autem non est præsentata alicui, quia forte est facta per præconem, tunc dic, quod non arctat. ff. de iudiciis, l. eum quem temere. scilicet si possit tangere utrunque. Sed si unum tantum, ut quia unus tantum contraxit, uel aliquid fecit, tunc ille intelligitur citari, qui de se cogitare debuit cum sciret se deliquisse, uel se defendere: nam & de hoc etiam iudex sensit. ff. de exceptio. rei iudica. l. si ex testamento. & sic inuestigato crimine ille intelligitur positus in banno, qui meruit in banno poni. ff. de lega. 2. l. si quis seruum. §. inter duos. & ita Florentiæ fuit iudicatum. ¶ Sed quæro, cum libellus generalis non natura actionis, sed temeritate petitoris non concludat: quomodo super eo potest procedi? Respondet Iacob. Butri in l. edita. quod libellus generalis concludit iudici, sed non parti: quod falsum uidetur. nam aut petitur specificari, & tunc non concludit iudici. C. de impub. & ali. substitutio. l. precibus. C. de transact. l. ut responsum. C. de uetera. l. 1. libr. 12. Nec etiam parti, cui non debuit ius deliberationis auferri, ut not. ff. de rei uendica. l. si in rem. §. fina. Aut non opponitur: & tunc utriq; concludit, quando proceditur per uiam contentiosæ iurisdictionis: sed si de plano, ut quando petitur decretum interponi, non ualet petitio informis, ut l. 1. C. de prædi. decu. libr. 10. ibi, dum dicit causas, quibus strangulatur, nominatim exponet. Idem forte, ubicunque iudicium imploratur contra ius commune, ff. de minor. l. minor autem magistratus. ¶ Sed hic quæro, quomodo est ita fatuus reus, qui non opponit de incertitudine? Respon. quia scit se nil debere: vnde de iustitia sua confisus non uult op ponere dilationem, sed uenire ad conflictum in causa principali. Item forte reus habet testes, qui sunt afuturi. nam si opponeret hanc exceptionem, quæ impedit litem contestari, se impediret in productione testium. Non obstat ff. de test. l. curent. quia hic reus est in culpa opponendo dilatoriam iudicii: si uero uult eos posse producere, statim litem contestetur. ita dicit gloss. in dicta l. fin. C. de anna. excep. quod not. ¶ Sed quæro, nunquid illa lex ultima, C. de ann. exc. habeat locum in præscriptione statutaria? Dic, quòd sic, quia habet locum in omni præscriptione longi temporis, & longissimi, ut ibi patet. Nec obst. tis nius illius legis, quæ uidetur loqui solum in præscriptionib. odiosis, cum non omnis præscriptio sit odiosa, sed quædam est fauorabilis, ut usucapio, in quo fauor possessoris ponderatur, & non interrumpitur ciuiliter per aliquem actum in effectu, vt l. si post. ff. de rei ven. ¶ Quædã est media, seu mista, in qua ex parte præscribentis fauor inducitur, quia integrat extrib. f. titulo, bona fide, & cõtinua possessione. C. de usu trãstor. l. j. §. tantũmõ. merito est fauorabilis. Sed ex parte negligentis est odium. nam negligẽtes sunt legibus odio si. ff. ex quib. causis maio. l. non enim, q̃ diu negligant. & de usuf. §. fundi. ¶ Quædam tantum odiosa, scilicet xxx. vel 40. annorum: quæ non fauore præscribentis, sed mero odio non petentis in causa proceditur. non enim fauet lex furi, & tamen præscribit, licet assiduè furetur continuando. C. de anna. excepti. l. 1. §. ad hæc. Quædam est sua natura currens, ut redhibitoria, & Quanto minoris, quæ interrumpitur litis contestatione. uel quasi, ff. de eo, per quem factum est, l. fi. & ibi per Guliel. & Cynum in additionibus, ¶ Præscriptio uero statutaria est anomala. nam si succedit loco præscriptionis xxx. annorum est odiosa tantum, & interrumpitur missione executoris: non autem perpetuatur in quadraginta annis, nisi lite contestata, vt not. C. de præscrip. xxx. ann. l. sicut. secundum Richar. Vnde si statutum dicit, quòd debitum non possit peti ultra decem annos, ista præscriptio quæ non tuetur possessorem sed impugnat petitorem in actione personali, uel officio iudicis, est mere odiosa: quia non mutatur natura, sed tempus: sic notatur in l. ff. de cond. indeb. l. qui exceptionem. Item si statutum dicit, quod imobilia præscribantur biennio, rationabile est statutum, ut l. 1. post princi. de usucap. transfor. tamen talis præscriptio est mista: quia succedit loco illius, quæ erat de iure communi decem annorum, vel uiginti: & non interrumpitur, nisi per litis contestationem, vel quasi: vel moram litis contestandæ, l. 2. C. vbi in rem act. ff. si quis cau. l. si eum. §. qui iniuriarum. Item si statutum dicat, quod nobilia præscribantur anno, est præscriptio merè fauorabilis. Item si statutum dicit, quod in redhibitoria duret per mensem tantum, est præscriptio sui natura currens: quia temporalis est actio. Item si statutum dicit, quod executio instrumenti non possit peti post decem annos, odiosa est præscriptio ex mera negligentia non petentis, cum officium iudicis duraret 30. annis, vt not. C. de præscriptio. 30. annor. l. fina. C. de anna. exceptio. l. 1. §. ad hæc. ¶ Dico igitur, legem ultimam C. de anna. exceptio. generalem esse in præscriptione cuiuslibet temporis. & nota: & hoc est contra Iacob. Butr. qui dicit, quod lex illa non loquitur de processu causæ, sed de processu ipsius citationis tantum: quod falsum est, quia præscriptio longi temporis desiderat processum ad litem contestatam, & de ea ibi aperte dicit. Item ibi addit de perpetuatione, quæ requirit litis contestationem. Item expresse ibi loquitur de libello conuentionali, non solum de citatorio. ¶ Sed quæro, nunquid illa lex ultima habeat locum in illis casibus, in quibus per solam libelli oblationem facta in iudici, vel per protestationem ad domum interrumpitur præscriptio: qui casus in l. vt perfectius. eodem. titu. sunt in absente, in infante, mente carente, & magistratu indefenso, qui citari non possunt? Respondeo sic, per rationem dictæ l. fin. quæ dicit, quod actor omnia sua uidetur in iudicium deduxisse. Quæ ratio habet etiam locum, vbi per solum libellum fit interruptio in omni actione reali, personali, & mista: nam lex, vt perfectius. C. de an. excep. est generalis quo ad actiones & præscriptiones, vt patet in fine legis, licet sit specialis, quo ad eas personas, quæ in ius vocari non possunt. ff. de in ius vocan. l. neque. Bald. ¶ Et sic procedit l. bellus: dic libellus informis: sic & iuramentum, ff. de iureiurand. l. si duo patroni. §. penulti. Item & confessio facta in iudicio: sed extra iudicium cõfessio informis valet ad liberandum. ff. de pactis, l. tale pactum. non ad obligandum: sed est ipso iure talis confessio nulla, licet promissio informis, id est sine causa, esset aliqua, sed obstaret exceptio, vt not. Azo in corpore authen. de fid. instrumen. in summa. Et est ratio differentiæ: quia natura confessionis est probare. ff. depositi, l. Publia. in fin. & probatio debet esse clara, vt not. ff. de probat. l. 1. §. si quis argentum. non sic in promissione. Bald. ¶ Et not. quod in dubiis condemnatio ad minimum redigenda est, vt not. in l. fina. ff. de præto. stipul. facit l. interpretare. & l. si præses. ff. de pœn. ¶ Item not. quod in causa appellationis potest declarari quantitas non declarata in prima instantia. C. de senten. quæ sine certa quantita. l. fina. secundum unam lecturam. ¶ Item not. quod processus super libello incerto non est ipso iure nullus. sed est appellandum à contradicente, extr. de libelli oblatione, capitu. significantibus. Bald. ¶ Sed quid dices: ego appellaui contra minorem, uel uniuersitatem in defensam: minor non curat habere curatorem, nec uniuersitas syndicum: unde ego non possum procedere, C. quomodo & quando iud. l. si præses. quasi desertam. & sic elapso termino opponunt mihi appellationem esse desertam: quæritur, quæ erunt partes iudicis? & quid, si appellatus est furiosus? Respon. iudex coget minorem petere curatorem, C. qui peti. tut. l. 1. & uniuersitatem coget facere syndicum. C. de fideicommissa liberta. l. libertati. Ergo furiosum non coget, sed monebit iudicem furiosi, & mandabit eidem, quod ordinet curatorem quod est notandum. C. de administra. tuto. l. fina. §. 1. & ibi est casus. Bald. ¶ Si iudex pronunciat aliquid esse probatum, uel non esse, ab ista interlocutoria potest appellari. Item si iudex pronunciat terminum iuris esse elapsum. ista enim est interlocutoria: tamen potest appellari. ff. de accusatio. l. Titia. Item post terminum iuris non appellatur: post terminum iudicis, sic: quia terminus iuris est quædam sententia legis: & à lege non appellatur. Item terminus iuris statutus in prima causa, afficit in causa appellationis: secus in termino iudicis. Item licet interlocutoria habeat uim diffinitiuæ, tñ cã est alleganda in appllone, de appellationib. dilecto. ofa ista dicit Speculator in capitu. cupientes. de electione, libr. 6. in suo apparatu. Bald. uide supra. eodem. §. quando appellatur. Item lex, per hanc. C. de tempor. appellatio. non habet locum in appellatione ab interlocutoria. Idem Gulielmus. Vult etiam Speculator, quod sententia lata super appellatione ab interlocutoria, sit interlocutoria. uide in l. cum & uos minores. C. si aduersus rem iudicat. & ibi Bald. ¶ Nota, quod habens priuilegium reuocationis, uel immunitatis, uel libertatis, uel alterius exemptionis, debet ipsum allegare, & allegatum probare: & si reiicitur, debet appellare: & hoc est uerum in priuilegio extrauaganti, quod non est clausum in corpore iuris. C. de appellatio. l. hi qui ad ciuilia. Item est uerum, etiam si priuilegium sit manifestum: secus si notorium, nam notorium probatione non indiget, licet clara, prompta, & facilis sit, ut l. ciues & incolæ. C. de appellati. in text. Vnde si quis allegaret aliquem usurarium manifestum, debet probare: argumen. dictæ legis. ¶ An autem sit manifestus, habet iudex arbitrari ex additis cohærentiis: puta quia publicè fœnerabatur, & usurarius putabatur: vel quod alias fuerit declaratus usurarius, & similia. Esse enim manifestum, est quædam qualitas. facit capitu. quanquam. de usuris, libr. 6. Notoria autem licet non indigeant probatione, quia sunt luce clariora, indigent tamẽ propositione, quia oportet dicere, quod quis velit uti notorio, vt notatur in capitu. appellanti. de appellatio. in Clem. & ad de ad prædicta, quod not. Innocen. in capitu. 1. de sepul. in Clemen. & facit C. de senten. & interlocu. omn. iudic. l. cum sententiam. C. de appel. l. nominationes. ff. quando appellandum sit. l. 1. §. adeundi super uerbo. in publico. cum similibus: vide infra de notoriis criminibus. §. citatis. & de citatione. §. citatio est nulla. & vide ad materiam, ut lite non contesta. accedens. Bald.

¶ Incipiunt notabilia Codicis super Rub. de Appellationibus.

PROCVRATOR ad vnam speciem constitutus potest appellare, sed non prosequi appellationem. C. de procurat. lege, tutor malè. Bald. ¶ Appellatio non debet esse causa carcerationis. C. de appellatio. l. minimè. ¶ Priuilegium impetratum circa conclusionem causæ, uel in causa appellationis, non ualet. l. ex illo tempore.

apost-

pore. de appellatio. Bald. ¶ Causa, quæ est in curia per appellationem, vel alia deuolutione, debet remitti plenè instructa cum omnibus actis & monumentis causæ. l. nec causas. C. de appellatio. Bald. ¶ Dicit Imperator, quod vbi debet à sententia appellari, sufficit appellare à capitulo principali sententiæ. C. si pendente appellatio. mors interuener. l. 3. Bald. ¶ Si aliquis est impeditus, ut non possit appellare, non currit sibi tempus, quia est utile à principio: imo habetur pro appellante, ut notat Cyn. in l. 2. de his, qui per met. iudic. non appella. ¶ Interpositio appellationis elidit vim executionis. vt l. quoniam. C. de appellatio. Tamen vt non detur appellantibus materia differendi, si non petunt apostolos, videntur appellationem deseruisse, vt dicta l. quoniam. Hæc est ratio: quia lex habet appellationem pro deserta, ne dilatandi materia præbeatur. facit lex secunda. C. de tempor. appellatio. in princip. Bald. ¶ Appellatur à vicario præfecti prætorio ad ipsum præfectum. C. de appellatio. l. à proconsulibus. Regulariter contra. C. de appellatio. l. præcipimus. in princip. & in capitu. secundo, de consuetudine. libr. 6. Bal. ¶ Apostoli sunt dandi intra triginta dies à die sententiæ, non à die appellationis numerandos. C. de appellatio. l. iudicibus. Bald. ¶ Causa remittitur ad partes, ne litigantes nimis grauentur. C. de appellatio l. cum post sententiam. Bald. ¶ In consilio publico debent creari & publicari officiales: alias non valet. C. de appellatio. nominationes. Bald. ¶ Appellatio potest corrigi & emendari, si tempora suffragantur. C. de appellat l. si quis libellos. vide Guli. ff. qui satisdare cogan. l. arbitrio. Bald. vide infra. eodem §. quandoque quis re. & supra. §. quando causa est in curia. & infra. §. petii à te bouem. & §. qualis est libellus. in fin. ¶ Tortus, vel verberatus illicitè, appellando propter illud grauamen eximitur in totum à potestate torquentis, & tota causa ad superiorem deuoluitur. C. de appellatio. l. si quis prouocatione. ¶ Non est iniustum, quod appelletur à grauamine. nam idem, si ab interlocutoria, cum appellatio est iusta. C. de rebus credito. l. generaliter §. si index. ¶ Item nota, quod licet præposterum sit prius appellare, quam grauetur, illud est verum, nisi grauamen esset irreparabile: quia tunc posset dicere, appello, ne grauer, ut dicta. l. si quis prouocatione. & de appellatio. recipien. l. antepenul. & C. eodem. l. antepenul. Bald. ¶ Ab executione non appellatur, sed ab excessu executionis sic: & excediturre & tempore. dicta. l. si quis prouocatione. & l. quoniam iudices. de appellatio. Nam executio nil decidit: & ab eo, quod nil decidit, non appellatur. Ratio colligitur ibi. Baldus. ¶ Quandoque quis renunciat appellationi factæ, non tamen simpliciter, sed emendando, uel mutando, uel nouam appellationem geminando, & ipsam solam prosequendo: quandoque simpliciter renunciando. Primo casu renunciat appellationi, sed non iuri appellandi. Secundo casu in totum renunciare uidetur, utrunque probatur C. de appellatio. l. si quis libellos. secundum diuersas lecturas. Ergo apparet, quod non semper est idem renunciare appellationi, & renunciare iuri appellandi. quod est notandum. uide supra §. appellatio potest corrigi. Bald. Appellationem potest prosequi non solum appellans, sed etiam appellatus. C. de appellatio. l. ampliorem. in princip. Bald. Et sic ex appellatione quæritur ius tam appellanti, quam appellato. quod est notandum. Et uterque potest eam introducere. C. eodem. titu. l. in offerendis. ff. de bono. possess. contra tabul. l. si post mortem. in fine. Bald. ¶ Dicit statutum, quod appellans debeat soluere à principio duos denarios pro libra eius, quod æstimatur lis: modo ponæstimatores æstimauerunt litem centum: postea in calculo sententiæ apparet, quod lis est ducentorum: unde dicit appellatus, se non posse succumbere, nisi in centum. quia pro aliis non est solutum optimum duorum denariorum pro libra, (quod Perusii corrupto uocabulo Decimum appellatur) quæritur, quid iuris? Respond. ista æstimatio rectè facta à principio, non restringit ius partis. nec auget, nec ergo impedit, quin iudex sequendo ueritatem de toto pronunciet. C. de appellatio. l. fina. in fin. Bald. uide infra. de regul. iur. §. ubi non proceditur. post medium. ¶ Dicit statutum, quod reportans sententiam condemnatoriam cõtra reum, soluet intra decem dies à die sententiæ duos denarios pro libra: alias sententia non ualeat: modo ponamus, quod sententia est lata sine certa quantitate in expensis, uel in generali, uel in uniuersali iudicio: quæro, quando incipiat tempus decem dierum? Respondeo, à die taxationis expensarum, & à die declarationis in iudicio uniuersali. nã antè non est certa quantitas: tunc enim sententia inspicitur, quando ex eius tenore quantitas est liquida: alias si non est liquida, oportet quod primo liquidetur. C. de appellatio. l. in offerendis. ibi, dum dicit. si sententia iudicis discernenda. qui textus est ad hoc multum notabilis. & l. fina. eodem titu. Bal. ¶ Magis dignum trahit ad se minus dignum. C. de appellatio. l. præcipimus. §. penul. & sic est argumen. quod si in eodem collegio sunt clerici, & laici, episcopus sit iudex totius collegii, & non iudex secularis: & de hoc not. extra de locatio. capitu. primo. Bald. ¶ Quidam est episcopus & dux: fert sententiam in temporalibus. ut dux: an appelletur ad archiepiscopum, an vero ad regem? Videtur, quod ad regem: quia non iudicat vt episcopus, sed vt dux. nam inspicitur qualitas iurisdictionis, non qualitas dignitatis: argumen. ff. de offic. eius. l. & si prætor. & videtur ibi casus, & ibi per Guli. C. de appellatio. l. penul. In contrarium facit: quia ista iurisdictio facta est ecclesiastica & episcopalis, ut in capitu. Romana. de appellatio. lib. 6. Non obstat lex, si quando. quia ibi erat dignitas sine iurisdictione, quæ non considerat: hic uero ipsi sedi & dignitati erat annexa iurisdictio. Baldus. ¶ Dicit statutum, quod à laudo mercatoris non possit haberi recursus: modo compromissimus in Titium, qui non erat mercator tempore compromissi, sed postea est mercator tempore laudi: quæritur, an poterit haberi recursus? Videtur, quod non: quia ad auctoritatem sententiæ firmandam inspicitur tempus sententiæ. C. de appellatio. præcipimus. §. sanè. vide ibi per Barto. ¶ Tempus currit absenti à die notitiæ, præsenti statim à principio. C. de tempor. appellatio. l. prima. ¶ Quæ differentia est inter hos sermones: appellatio suspendit pronunciatum. C. de appellatio. l. præcipimus. §. in offerendis. & appellatio rescindit seu perimit pronunciatum. ff. de infam. l. furti. §. fina. ff. ad Turpil. l. 1. in fine. Respond. aliud est Suspendere, aliud est Perimere. vt not. ff. de pactis. l. si vnus. §. 1. de consuetudine, capitu. cum inter. per Innocen. Nam si suspenditur, tunc finita appellatione resumit vires prima sententia inspecta veritate, & meretur executionem: si perimitur, non potest reassumere vires, nisi per fictionem: & lex non fingit, nisi in casu, quo appellatio deseritur: quod est in quatuor fatalibus. ¶ Primum fatale est, si non petuntur apostoli intra 30. dies. C. de appellatio. l. quoniam. ¶ Secundum fatale est, si appellatio non introducitur intra terminum præfixum. C. de appellatio. l. præses. ¶ Tertium fatale est, si non fit prosecutio intra annum. C. de tempor. appellatio. authen. ei qui. de quo anno eximitur tempus compromissi. C. de tempor. appellatio. authen. si tamen. quod est notabile. ¶ Quartum fatale est conuentionale. ff. de pactis. l. tale pactum. §. qui procauit. & ibi plenè per me in repetitione. Ergo per confirmationem expressam non reassumit vires prima sententia: quod mirum videtur, vt confirmatio non tribuat confirmato robur, contra l. Aurelius. §. testamento. ff. de liber. legat. Si enim affert robur, ergo & executionem meretur. Sed respondeo per legem, si quis priore. ff. ad Trebe. secundum Iacob. Butr. vide infra. eodem. §. qui compromittit. Bald. ¶ Quando causa est in curia Romana per appellationem, omnia denuò possunt actitari, suppleri, & emendari. C. de appellatio. l. in offerendis. §. fina. & l. ampliorem. § primo: secus si sit in curia per relationem. C. de dilation. l. cum à nobis, C. de appellatio. l. ne cautas. Bald. ¶ An appellans possit sibi decernere & statuere tempus & terminum appellationis prosequendæ. C. ne lic. in vna eademque cau. l. 1. vide infra. eodem. §. qui casu. ¶ Officium iudicis appellationis est magis latum, quam officium iudicis causæ principalis: quia iudex appellationis potest pronunciare ex causa non intentata in libello appellatorio. ff. de appellat. l. scio. secus in iudice primæ causæ. ¶ Secundò quia iudex appellationis supplet vltra id, quod petium est: quod non potest iudex primæ causæ, Infit. de actio. §. fi minus. verbi gratia: Petii à Titio centum: iudex condemnauit eum in quinquaginta, in aliis absoluit: Titius dixit, appello, quatenus sententia est contra me: & prosecutus est Titius me absente: iudex appellationis potest emendare sententiam, & condemnare eum in centum: & sic condemnat me non petente. C. de appellatio. l. fin. in principio. ¶ Hoc etiam nota, quod appellatus potest in causa appellationis prosequi omne ius suum: etiam absque libello. Et quia licet appellans dicat, appello, quatenus sum læsus, tamen tota causa deuoluitur ad iudicem appellationis: quia appellatio est communis: ergo non potest ei renunciare appellans inuito appellato, argumen. ff. de bonor. possessio. contra tabul. l. si post mortem. §. fina. Et hoc est verum, postquam est introducta coram iudice ad quem: sed antè sic. C. de appellatio. l. si quis libellos. & facit, quod licet quis dicat, produco instrumentum, quatenus facit pro me, tamen inde possit se iuuare aduersarius suus. de hoc not. ff. de edend. l. 1. §. 1. C. de fide instrumentoru. authen. ad hoc. & de censibus, cum olim. per Innocen. ¶ Item in causa appellationis valet confessio facta iudici absente parte quia iudex supplet, vt dicta. l. ampliorem. §. primo. & potest supplere stando & sedendo. C. de tempor. appellatio. l. secunda. in fin. secundum naturam actionis explicat: vide Bernar. extra de postula. prælato. capit. bonæ. & ff. de interrogatio. action. l. voluit. §. primo. vide supra. de sentent. pas. per totum, & infra. titu. proximo. §. egi ad centum. & infra. eodem. §. iudicium dicitur inchoari. versicu. & ratione. & §. petii à te decem. & §. an inuito appellato. ¶ Quando tempus præfigitur instantiæ, computantur etiam dies feriati: nec differtur terminus, si vltima dies est feriata. C. de tempor. appellatio. l. secunda. §. fina. Et si potestas debet expedire processum intra mensem ex forma statuti, si vltima dies est feriata, ex pediat die præcedenti non feriata: alias incidit in pœnam statuti: nec enim fit prorogatio termini dati à iure, seu constitutione, licet feriæ incidant: not. Bald. Et hoc facit pro intellectu capituli, de causis. de officio delegati, vide infra. eodem. § quando terminus. ¶ An inuito appellato possit appellans appellationi renunciare? Dicit Cynus, quod non: C. quando prouocan. non est necess. l. omnem honorem. §. fina. sed ibi loquitur in differente, non in renunciante: sed ad idem facit, quia ius est quæsitum appellato. C. de tempor. appellatio. l. ampliorem. & de bonor. possessio. contra tabu. l. si post mortem. §. fina. In hoc dicit Specul. quod re integra potest. secus re non integra. C. de appellatio. l. si quis libellos. idem nota ipse in capitu. quæmuis. de electio. libr. 6. in suo apparatu: dic, vt ibi. Bald. vide supra. §. officium iudicis. & infra. titu. sequen. §. ille, qui acquisiuit. & infra. de libel. conceptio. §. actor non potest. Interrogatio & positio semel facta, non debet iterato fieri, nec parti, nec testi. C. de appellatio. l. ampliorem. §. fina. Bald. ¶ In dubio præsumitur & statur pro iurisdictione. C. de appellatio. l. ampliorem. §. fina. Bald. ¶ Quando ius commune imploratur, vt reparatio, non est necesse partem citare. C. de tempor. appellatio. l. secunda. ibi, admoneri. Bald. ¶ Terminus legalis non est alicui necessario notificandus: quia notum est, vel esse debet. dicta. l. secunda. vt ibi not. Bald. ¶ Dilationes non sunt inculcandæ: & ideo vna post aliam cedit, nec conceduntur, eadem l. in gloss. si reparationis. vide supra. de dilatio. §. vna dilatio. ¶ Bald. ¶ Prorogatio dilationis non est necesse quod allegetur in termino prorogato, sed sufficit in termino prorogante: ibidem: Si appellatio deseritur post tempus quadrimestre, nullæ dantur reo inducie, dicta l. secunda. §. quod si ab. in glossa, sed nonne. Bald. ¶ Si nepos prosequitur appellationem, ea deserta potest primum iudicium exequi, licet non sit declarata appellatio deserta, in eadem gloss. quæ dicit, quod non est opus pronunciatione: & subdit rationem, quia non venerat pars ad iudicem quod est not. dignum. Bald. vide supra eodem. §. casus talis est. & infra eodem, statim. §. iudex. & in §. si iudex appellationis & supra. §. quando tempus. ¶ Quando terminus est statutus ad finiendum processum, iste terminus nó prorogatur propter dies feriatos, vt dicta l. feriatos. & dicta l. secunda. versicu. penultim. Bald. ¶ Iudex ex officio suo potest opponere: & renunciare instantiam & appellationem desertam, vt d. l. 2. §. fin. t. quod not. bene vide supra proxim. §. fi nemo. Bald. ¶ In culpa est, qui patitur sibi labi dimidiam partem termini, & nil fecit: videtur enim se arctasse, C. de tempor. appellat. l. nemo. Bald. ¶ Possunt repelli instrumenta, quæ producuntur nimis in fine temporis, vt dicta l. nemo. in fine: quod not. Baldus. ¶ In causa appellationis contumax etiam victor, condemnatur in expensis, C. de tempor. appellat. authentic. ei qui. ¶ Quatuor sunt casus: quandoque prosequitur appellationem vterque: quandoque appellans tantum: quandoque

doque appellatus tantum: quandoque neuter.idem Bald. ¶ Ille qui compromittit,non videtur renunciare liti, vel instantiæ: & pendente compromisso non currit tempus iudicio, nec partibus ad procedendum, nec iudici ad expediendum processum.C. de tempor.appellatio. authen.si tamen, & extra de appellatio.& capitu.quamdiu.in clemen. vide supra.quæ differentia est.& supra. de legato.§.tempus. Bald. ¶ Coram principe non perit tempus instantiæ. C. de tempor. appellatio. authen. sed lis.quod nota. Mora iudicis non nocet partì , nec inducit desertionem appellationis. C. de tempor.appellatio.authen.si tamen. Idem in tempore statutorum.Bal. quia procedenti & diligenti non imputatur lapsus temporis: & vt de diligentia appareat , protestetur. not. Bald. ¶ Id , in quo prima sententia non officit , secuta appellatio non deuoluit. C.de tempor. appellatio.l.per hanc.secundum Iacob. Butr.& Cyn.& in hoc stat virtus illius legis:quia illud dicitur nouum , ad quod sententia non extendit suum vigorem : & illud dicitur annexum , quod excluditur per rem iudicatam , vt sunt exceptiones , replicationes , & similia, secundum Iacob. Butr. & Iacob. de Rauen.vide supra. de exceptio.§. Vincentius. ¶ Positiones factæ post litis contestationem in causa principali, possunt mutari in causa appellationis , & admittitur variatio. vt si egi rei vendicatione , & in prima causa volui probare dominium per sententiam , vel per traditionem , nunc per præscriptionem. vt not. in dicta.l. per hanc.sufficit. enim sub libello includi, ut not. in dicta.l.per hanc. in gloss. & Iacob. de ista materia habemus quinque leges.ff.quod cum eodem.l.fina.C. de appellatio.l.eos.§.primo.& in l.in offerendis.§. fina.& l. ampliorem.§. primo.& l. per hanc. Iacob. ¶ Etiam si ab interlocutoria appellatur , potest appellans de iure ciuili uti nouis probationibus.l.per hanc. per Cynum in tertia. quæstio. de iure Canonico dic , ut in capitu.appellanti.de appellatio.in clemen. vide supra, eodem. §. nota , quod secundum ius ciuile. ¶ Ille qui appellat , habet necesse producere sententiam.l. per hanc.C. de tempor.appellatio. & ibi per Cyn.quæstio.quarta. de fide instrumento.capitu. G. perpetuus. per Innoc. Vtrum in causa appellationis procedat renunciatio , dicta l. per hanc per Cynum. ¶ Vtrum appellatio in causa conuentionis retardet processum re conuentionis.in l.per hanc per Cynum. Quid est dicere quod ille, qui generaliter sine ulla coarctatione coegit, videatur deducere omne tus suum. C.de anna.exceptio.l.fina.respond.primo præsens & futurum , de re iudic. capitu.abbæ sanè.libro sexto.& not.per Azo.C.de tempor.appellatio.l. per hanc. Sed tu dic , quod non videtur intentare , nisi ius , quod habet de præsenti .ff.de actio.empti.l. non est nouum. non autem futurum , nisi sit præsenti coniunctum , uel à præsenti originem trahat.ff.de pignora.actio l. si rem.§.fina.& per Dyn. Institut.de actio.§.primo.& hoc verum in actore. Sed reus uidetur intentasse etiam futurum : quia reo prodest etiam exceptio quandocunque oriens.ff. de condictio. sine causa.l. si fullo. Sed ego dico , quod sicut non prodest actori talem causam allegare , licet postea superueniat uera sic nec reo , sed debet de nouo allegari. Vnde si reus allegauit exceptionem pacti nondum facti , & postea fiat pactum denuo excipi oportet , sicut & agi. nam exceptio obiecta fuit falsa , & super causa falsa non potest fundari victoria rationalis. ff. de peculio. l. eo tempore . Bald. vide infra eodem.§.iucidentia omnia.& §. petii à te decem. Bald. ¶ Casus talis est: Egi contra Titium ad mille certi condictione ex mutuo: produxi contra eum decem testes ad probandum : publicato processu apparet, quod vnus tantum probauit : iudex propter inopiam probationis absoluit reum:ego appellaui : & in causa appellationis uolo producere vnum alium reum ad habendum plenam probationem : quæritur , an possim? Item quæritur : agebam ex testamento per sex testes iudex absoluit reum propter inopiam probationum. C. de testibus. l. si unus. appellaui , & in causa appellationis volo probare per septem testes : quæritur , an possim? Et uidetur , quod non , tribus rationibus . ¶ Primò , quia post didicita testificata timetur subornatio , in authen.de test. §. quia uero.& ista suspicio non remouetur per appellationem : ergo durat prohibitio. ¶ Secundo, quia causa appellationis & causa principalis sunt circa idem : & appellatio tollit pronunciationem de medio : ergo quod non licebat ante sententiam , nec nunc licet. ff. ad Turpil. leg. prima. in fine. ¶ Tertio , quia ridiculum esset prohibere in prima causa , si permitteres in causa appellationis . nam ob istud commodum semper victus appellaret. Iustius esset ergo permittere in prima , quam dare occasionem nouæ liti , argumen. C.de fruct. & lit. expen.l. terminato. in fin. ¶ Quarto hoc dicit in textu in capitu fraternitatis.extra de testibus , & in clemen.de testibus.eodem titu. In contrarium probatur sic : ille , qui nullos producit testes , & sit in latiori negligentia , potest in causa appellationis eos producere , & nihil probans totum probare : ergo multo magis aliquid probans supplere , quod deficit : uel saltem ista debent , ut paria , iudicari , nil probasse , uel insufficienter.C.de appellatio.l.ampliorem.§.primo . Nam si maior negligentia non officit : ergo nec minor. hoc probatur in l. per hanc . ¶ Secundo sic: causa appellationis est diuersa à prima , accipiendo causa pro processu , prout diffinitur C. de transactio.l.causas.& l. penulti.ff.iudica.solu. Sed probationes sunt de processu causæ : & nouus processus desiderat nouas probationes : ergo sic, qui probauit in ciuili per testes , iterato probat in criminali : & qui probauit in personali , iterato probat in hypothecaria, ut not.C.ad l. Aquil. l. ex morte. & de probatio.l. ante omnia. ¶ Tertio sic : sicut se habet processus arbitri ad processum iudicis . sic se habet processus primi iudicis ad processum alterius iudicis , id est iudicis appellationis.ergo , &c.ut leg. penultim. de arbitris , & C.de tempor.appellatio.l. fina. ¶ Quarto uidetur casus. C. de appellatio.l. eos.§.primo. & l. in offerendis.§. fina.& l.ampliorem.§.primo.C.de tempor.appellatio.l. per hanc. Solutio. In foro Iustiniani est uera ista secunda opinio, sed in foro ecclesiastico prima. Tamen opinio Legistarum ratione prætalet : quia testes

a appellationis producuntur ad nouum effectum : scilicet ad confir-
m sententiam , uel infirmandum . nam magnus est iste effectus ultra
os primæ obligationis ascendens : patet exemplum ff. de exceptio.
ica.l.duobus.C. si plures una sententia.leg. prima.nam alterato effe-
ipitur noua probatio.ff.de exceptio.l.sed si exceptio. Nam & decre-

dicit hic , quod testes ante litem recepti , ut aliquis admittatur ad contradicendum , postea repetuntur , ut admissus uincat : quia uariatur effectus, extra de testibus , capitu. ueniens.libr.sexto. Sic & testis receptus super inquisitione informanda iterato est producendus super formata. Sed potest responderi , quod ante litis contestationem non recipitur in figura iudicii. ff.de bonor. possessio l. quarta.§ penulti. & ideo non dicitur ritè receptus, quod ad negotium principale. facit qđ notatur in l.prima. C.quorum bon. Bald. ¶ Sed pone : Titius accusatus de homicidio , confessus est homicidium , sed excusando se uisus est probare , quod fecit ad suam defensionem: & quia hoc non probauit nisi per unum testem , condemnandus fuit: in causa appellationis vult per vnum alium testem defensionem probare, vt sic ex coniunctione duorum testium habeat probationem : nunquid potest secundum ius ciuile , quod est æquissimum , vt pleniori lumine subueniatur veritati ? sed dico , quod licet non possit pars , tamen iudex ex officio potest & debet , vt not. Innocen. de test.capitulo. cum clamor. quod est notabile. Et hæc est notabilis limitatio ad capitu.fraternitatis.de testi, Bald. ¶ Sed nunquid iudex , qui condemnauit ex inquisitione , potest defendere suam in causa appellationis ? Respondeo , sic : quia lex eum vocat aduersarium. C. de appellatio.l. si appellatus . Hoc est verum : tamen ex gestis coram se in prima causa , non ex aliis : quia ex illis tantum debuit se fundare , ut not.in l.illicitas.§.veritas.ff.de offic.præsid. Nam iudex , qui malè condemnauit , prætendit interesse , cum teneatur ad interesse , vt l. sueriter.C. de excusa.tut. Bald. Non propositum & non oppositum proponam & opponam : proponam ego actor : opponam ego reus , si ex eadem lite sit : secus si sit nouum capitulum , vt l.per hanc. Quid est dictum nouum capitulum ? dixit Ioannes , id est nouum ius : dixit Azo , id est noua res : tertii dixerunt , id est noua causa non orta , sed intentione. Bald. ¶ Sed an sufficit aliquid probare , licet non opposuerit ? Dic , vt not.ff.de pactis l.si vnus.§.pactus. Bald.vide infra.ſtatim §. petii à te bouem. Petii à te decem actione ex mutuo : lite contestata mutuauì : debet iudex condemnare te.ff.de pignora.actio.l.si rem.§.fina.sed si appellaui,& præcedente appellatione mutuo non prodest , secundum Ioannem : quia est nouum ius , non inclusum sub primo processu . Gloss. dicit , quod etiam in primo iudicio non prodest. ff. de iudic.l. non potest . Distinctio ergo de primo & secundo iudicio est falsa : tamen verum est, quod ad iudicem appellationis hoc non pertinet capitulum : & hoc ex parte actoris : sed ex parte rei sufficit ius superueniens.ff. de condition. indebit. l. eleganter.§. si quis tamen. Interdum nec reo sufficit.ff. de rei uendicatio.l. si post. & de condict. furtiua.l.& ideo. & tunc nec reus potest introducere hoc in causa appellationis: quia ex hoc non consequitur defensionem : & adde quod not. Cyn. in l. prima.C de alie.iur.mut. caus. fact. vide supra eodem.§. quid est dicere.

¶ Petii à te bouem , es absolutus : appellaui, & in causa appellationis uolo probare , quod debes æstimationem , uel asinum : non possum : quia est nouum capitulum impertinens : nec potest mutari libellus in causa appellationis , secundum Azo. Sic & defensio rei debet esse de re , quæ petitur, non de alia re : facit ff. de arbitris. l. non distinguemus.§. de officio. & hoc verum dicit Azo. Bald. Sed si mutatur causa circa eandem rem , hoc potest fieri in causa appellationis : uerbi gratia : Egi rei uendicatione, & sum prosecutus titulum emptionis in prima causa : in causa appellationis possum prosequi alium titulum : quia generaliter egeram. & sic includebatur sub libello : & licet fecerim malam positionem in prima causa, possum eam emendare in causa appellationis : quod not. secus , si non includebatur in libello , ut dixi. Sufficit ergo eam includi sub primis actis petitoriis, licet non includatur in probatoriis in prima causa factis , secundum Azo. Nouum enim capitulum dicitur , cum res , uel causa mutatur , quod non corroborat ius actoris , uel rei circa idem , quod in iudicio est deductum : nouum capitulum non dicitur , quod oritur ex eadem causa , uel circa eandem causam incidit. Bald. vide infra. ſtatim §. egi contra colonum. & supra,appellatio potest porrigi : alias corrigi.& omino.infra.eodem.§.qualis est libellus opposuit. ¶ Illud quod excluditur per aperturam processus , & didicita testificata , non potest postea probari : sed si excluditur per sententiam , sed non excluditur per processum testium , sic : & hoc de probatione testium: sed per instrumenta omnis probatio pertinens ad causam admittitur : impertinens uero non admittitur. ¶ Et not. quod sufficit intentari dominium & illud simpliciter probare per præscriptionem, ut not. in dicta.l.per hanc.ff. de exceptio.rei iudica.l. si mater.§. eandem per gloss. & Dynum , & Iacob. Buttrig. Institut. de actionib.§. primo. Bald. ¶ Egi contra colonum actione arborum furtim cæsarum : in causa appellationis uolo prosequi actionem ex locato : non possum , quia est nouum capitulum . ¶ Item ubi actiones electione tollerentur , non possum ratione electionis , secundum Iacob. ¶ Reus opponit exceptionem pacti in causa principali: in causa appellationis vult probare exceptionem non numeratæ pecuniæ : non potest : quia est nouum capitulum . Hoc uerum , si iudex pronunciauit super exceptione eam non obstare : secus si condemnauit in principali per hanc regulam; quia illud dicitur nouum capitulum, quod non excluditur per sententiam . Vnde cum in hoc sententia non officiat , nec grauet , appellatio non proficit.ff.de institu.l.habebat.ff.de pact. dotal.l. Barius . ¶ Illud non dicitur nouum , quod excluditur per rem iudicatam , secundum Iacob. de Ra. Iacob. Butr. Petr. & Cyn. ¶ Incidentia omnia in causa appellationis probari possunt. Iacob. ¶ Si conditio debiti extitit in causa appellationis , potest eam actor allegare: quia oritur ex ueteri causa.ff. de condictio. furti.l. si seruus. in princip.ff.de pignor.actio.l. si rem.§.fina. ¶ Item , si pendente appellatione extitit conditio liberationis , potest hoc reus allegare : quia oritur ex ueteri causa.ff. de condi. furtiua.l. si seruus. in principio. ¶ Item si pendente appellatione factum est pactum actori de petendo , potest illud allegare & probare: quia est accessorium causæ. ff. de pact. l. tale pactum. § primo . Econtrà si reo est factum pactum de non petendo , potest id allegare.ff.de condictio. indebi.l.eleganter.§. si quis. Reus ergo ad originem exceptionis, sed actor, in replicationem fundandam , non ad originem petitionis , nisi retro fingatur ex veteri causa , poterit allegare talia : uide supra §. id , quod exclu-

ditur.

ditur.& supra eodem.§.quid est dicere. Bald. ¶ An pendente appellatione possit mora, vel contumacia purgari, not. in l. prima. in princip. ff. de action. emptio l. si cum exceptio.§. hæc autem act.ff. quod met.causa, & vide Cyn.C.de transactio.l.si maior. Bald. ¶ Super vno libello non valent duæ sententiæ diffinitiuæ, nec contrariæ, nec similes: sed tantum valet prima si fuit ritè lata.C. quæ senten.sine appellatio.rescind.non possunt. l.prima.C.de senten. & interlocuto. omnium iudic.l. post sententiam.ff.de re iudicat.l. quod iussit. secundo respondeo. Et est ratio: quia secunda sententia non habet instantiam, si inuenitur lata sine instantia. nam prima instantia prius finem acceperat per priorem sententiam.C.de fruct.& litium. expen.l. terminato. Nam lata diffinitiua non durat ad modum instantiæ litis: quia non durat lis. Adeo hoc est verum, vt etiam de consensu partium lata sententia non valeret, siue consenserint partes, vt iterum pronunciaretur: siue etiam, vt sic pronunciaretur, vt not. C. de transact. l. si diuersa. Et in hoc concordant omnes sapientes: sed super diuersis libellis de eodem formatis, & super diuersis instantiis, an valeant duæ diuersæ sententiæ, vel contrariæ: an prima tantum, an ultima tantum, apud peritos dissensio fuit, & adhuc sub iudice lis est: Et vt clarius intelligatur, forma sic thema. Titius & Seius debebant mihi decem, quilibet insolidum: item ad fundum egi contra eos, & quemlibet eorum in solidum iudex condemnauit in decem, & absoluit in fundo: ego vidi, quod quilibet vestrum condemnatus est in quinque: ago denuo contra quemlibet in solidum, vt primus iudex primæ causæ vtrunque condemnet in solidum, tam in decem, quam in fundo: quæritur, quid iuris? Et videtur, quod in decem debeat ferri secunda sententia: non enim est primæ contraria, sed plus continet.nam in eo, quod de erat, agere potui, ut notatur in l.prima. C.si plur.vna senten.de exceptio. rei iudica.l.eiusdem.ff.de action.& oblig. l. qui seruum.§. fina. cum simi. Nam quid prodest mihi, quod actio remaneret mihi, si eam non possem intentare? C. de vsur.rei iudica.l.fina.versi. si enim. Si ergo volo agere ex prima causa, possum.item ex secunda: quia non sunt contrariæ, sed habent se, vt excedentia & excessa. & hoc, quo ad primum caput sententiæ. Si autem primus iudex condemnauit in decem, & secundus absoluit, tunc istæ sententiæ sunt contrariæ. nam prima condemnatoria, secunda fuit absolutoria: quæritur ergo quæ prævalet? Et glossæ dicunt, quod semper prima sententia valet, nisi ratione dubii: quia si est dubium, an sit iudicatum, tunc valet secunda: sed si est certum, tunc secunda non valet: & est ratio: quia sententiæ contrariè habent se per modum coæqualium: & ideo posterior in priorem nil potest, argumen. ff. de fideiusso.l. generaliter. Secus in iuramento & sententia: quia non habent se, vt coæqualia, sed vt superius & inferius, respectu iudicis & potestatis officii. nam iuramentum est inferius, sententia est superius: & ideo enernat iuramentum secundum Cyn. Sed Gulie.de Cun.dicit contra, quod si prima sententia fuit condemnatoria, secunda absolutoria, valet secunda, & non prima, per l. duobus. ff. de exceptio. rei iudica. Sed econtra si prima fuit absolutoria, secunda condemnatoria, valet prima, & non secunda.nam secunda executionem non meretur: quia absolutio transiuerat in rem iudicatam, vt dicta. l. prima.C. quando prouoca. non est necess. & hoc tenet Cyn.in additio.per dictā.l.duobus.coniuncta dicta l.prima.quæ inuicem videntur contrariari. Et ratio differentiæ est in promptu. nam in primo casu imputet sibi actor, argumen.ff.de minoribus.l.minor viginti quinque annis omissam. Sed certè in l. duobus. secunda sententia fuit lata ex noua causa, & habet nouum fundamentum: sed quæstio, quando non habet aliud fundamentum a prima: præterea ius quæsitum ex sententia, examinatur seorsum a principali: & cum de eo non sit disputatum in secunda causa, mirum est, quomodo absorbetur per absolutoriam super alio latam. nam secunda absolutoria est super actione prima, non super actione iudicati: nisi dicamus, quod sublata actione principali & accessoria, scilicet secundaria sublata videatur.ff.de transactio.l.& post rem.§.primo. Vel fortè actio iudicati tollitur electione, si reditur ad actionem primam, argumen. ff. de tribut. l. quod in hæredem. eligere. ¶ Et nota, quod exceptio rei iudicatæ potest opponi post sententiam: quia redditeam nullam argumen.ff.de arbitr l.de rebus.extra de re iudica.capitu.inter monasterium. Nam tunc esto, quod sententia secunda sit nulla, tamen non potest eam dicere nullam propter suam moram & malitiam: sic extra de exceptio.cum ecclesiasticæ.& ff. de manumiss.testamen.l.qui habebat. Concludit ex prædictis, quid iuris, si prima fuit absolutoria, & quid econtra. Et hoc in sententiis contrariis latis successiuè. ¶ Sed quid si simul, vel non apparet ordo temporis? verbi gratia: Ego eodem die super eadem causa fui Perusii absolutus, & Florentiæ condemnatus: puta super eodem debito fortè litigabam, hic per me ipsum, Florentiæ per procuratorem, cum vtrobique haberem domicilium? Respondeo, si potest probari prius & posterius, prævalet prima sententia: si non, tunc neutra valet. C. de fide instrumento. l. scripturæ. vel quæ minus condemnat, valet absolutoria, argumen ff. de legat. secundo. l. Sempronius Proculo. Et fortè idem est in criminali, quod in ciuili: puta si in duobus locis contra aliquem inquiritur, & ab vno iudice condemnatur, ab alio absoluitur, nisi condemnatio fundaretur ex contumacia, secundum formam statuti: quia pœna contumaciæ non tollitur, licet per aliam sententiam crimen purgetur: & argumen ff. de custo. reo. quod est not. Bald. ¶ Quando procedit iste libellus cumulans contraria, scilicet dico sententiam nullam: & si qua est, appello: secundum Innocentium in capitu. dilecto procedit in diffinitiua, secus in interlocutoria. Dynus dicit, aut appellat reus, & tunc procedit: quia reus potest vti remediis contrariis conditionaliter propositis: secus in actore. Vnde si actor appellat, libellus talis de iure non procedit, secundum Dyn. Sed glo.ordinaria dicit contrarium, scilicet quod libellus procedit.C.quando prouoca.non est nec.l.prima. Non obstat.quod actor non potest cumulare contrarias actiones: quia verum est, quando actiones sunt coæquales: secus, si vna incidit alteri: vt causa nullitatis si incidit appellationi: & Oldra.dicit: quod ista cumulatio expresse admittitur, quia tacitè inest. nam qui solum appellat, etiam de nullitate tacitè videtur agere. ff. de appellatio. l. si non extat. ff. famil. erciscun. l. quædam mulier.ff. de iure patronat.l. Camelia Pia. Secus. si tacitè non inesset, secundum Oldra.& confirmatur per casum in simili extra de in integrum restitutio. capitu. constitutus. Quod ego verum credo: quia nullitas & appellatio non tam actiones, quam remedia sunt: & potest quis pluribus remediis vti, vt extra vt lite non contesta. capitu. quoniam frequenter.§ fin. B.& per Bartol.plene in l.si expressum.ff. de appellatio. vide supra in hoc titulo.§. primo. versicu. quidam autem. & infra §. potest. ¶ An qui dicit actum nullum ex vna causa, possit aliam causam nullitatis prosequi, infra de libel. exceptio. §. ille qui dicit. Et quid si disiunctiuè intentatur causa nullitatis, & restitutio? Eodem titulo.§. procedit libellus. Et quando in eodem libello petitur restitutio & nullitas, an possit fieri, infrà de restitu. in integrum.§.primo. Et de materia nullitatis, coram quo petì possit. supra de sententia.§.causa nullitatis. ¶ Statutum dicit, quod in causa appellationis debet mitti decimum: nil dicit de causa nullitatis: appellans non misit decimum, & sic non potest prosequi appellationem: quæritur, an possit prosequi nullitatem? Et videtur, quod non: quia quæstio nullitatis non est quæstio principalis, sed incidens: vnde principali causa sopita & præclusa, durare non potest accessoria. C. de vsu.l.eos. & ff. de eo, quod cert. loc.l.centum Capuæ. Nec obst. quod in libello dico sic, propono sententiam nullam, & si qua est, appello, nam licet iste sit ordo verborum, tamen ordo orationis & intellectus videtur alius, vt dictum est. ¶ Ex hoc etiam sequitur, quod deserta appellatione deseri videatur causa nullitatis. Sed contrarium videtur, argumen. ff. de seruitutib. vrbano. prædio. l. si domus. C. de iure deliberan. l. puberem. & ibi per Guliel. de appellatio. capi. sæpe. per Innocen. Nam aliud est in expressa, quam in tacita. l. tertia. ff. si pendente appellatio. mors interuen. Bald. ¶ Titius appellauit a banno sibi dato ex ficta contumacia: quod potest, vt not. in l. 1. ff. de requiren. re. & prosecutus in hoc modo: quia petiit bannum rescindi, tanquam latum contra ius partis; & non fecit mentionem de nullitate, iudex pronunciauit bannum esse nullum, tanquam latum contra ius constitutionis, de appellatione nil dixit: quæritur, an valeat pronunciatio? Et videtur, quod non: quia lata extra libellum. C. de fideicommiss. lib. l. fina. Sed bene valeret, si dixisset Pronuncio superuacuè appellatum esse, cum sententia sit nulla, vt l. si constat. ff. de appellatio. Sol. Obtinui valere sententiam per gloss. dictæ l. de appellatio. l. si expressim. & facit C. quando prouoca. non est necess. l. cum eo die. vide infra. eodem §. appellationem non procedere: & §. sed quid si dico sic, &c. Bald. ¶ Et forma statuti pro quolibet præcepto spreto debet quis in decem mulctari, iudex mulctauit in 15. an valeat in decem? Videtur, quod non: quia iudex legitimos fines excessit. C. quando prouoca. non est necess. l. certa ratione. ergo ipso iure non valet bannum, quod excedit formam statuti: quia bannum est mulcta: & ideo assessores faciunt dare bannum in certa quantitate: & addunt, & in pluri, & in minori, secundum formam statuti. facit, quod notatur in l. extra territorium. ff. de iurisdictio. omnium iudic. Et prædicta sunt vera, si forma & meta data sit iurisdictioni: & ratione partis sententia est nulla, quo ad vnum & idem capitulum. ¶ Per diffinitiuam potest confirmari testamentum, qd erat ipso iure nullum. C. quando prouoca. non est necesse. l. secunda. §. final. Item sententia nulla confirmatur per aliquam: not. eodem. titu. l. prima. ff. de appellatio. l. si expressim. Hac ratione dicimus, quod confirmatio prælatorum facta in contradictorio iudicio est diffinitiua, & confirmat electionem qualibet liberatione nullam: secus, si fiat de plano. nam tunc distinguitur, vt not. Innocen. in capitu. nihil. de electione. & not. Ioan. Andr. in capitu. fina. de electione. l. b. sexto. in Nouella. facit, quod not. ff. de bon. posses. l. tertia. §. penult. Bald. vide infra proximo §. cuius ætas. & infra. §. impossibile decretum. Iudex pronunciat instrumentum exequendum, & commisit nuncio, quod daret tenutam: quæritur, an possit appellari? & videtur, quod non: quia est executio. In contrarium facit: quia est pronunciatio. Gloss. dicit, quod à pronunciatione appellari posset: ergo non fiet executio, nisi post decem dies. l. prima. ff. nil no. appellatio. pen. in gloss. item pronunciatio est executio: not. ff. quod metus causa. l. si cum exceptione.§. in hac. Item executor non grauat, extra de appellatio. capitu. nouit. Item executor nil noui facere videtur, nisi modum excedat: & tunc bene appellatur ab executione. C. quo. appellatio. non reci. l. ab executione. vide infra. titu. proxi. §. illud est, &c. & supra eodem titu. in multis. §§. ¶ Cuius ætas non est capax officii, vel dignitatis, si eligatur, electio non est nulla ipso iure, sed annullanda, vt C. quando prouoca. non est necesse. l. si parer tuus. Bald. ¶ Quotidie fiunt electiones ecclesiasticæ & seculares ad officia & beneficia, & non valent ipso iure ætate refragante. Bald. Si tamen confirmentur causa cognita errore non expresso, valent: eodem titulo. l. secunda. Bald. & vide, quod not. in simili extra de rescript. capitu. scisci tatus, per Innocen. & prosisto dicto videtur casus in capitu. cum dilecti. de electio. Obstat tamen, quia istæ sententiæ in beneficialibus non transeunt in rem iudicatam, vi not. Docto. in capitu. si quando. de offic. delega. Cogita. vide supra. §. per diffinitiuam. Bald. ¶ Appellatio, quæ suspendit in antecedenti, ipso iure impedit in consequenti. C. quando prouoca. non est necesse. l. si, vt proponis. ff. de mune. & hono. l. reus. & de lib. caus. l. qui de libertate. ff. de excusa. tut. l. diximus. extra de restitu. in integr. capitu. secundo. in fin. ¶ Appellatio superuacua non debet admitti, & propter omissam condemnationem expensarum non potest appellari, nisi in casu, quem habes infra. titu. proxi. §. omissam condemnationem. C. quando prouocan. non est necesse. l. fina. & iudex appellationis factæ in principali condemnat in expensis vtriusque litis. Bald. idem vide infra. titu. proximo. §. ab omissione expen. ¶ Sed pone: petii à te decem: iudex in quinque condemnauit, & in quinque absoluit: tu appellasti ratione condemnationis: & ego appellaui ratione absolutionis: tandem ego non petii apostolos in causa appellationis, & sic est deserta appellatio mea: volo inhærere appellationi tuæ, & petere suppleri primam sententiam: videtur, quod possim, vt dicta. l. omnem. §. fina. & C. de appellatio. l. ampliorem. in princip. quod est no. nam mea appellatio fuit superuacua: & ideo superuacua neglecta non vitiat. Bald. & vide supra. §. officium iudicis appella. versicul. & quia appellatio. ¶ Appellationem non procedere, potest esse ex duabus causis: vel

quia

quia sententia est nulla, vel quia iniusta. Pone ergo, quod iudex appellationis pronunciat appellationem non procedere: quæritur, an videatur pronunciari ex causa nullitatis, an ex causa æquitatis, & iustitiæ? Sol. An in dubio videtur prima sententia confirmari, non infirmari, vt not. C. quando prouocan. non est necesse. l. prima. in gloss. quinta. vide supra. eodem. §. Titius appellauit à banno. ¶ Impossibile decretum est nullum ipso iure. ff. de tut. & curat. l. Seiæ egressæ. an ergo valet in homine sanæ mentis, vt amenti, vel prodigo detur curator? Dic, quod aut datur in contradictorio iudicio, aut de plano: primo casu valet ratione dubii: secundo casu, aut decretum consonat veritati, & non est dubium, quod valet, aut dissonat: & tunc aut est dubium: & valet ratione dubii. ff. de petitio. hæredita. l. si putas. aut est certum, & non valet, vt l. Seiæ. superius alleg. & not. in l. secunda. C. quando prouocan. non est necesse. Et sic intelligitur, quod no. in l. prima. de curato. furio. ¶ Et in arbitrio iudicis magis est causas de mente æstimare, quam ætatem, argumen. ff. de suspect. tuto. l. tertia. §. si tutor. In ætate habet arbitrari, an sit probatum. ff. de probatio. l. cum de ætate. non autem potest arbitrari, vt parum industrioso puberi det tutorem: quia lex fidem dationi fecit. ff. de conditio. & demonstra. l. pater. §. conditionum. & facit ad prædicta, quod not. in simili. ff. de bon. possess. l. tertia. §. si bonorum. & §. penult. & de legat. præstan. l. filium. §. si quis. C. quo. bono. l. prima. Bald. ¶ Sententia legis, vel statuti, vel iudicis, quæ bona respiciat, non porrigitur extra territorium. ff. de bon. auctor. iudic. possid. l. cum vnus. §. is qui. nam nec mens, nec potestas videtur esse tanta, vt not. C. de anna. exceptio l. fina. in fin. magnæ gloss. Item licitum est arguere de rebus ad personas. ff. de vulga. substitutio. l. qui plures ergo, &c. vt l. extra territorium. ff. de iurisdict. omn. iudic. ¶ Sed quid dicemus de nominibus debitorum? Respond. eius loci videntur, vbi agi debet. ff. de solut. quæro. Bald.

¶ Constitutio episcopi, vel statutum ciuitatis statuit terminum ad appellationem introducendam, id est ad exordium appellationis, scilicet ad citationem partis, & ad comparendum cum actis & munimentis primæ causæ viginti dierum. & ad finiendam appellationem trium mensium, quæritur vtrum hæc tempora consensu partium valeant prorogari, vel arctari? Et videtur, quod possint arctari. l. fina. in fin. ff. qui satisda. cogan. l. de die. & quod not. Innocen. de offic. delega. de causis. Item videtur, quod possit prorogari, vt l. fina. in fi. C. de tempor. appellatio. & authen. si tamen. Nam iurisdictio prorogatur de tempore ad tempus. ergo & sic instantia videtur prorogari posse. Sol. Dico, quod coarctari possit tempus tam finiendæ, quam introducendæ appellationis. Sed an augeri possit? Dicunt quidam, quod possit augeri tempus introducendæ, non autem tempus finiendæ causæ. ff. de dolo. l. arbitrio. §. penulti. Nam instantia causæ appellationis non debet esse maior, sed minor, quam instantia primæ causæ: sed illa non potest prorogari: ergo nec ista. Item pari ratione introducta sunt, propter publicam vtilitatem, vt not. C. de iudic. l. properandum. in princ. Nam respublica ex ciuilibus contentionibus plerunque læditur: maximè, si contendant simul personæ potentes. ff. de capti. l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. Nam propter immensas dissensiones quandoque tota ciuitas ad diuisionem & emersionem peruenit: & ita fuit consultum Senis super quadam constitutione episcopali, secundum Francis. Non obstat authen. si tamen quia ibi est prorogatio legis propter impedimentum compromissi: secus si non currit impedimentum, sed simplex prorogatio simpliciter. Similiter respondetur ad l. petendæ. C. de tempor. in integrum. restitutio. pet. Sed quod valeat prorogatio, facit ff de ædili. edict. l. quod si nolit. §. si quis ita. Sed ibi dispositio legalis taxatiua temporis erat subsidiaria in casu, in quo homo non prouideret: at hic præcisè lex loquitur taxatiuè. Bal. Nec potest partium consensu derogari legis auctoritati, vel formæ: quia ista dependent à prouidentia legis, non hominis: argumen. not. C. de testam. l. non dubium. & ff. de adoptio. l. si arrogator. §. primo. ff. ad Turpillia. l. prima. §. calumniator. & ad municip l. ordine. vide infra. §. proximo, uersicu. an tempus appellationis. ¶ Iudicium dicitur inchoari quando que per citationem, quandoque per litis contestationem. Per citationem dicitur inchoari, quantum ad præscriptionem odiosam interrumpendam. C. de anna. exceptio. l. fina. C. de præscriptio. triginta annor. l. sicut. & quantum ad appellationem introducendam. C. de tempor. appellatio. l. fina §. illud. Idem in causa appellationis esset, vt possit procedi ad diffinitiuam parte cõtumace: quia hæc est natura appellationis, quod potest aqualibet parte introduci & uentilari. C. quando prouoca. non est necesse. l. omnem. §. final. ¶ Item quia appellare est officium iudicis implorare: in quo officio iudex plurimum potest, & in eo suppleatur pro absente. C. de appellatio. l. ampliorem. in princip. nam in his, quæ officio iudicis ueniunt, & incumbunt, ipse iudex, cui conclusio dirigitur, habet arbitrari, qualiter officio suo fungatur. ff. de petitio. hæredita. l. fina. & l. planè. Nam appellatio est potius remedium, quod misericorditer imploratur, (quod lex uocat Triste auxilium) quam actio: & ideo nec desideratlibellum appellatorium: sed sufficit, quod uiua uoce ille, qui appellauit, solenniter petat super appellatione procedi. argumen. not. per Innocen. de offic. delega. capitu. cum contingat. Quod verum credo, si appelletur ab interlocutoria, argumen. no. ff. de interroga. actio. in rubrica. Sed si appelletur à diffinitiua, tunc si requiritur libellus in prima causa, requiritur etiam in secunda: alias non: quia appellatio naturam litis non mutat: facit clemen. sæpe. de verbo. signi. & de iudic. capitu. dispendiosam. eodem lib. ¶ Per contestationem dicitur inchoari iudicium, quantum ad formalem iudicii inchoationem. nam litis contestatio est primus actus contradictorius in principali negotio. tũc enim incipiunt partes venire ad conflictum: & tunc audiuntur primo. C. de iudic. authen. ad hæc. & in authen. de litig. §. omnem. Et istud est verum tam in ciuilibus, quam in criminalibus. ff. de pœnis. l. absentem. nam in criminalibus ad instar ciuilium procedit, vt ibi patet. adde, quod nota. ff. de iurisdictio. omn. iudic. l. & quia. vide supra. eodem. §. officium iudicis. versicu. & hoc etiam not. omnino. infra. de libel. concept. §. in causa appellationis. & in secunda parte. de appellatio. §. appellatio. & supra. eodem. §. primo. & §. sed an necesse. ¶ Qualis est libellus in causa principali, talis est in causa appellationis. nam qualitatem litis causa appellationis non immutat: vt si causa prima erat de boue, causa appellationis non potest esse de asino: si causa prima erat depositi, causa appellationis non potest esse de causa mutui, quia hoc est nouum capitulum, vt l. per hanc. Et si libellus primus fuit specialis, quod est, quando fuit expressa specialis in causa in libello, vel postea in declaratione libelli, vel tacitè subintelligebatur, vel iurisdictio iudicis erat specialis. C. de anna. exceptio. l. fina. causa appellationis erat specialis: quia succedit appellatio loco primæ causæ, & eandem habet naturam. ff. iudic. sol l. cum apud. Et si in causa principali fuit admissus libellus sine causa, vt dicta. l. fina. licet admitti non debuerit, reo contradicente in causa appellationis non poterit respui, argumen. C. de procura. l. ita demum. & facit ff. de doli exceptio. l. secunda. §. circa. Bald. ¶ Si iudex appellatione deserta pronunciat bene iudicatum, ipso iure non valet. ff. de excusa. tut. l. scire oportet. §. consequens. Bald. & facit ff. de dolo. l. arbitrio. §. penult. & quod not. Institu. de actio. §. rursus. vide supra. eodem. §. fina. nemo pro se. ¶ Tempora appellationum sunt continua, & computãtur dies feriati, & non feriati, de tempor. appellatio. l. secunda. in fin. Bald. ¶ Non dicitur excedere modum ille, qui facit. quod est de mera natura condemnationis, vt extra. de appellatio. capitu. nouit. Bald. ¶ In causa appellationis tempus statutum iudici videtur statutum parti, vt dicimus in termino triginta dierum. nam quia lex statuit iudici terminum triginta dierum ad dandum apostolos, idem tempus videtur statuere parti ad petendum. C. de appellatio. l. a proconsulibus. in gloss. Et est ratio: quia officio iudicis proceditur, & terminus, qui statuitur iudici, statuitur eius officio: ergo & causæ. nam eius officium est causa principalis. Secus in actionibus, vt C. vt omnes, tam ciuiles. l. prima. in fin. per Cyn. & de iud. properandum. & facit ff. de excusa. tut. l. scire oportet. §. consequens. Alii dicunt, etiam in causa appellationis referre, an terminus statuatur iudici, an liti. Primo casu non sit fatale tempus statutum parti: secundo sic: & tunc indicat desertionem instantiæ. Bald. ¶ Superuacuis appellationibus non est vtendum. C. quando prouocat. non est necesse. l. omnem honorem. Bald. & ideo ab interlocutoria non appellatur. ¶ Ante sententiæ interlocutoriæ tempus non appellatur. C. quor. appellatio. non recip. l. penulti. in gloss. & ideo qui opponit exceptiones, non potest appellare ante quam iudex super eis pronuncier. ibi est gloss. ordi. sed lata interlocutoria super exceptionibus bene potest appellari: sed interlocutoria non continet dari, vel fieri: & propter hoc ex ea non oritur actio, eodem. titu. l. ab executione. in gloss. ordina. quæ incipit, id est diffinitiua. Bald. Vnde ista sunt proportionabilia. actionem oriri. & appellari, contra not. in l. prima. C. de arbitr. Bald. ¶ Nota, quod diuersæ species probationis imperfectæ faciunt vnam perfectam, vt testes, argumenta: & duæ species perfectæ faciunt vnam perfectionem, si cumulentur debito tempore: vt testes & confessio: vnde vtroque simul iuncto non procedit appellatio: altero solo, sic. C. quorum appellatio. l. secunda. & l. fina. Sed quidam dicunt contra, quod duæ species separatæ iungi non possunt, vt not. Doct. in l. secunda. §. ætas. ff. de excus. tut. arg. l. primæ. C. qui num. tutel. Sed ibi loquitur de causis: hic de probationibus.

Nam quæ non prosunt singula, multa iuuant:

vt l. instrumenta. & ibi not C. de probation. & sic non sufficit vnum iudicium, tamen multa sufficiunt. ff. de ædili. ædict. l. quæro. in fin. Ideo autem exigo, quod tempore competenti: quia quæ non concurrunt eodem tempore, non fouent se mutuo, vt not. in dicta. l. secunda. secundum intellectum Ioannis. Sed contrarium videtur not. eodem. titu. l. abstinendum. in gloss. fina. & facit pro Ioan. quod not. ff. de quæstionib. l. maritus. secundum vnum intellectum. Bald. ¶ An fictè confessus appelleret? dicit gloss. quod sic, in l. r. C. quorum appellatio. non reci. quia etiam verè confessus appellat, vt not. ff. de appellatio. l. creditor. §. fussus. in glo. & facit C. de reb. cred. l. generaliter. §. si iudex. In contrarium videtur, quod ista ficta confessio est confessio iuris & de iure: & ideo probatio in contrarium non recipitur, secundum Pet. in d. l. 1. Bald. vide §. §. appel. à diffinitiua, &c.

¶ Iterum Baldus addit.

VERA Contumacia procuratoris excludit dominum à beneficio appellandi. §. 1. versicu. sed si. vbi Guli. ¶ Procurator constitutus ad defendendum, non potest agere. Item constitutus ad agendum, non habet mandatum ad defendendum. Pallit in duplicibus iudiciis. ff. de procura. l. si defunctus. §. qui ad communem Bald. ¶ Ratihabitio excluditur per lapsum termini, quia non inuenitur quid, & in quo operetur, versicu. porro. Guli. & supra. eod. §. 3. ¶ Emptor tenetur suam appellationem prosequi: sed simplex procurator, ad quem nõ spectat commodum, non. versic. sed nunquid emptor. Guli. Condemnatus. secus si pro parte. vel dic idem, versicul. sed an. Gul. ¶ Ille, qui acquisiuit ius ex appellatione tertii, non perdit ius, licet ille renunciet expressè vel transigat. versicu. sed quid si ille. Guli. infra. eodem. §. versicu. quid si victus. Guli. ad hoc ff. de pact. l. fina. ff. de bono. posses. contra tab. l. si post mortem. §. fina. ff. de bon. auth. iudic. pos. l. cum unus. ff. de in integ. restitutio. l. petendæ. C. quando prouoca. non est necesse. l. omnes. §. fina. Non obstat ff. de minori. l. si iudex. quia hic loquitur in iure pari: ibi in non pari. C. si vnus ex pluribus. l. fina. Argumen. contra ff. de sepa. l. ab hærede. Sol. ¶ Appellatio tertii est causa fiendi, sed non est causa essendi, ideo non cessat effectus productus de acquisitione iuris facta alteri parti: vide supra. §. an inuito pellato. Bald. ¶ Egi ad centum: iudex condemnauit in quinquaginta, in reliquo absoluit: vnus nostrum appellat: an iudex appellationis potest de ea parte, in qua non est appellatum, iudicare? Dic, quod sic. C. de appellatio. l. ampliorem. versicu. sed pone, peto. Guli. vide supra. titulo. proxi. §. officio iudicis. ¶ Episcopus, & quilibet dominus potest appella re pro-

re pro subditis suis. de appellatio. dilectus. per Innocenc. versicul. item episcopus. Guli. ¶ Dicunt quidam, quod à præcepto facto in confessione, qui nullam exceptionem opponebat, neque declinatoriam, neque peremptoriam, non potest appellari. Nam lex dicit, quod à præcepto appellatur per iniuriam. ff. de minori. l. ait prætor. §. permittitur. sed non est passus iniuriam, qui consentit. Item ista appellatio est ab interlocutoria. vnde nisi grauamen ex primis actis consset, appellatio non procedit, vt in clemen. appellanti. de appellatio. Sed hic non potest constare de hoc. Item illud præceptum videtur emologatum ipsa confessione, argumentum. ff. de pact. l. tale pactum. §. primo. Item per confessionem debitum efficitur notorium: ergo non appellatur. C. quorum appellatio. non rec. l. abstinendum. & l. fina. Tu dic, quod sicut possum dicere diffinitiuam nullam, & appellare, ita & in isto præcepto, & in causa appellationis potero corrigere errorem confessionis. C. de error. aduoca. l. fina. ff. de appellatio. l. creditor. §. iussus. non dicitur consensisse, qui errauit l. si per errorem. ff. de iurisdict. omn. iudic. in §. quibus. versic. sed nunquid hoc. Guli. vide supra eodem. in princip. versicu. à præcepto potest. & supra titu. proxim. §. appellans à diffinitiua. ¶ Aliud est pronunciare exequendum, aliud præcipere. A primo appellatur: tamen causa est exprimenda in appellatione: sed à facto executionis non appellatur. versicul. & scias. Guliel. idem tenet Accur. C. quo. appel. non recip. l. ab executione. Bald. vide §. titul. proxim. §. iudex pronunciauit instrumentum. ¶ Item appellatur, si iudex non admittit exceptionem, vel denegat iuris beneficium. C. si sap. in int. g. restit. post. l. 1 & 2. ver. sed pone. G. & ff. de administr. tuto. l. tutores, qui poss. tutor datus. J. e versic. sed nunquid potest. Gul. Regulariter non appellatur à corruptione seculari, vers. vndecimo. Gul. ¶ Non appellat is, cui non datur audientia, versi. xxxij. forte. Gul. vt l. sed & si p prætorem. §. sed & si dum de certo. ff. ex quibus causis maior. in glo. ord. Bal. ¶ Ab omissa condemnatione expensarum victor appellat, si victus non appellat, versicu. sed quid si victus. G. vide §. §. appellatio supernacua. Bald. ¶ Causa rationabilis appellandi dicitur, vbicunque iudex grauat contra ius, vel non admittit exceptionem legitimam, versicu. ad huius materiæ. G. Simile habes C. de inoffic. test. l. quoniã in priorib. Iacobus. ¶ Quid operatur clausula, Appellatione remota, in principio, medio, fine & executione causæ: in vltim. col. huius §. plene per Gul. Instruit enim ista clausula iudicem, quod non deferat appellationi: non autem tollit ius appellãdi. quoad vim appellationis. Gul. etiam quo ad litis ordinationem, & quo ad litis decisionem, & quo ad litis executionem: vbi grauamen est intollerabile, ista clausula non tollit ius appellandi. q̃ dic, ut no. C. de sent. & int. om iu. l. fi. per glo. & Doc. vide §. eo. clausula, appellatione remota. & seq. ¶ Papa est ordinarius singulorum, & ad eum appellatur omissis medijs. §. nũc tradetur. Sed q̃d si appellat non dicendo ad quem. vel dicit, appello ad superiorem, intelligitur appellasse ad proximum superiorẽ, non per saltũ: ideoq; est dicere, appello, & ad supioré appello: q̃a tacitè intelligitur ad supioré, ver. sed quid si quis. & ver. seq. Gul. no. C. de bon. auct. iu. pos. l. cum proponas. in gl. ord. Gul. Si autem quis alternatiuè appellat, ad supremum spectatur G. vide disputationem Io. An. in c. in alternatiuis. in Mercurialibus. ¶ Quando quis habet duas iurisdictiones, & appellatur ab eo, intelligitur iurisdictio superior, extra. de præsc. c. cum ex officij. p Inn. versi. quid si ap. G. ¶ Tempus appellationis currit à die sententiæ: & si quis non habet copiã sententiæ, quid fiat? in §. restat. ver. cũ igit. G. de fide instr. c. G ppetus. p Inn. ¶ A grauamine, quod est semp in fieri, semp nascitur appellatio, ver. sed quid dices. & versi. & not. secundum Vincen. G. hoc est notatu dignum, & facit ff. de vsufruct. accre. l. j. in fin. In contrarium facit ff. de iureiu. l. cum qui §. in popularibus. in glo. ord. Bal. ¶ Tempus appellandi ab interlocutoria non est vacuum tẽpus, ita quod nil possit innouari, versicu. fin. G. Accur. sentit contrarium, & habet p̃ expressione cãæ, si appellans dicit, appello q̃a me grauastis, non dicendo, in quo: dicendo tamen. quare, ff. de appel. appellanti. §. non solere. Innoc. extra de no. oper. nunc. c. 2. iuncto c. fin. C. de dil. l. a. precedente. ¶ Itẽ in sententia excommunicationis idem seruatur, quod in diffinitiua, ca. pertuas. §. qualiter. Gul. Notificatio facta procuratori in beneficialibus de appellatione habet vim citationis domini. versi. quid si procuratori. Gu. ¶ Appello, si grauabis, non valet appellatio, sed appello, nisi reuoces grauamen, valet appellatio, vt in §. qualiter versic. item q̃ & seq. Gul. Cum appellatur à diffinitiua, dilatio iudicis nil operatur: & videtur differre, q̃ ni innouat, uersicu. porro. & seq. Gu. ¶ Proclamo, vel Reclamo ad superiorem, idem est dicere, quod appello, versicu. fin. Gu. C. de anna. exce. l. fina. Bal. ¶ Si appellans ab excommunicatione non prosequitur appellationem, rata manet sententia, de ap. sepe. per Innoc. Sed ad quem finem cum appellatio non rescindit excommunicationem: quia etiam iniusta timenda est, §. nunc breuiter. circa princip. ¶ Speculator, quando opus suum composuit, erat ætatis 34. annorum, ver. ité iusta. ¶ Quæ tempora de tempore fatali eximãtur, & an infirmitas, vel impedimentum probetur per iuramẽtum, uer. ité. & uer. quid ergo. Gul. ¶ Ad obtinendã dilationẽ iudicis probatur impedimentum per iuramentum: item ad obtinendam dilationem legalem, ut secundi anni in causa appellationis: sed si iudex arbitretur, sacramentum est deferendum, nã cũ iudicis animus debeat instrui, nisi uideatur, ut deferat iuramẽtũ nil, p̃dest iurare. sic intelligitur l. non oẽs. §. à barbaris. ff. de re milit. & C. unde vi. l. si quando. ff. ad exhib. l. thesaurus. & de exc. tu. l. scire oportet. §. sufficit. & l. 2. ff. si q̃s cau. p̃ Gul. uide j. ti. prox. si petitur restitutio, Bal. ¶ An tempus appellationis prosequẽdæ possit arctari: uer. illud aũt scias. uide §. §. constituto episcopo. ¶ An ueniens ante terminum cogatur ante terminum rẽdere, si altera pars sit præsens: & uidetur q̃ nõ: quia nec iudex habet iurisdictionẽ ante terminũ. C. de dilat. l. fine pars. uidelicet dixit, q̃ iudex ex officio p̃t partes cõpellere, ex quo sunt p̃sentes, & decurtare dilationẽ uer. quid si statutum. G. no. omnino. in c. cupientes. de elect. li. 6. uide j. de reg. iur. §. processus. & §. de dilat. §. ii. ¶ Non excusatur, q̃ mittit procuratorẽ negligentẽ, ff. man. l. idemq; §. si tutores. uersi. item quid si pars. G. ¶ Nota, q̃ ubi datur terminus ad prosequendũ appellationem, sufficit intra illũ terminũ iter arripere, uersi. & not. Gul. ADDE: hoc tenet Rota in antiq. decisio decis. 538. ubi notabiliter: & hoc intellige uerum extra curiam: sed in curia secus est: nam tunc debet diligentia fieri: uide Rotam in antiq. decisio. decis. 539. ¶ Qui negat se appellasse, uidetur renunciare appellationi. uersicu. sed pone: appellatus. Guli. de fide instrumen. capitu. G. perpetuus. Innocen. ¶ Qualiter pars potest bis appellare, licet uno appellante prosit alteri. in § quoties. G. argumen. l. petendæ. §. quod si de. Bal. ¶ Omnis appellatio præsumitur rationabilis in dubio, nisi appareat contrarium: & ideo in dubio potius defertur appellationi, quam sententiæ, versicu. circa hoc autem defertur. dico, quo ad litis ordinationem: sed quo ad decisionem, in dubio defertur sententiæ. ff. de euictio. l. Herennius. §. Caia. quod dic, vt C. de appellatio. l. hi qui ad ciuilia. C. de tempor. appellatio. l. per hanc. per Iacob. & Cyn. ¶ Si instrumentum dicat, quod iudex à quo, recepit appellationem, præsumitur detulisse, versicu. fina. G. ff. ad Maced. l. si filius. Bald. ¶ Quando appellatio non tenet, potest fieri executio: secus si appellatio sit iniusta. Et an teneat, si cognoscit primus iudex. non vt iudex, sed vt executor informando se, versicu. sed cum G. sic. C quor. bon. l. prima. in glosf. ff. de bono. posse. l. tertia. §. penul. in glo. Bald. vide capitu. si à iudice. de appellat. libr. 6. ¶ Quando iudex appellationis possit mittere inhibitoriam. in §. de officio. versicu. quæritur G. ¶ Noua constitutio non porrigitur ad causam appellationis, etiam si retrotrahatur, verficulo, sed quid si dum. G. quia iudex appellationis non potest plus, quam primus: sed primus non potest iudicare ex lege futura. ¶ Item quia appellatio suspendit, non in toto rescindit pronunciatum: & sic ad rem iudicam non potest porrigi constitutio. C. de vsur. l. fina. Bald. ¶ Quicquid debuisset facere iudex à quo, debet facere iudex ad quem, cum appellatur ab interlocutoria, versicu. si autem peremptoria. Gul. Valet commissio, licet in ea non exprimatur nomen iudicis, à quo appellatur, versicu. pen. Gul. ¶ Appellatio non impedit alienationem in personali causa sine actione. in § nouissimè. versicu. vlti. secundum Inno. G. & l. chirographis. per Dyn. ff. de administ. tut. ¶ Quando appellatio facit supersedere iudicem à quo, versicu. sed cum. S. G. ¶ Appellatione pendente nil debet innouari in his, quæ pertinent ad processum iudicii inchoati: in aliis sic: item auferre possessionem de processu, in authen. vt nulli iudi. §. illos. versicu. verumtamen. G. C. vnde vi. l. meminerint. Bald. vide §. eod. §. pendente appellatio. & de consti. tu. cum M. ¶ Clausula Reuocato in irritum, intelligitur parte citata, versicu. sed quæro, vtrum. C. vnde vi. l. meminerint. ¶ Exceptio compensationis potest opponi coram iudice appellationis, sicut coram primo, vers. sed nunquid in causa. Gul. ¶ Potest quis renunciare appellationi etiam ante quam grauetur. in §. fi. G. f. expresse, non autẽ tacite. ff. de minor. l. si filius. ff. quor. lega. l. 1. §. quod ait. & ita Bal.

ADDITIONES NOVAE.

* Qui teneantur in causa appellationis exhibere sententiam. Inn. in c. G. perpetuus. de fid. instr. Bal. in l. supplicare. C. vt lite pen. & no. J.

Si aliquis appellat à grauaminibus illatis, q̃ non possit prosequi, in quibus 10. dies adhuc non sunt elapsi à tempore appellationis, & alia non. vt in Clem. 1. de ap. Ray. in l. feire. §. scire. ff. de excu. tutor.

An per statutum possit disponi & fieri. Barto. in l. is cuius fundo. de aqua plu. arc. & l. omnes. de iusti. & iu. §. sint autem. C. de temp. ap.

In l. si ipse. C. de excu. tut. hæc lex allegatur, certum est, quod verè contumax non appellat, nisi veniat iudice sedente pro tribunali. l. diuus. de in integ. restitu. Quid si recessit, & superuenit, an possit appellare? fa. quod sic. l. 1. §. dies. quan. appel. fit. & l. 1. de app. fac. Bald. in auth. hodie. de app. & l. ea quæ. quomo. & quan. iudex.

Appellatio propriè est illa, quæ fit in iudicio: prouocatio, quæ fit extra iudicium. Inn. in c. cum sicut. de app.

In l. si minor. de admi. tu, ex tertia lect. not. q̃ omnis modus per quem aliquis inuocat officium iudicis, potest dici prouocatio. simile in l. ab arbitro. qui satisd. cogan. Bar.

In l. si iudex. de mino. hæc l. facit ad quandam cauillationem Bagarotti: pone, actor egit, & pro eo lata fuit sententia: reus appellauit: videns actor q̃d reus in cã appellationis obtinet, vult renunciare primæ sententiæ latæ pro se, ad hoc vt totus processus etiam appellationis annulletur, & habeatur ac si iudicium non fuisset inchoatum: an possit. Et videtur quod nõ, per l. post mortem. de contra. tab. & l. si patronus. de dona. & l. petendæ. C. de temp. in integ. resti. pe.

Quando quis dicatur renunciare appellationi. Inn. in c. gratum. de offic. dele. An exceptio compensationis possit opponi in causa appellationis, dic, quod sic. l. 1. quæ sen. fine app. resc. & l. per hanc. C. de temp. app. fac. optime l. 2. C. de compen.

An frustratorie appellans de iure cano. teneatur pœna. l. 2. C. de epis. aud. dom. Bal. ubi quod non. per gl. in l. 1. à quib. appel. non li. & ideo in terris ecclesiæ hoc non seruaretur.

In l. 4. §. hoc iudicium. de dam. infec. dicit illud certum, q̃ ad querelandũ, opus est petitione, id est vt conquerens ostendat se petisse à iudice, vt hic. & ex hoc dicit Spec. q̃ cum appellatio sit quædam querela de iudice, non põt quis appellare super non intentatis, etiam si possent venire in iudicio iudicis officio supplentis. Bald.

Quid si quis fuerit impeditus vna die de anno appellationis prosequendæ, an habebit integrum annum, an solum vnam diem? gl. no. q̃ habebit integrum, in c. si electio. de elect. lib. 6. in gl. fi. Inn. & Host. in c. ex ratione. de ap. & 2. q. 6. ei qui. & in auth. de his, qui ingre. ad appel. not. in l. ab hostibus. §. fi. ex qui. cau. ma. licet Cyn. teneuerit contra C. de temp. appel. auth. ei qui. vbi Ang. sequitur Inno. & Ioan. An. not. etiam j.

An sua iudicis lata super petitione de reducendo arbitramento ad arbitrium boni viri, possit appellari? Io. An. ponit in add. in Spe. de ap. & j. no.

An possit appellari à sententia quæ pronunciatum est contra arbitrum. Bal. q̃ non. in l. 1. de leg. 2. ver. appellari non potest ab arbitro. & c. vide Bal. in l. super rebus. de contra. empt. & l. 1. C. de his, quæ pœnæ nom. Item tale pactum. §. qui prouocant. ff. de pac. vide eundem in l. 1. C. ne licea cau. ter. prouo. & Ioan. An. in addi. Spe. de app. fac. etiam Bal. in l. fi. C mu. de leg. vide etiam j. ver. an arbitro appelletur.

An appellatio ab interlocutoria possit iustificari ex nouis actitatis. in l. ab arbitro. ff. qui satisd. cog.

An so

An solum confessus prohibeatur appellare, Bar. in l. constit. de app. l. ob seruare. quor. ap. non reci.

An ab actibus extraiudicialibus possit appellari, & quando seu quibus casibus. Bar. ponit in l. fi. & ap. reci. Inno. in c. cum olim. de cauf. pos. & propri. Bal. in l. qui ad ciuilia. de ap. contra Bar.

Pone, iudex non obstantibus exceptionibus propositis ad processum pronunciat esse procedendum an poterit appellari, nor. in aut. habita. ne filius pro pat. Bar. in l. eius qui. de ap reci.

An à sententia absolutoria ab obseruatione iudici possit appellari? Bar. in l. Titia. de accusat.

Nota, quod uolens allegare immunitatem ab aliquo munere, non auditur, nisi primo appellet, l. 1. §. si quis tut. quan. appel. sit.

Nota q; ab attestatione non appellatur Inn. in c. cum olim. de cau. pos. & propr.

An confessus in iure & condemnatus possit appellare, not. in l. creditor. §. iussus. de ap. & l. ante de ap. reci. per Bar. Bald. in l. fi clericus. C. de epis. & cle.

Pone aliquis condemnatus appellauit, an ad prosequendam appellationem debeat citari procurator fisci, Bar. in l. 1. §. fi. ad Tur pi. & an iudex à cuius sententia appellatur debeat citari, ibidem no. Inno. in c. cum speciali. de ap.

An possim appellare si primo cognoscatur super reconuentione quam super principali, no. in l. 2. §. fi. quæ sen. sine ap. resc.

In l. cessante. quomo. & qñ iud. ex gl. no. q; simplex iussus iudicis habet vim peremptorij, & iussus constituit in uera contumacia, adeo q; non potest postea appellare, si non comparet. & ideo facias per iudicem admonere partes quando credis sententiam obtinere pro te.

Appellari non potest ab arbitrio eius, ad quem recursum fuit, ut bonum virum, Inno. in c. præsenti. de resc. vide §. ver. an possit appellari à sententia, &c. Ang. in l. arbitro. qui satisf. cog. intelligit dictum c. de præsenti in quadam controuersia emergenti.

In l. contractus. C. de fide inst. dicit Bar. q; notarij qui recipiunt appellationem in scriptis, & postea reddunt parti ad emendandum, male faciunt: quia talis scriptura est inemendabilis. nam si appellans vult aliquid emendare, debet facere de conscientia iudicis, & non solius notarij. l. si quis libellos. de ap. Bal.

In l. 1. C. de litis contest. no. q; fatuus est ille, qui appellat à præcepto facto in confessum: quia non potest iustificare eum de nouo aliquid scisse, nisi possit probare errorem. secus si appellet à diffinitiua, ut dicam l. creditor. §. iussus. de appellat.

An per pactum possit fieri, ut à sententia arbitri appelletur, no. in l. 1. de arbi. Bar. in l. nemo potest. de leg 1. & l. ex consen. de ap.

An à sententia iudicis cuius iurisdictio est prorogata per partes possit appellari, Bar. in d. l. ex consensu.

An à sententia lata de consilio sapientis assumpti de uoluntate partium possit appellari. Bar. in l. 1. §. quæsitum. de ap. & d. l. ex consen.

An ab arbitro appelletur. Bar. q; non, ab illo qui eligitur à partib. uoluntariè & sponte, secus ab illo qui eligitur de necessitate ex forma statuti: qa à tali bene potest appellari. Bart. in l. fi. à quib. ap. non lic. & l. qui fidem. de transf. Bal. in l. diem. §. star. de arbi. fac. quod not. Bal. in l. 1. de leg. 2. vide §. vers. an possit appellari à sententia qua pronunciatum est. & uer. appellari non potest ab arbitro.

b Minores. ¶ Vt ibi no. hoc ipso, quod appellari non potest, apparet granamen. Vnde Mar. de Fa. vbi ꝑ. dicebat certos casus, ex quibus ecclesia, vel minor ipso facto probant læsionem: alleg prædictum §. & C. de arbit. l. 1. Alius casus, secundum eum, est in mutuo: in quo aduersarius probare debet, in ipsorum vtilitatem pecuniam esse versam, C. si aduer. cre. l. 1. C. de sacrosan. eccle. authentic, hoc ius. canonizata. 10. q. 2. & ext. de fideiuss. c. pe. Tertius, si fideiubebat minor, vel ecclesia. ff. de mino. l. ait prætor. 3. si solũ. 11. q. 1. te quidem. extr. de fideiuss. c. 1. ff. qui satisd. cog. l. de die. §. 1. nisi fideiuberet in rem suam, puta pro procuratore suo, vt ibi faciunt prę. pro Gui. de Suza. qui addit casum in l. 1. C. si tut. vel cur. de minore volente restitui, quia hæreditatem adiuit, vel se immiscuit, qui non tenetur læsionem probare: quia læsio apparet ex aditione, vel immixtione. expedit enim sibi, sumptibus & litibus non vexari, ff. de mino. l. minoribus. 25. per quam l. dicit Alex. in l. 1. C. si vt se ab hære. abst. minorem, qui adiuit, restitui, etiam si per additionem nil de bonis suis diminuatur. item alleg. Gui. ff. man. si hæreditatem, ff. ad Treb. quia poterat. Dicit autem, quod aliqui contra, & male. Hoc contrarium tenet Cy. secutus Iac. de Aren. quod vide plene super auth. si omnes. C. si ut se ab hære. abst. allegant isti pro se, ff. de mino. verũ. §. item non restituetur. & §. fi. locupleti. vbi dicunt expressum: item præ. auth. si omnes. ad quid enim vocarentur creditores, dum vult abstinere, si sine probatione id posset. Sed responderi potest id fieri, ne res diripentur, vel baratentur. Habet ergo minor, secundum eos, probare hæreditatem damnosam: alleg. no C. de rest. in integ. l. fi. Ratio, quia adeundo contrahit: & sic debet probare læsionem sicut in contractu. Ad l. minoribus. respondent, ꝙ non vexatur, si hæreditas est opulenta: & si dicas, vexabitur in corpore, respondent, licet per procuratorem, vel actorem. hæc non est mihi sufficiés responsio per dec. quę relam. de proc. Io. And.

c Si maior. ¶ Supple 20. annorum. Io. And.

d Participandum. ¶ Supple, & participauit: requiritur etiam tertium, quod emens ignorauerit illum liberum: & quarto, quod ipse sciuerit, quod liber erat: hoc videas ff. de lib. causa. l. liberis Instit. de iure perso. §. pe. gl. Quolibet autem illorum quatuor deficiente. de iure communi in libertate pronocat: his cõcurrentibus seruus est iure ciuili, vt ibi in tex. nec restituitur, licet minor 25. an. vt ibi glo. ne tanta solennitas vitietur: & quia mutauit statum. & vide, quod dicam ℈. de na. ex lib. ven. super verbo, sciendum. Io. And.

e Pueri. ¶ Si iurasset non venire contra contractum de iure, vel de facto an l. fus enormiter, restitutionem petere posset, vide quod dixi post Dyn. de emp. & ven. c pen. super ult. gl. quod posuit etiam Cy. in l. 2. de rescin. uen. sub 6. q. Io. And.

f L. 1. ¶ Saluo, quod dicitur eo. ti. l. pen. de alienationibus & hypothecis immobilium, in quibus requiritur decretum, in quibus censetur minor, ut est licet ueniam ætatis habuerit, quæ non datur maioribus, nisi maiorib. 20. annis, ut ibi in l. 2. & facit hoc ad ultimum membrum quæstionis Iaco. de Bel. quæ incipit, l. Perusina. quod si per statutum ualidantur confessiones & contractus facti per maiorem. 20. minorem. 25. & talis contraxit, & est læsus circa prędicta, quod restitui debeat, ne plus habeat statutum, quam uenia ætatis. In ꝑrium uſ casus in auth. si captiui. C. de epis. & cler. sicut minor ætas limitata per illã legẽ: facit ẽt sup immobilibus ualere ℈ status: sic facit ætas limitata per statutum: & hoc in quæstione præ. tenet ipse Iac. dicẽs contraria loqui, cum lex ætatem limitat, sed gesta non validat, Ioan. And.

g Hoc. ¶ Libro 6. Io. An. qui loquitur in restitutione petita & obtenta: & primo casu ꝛo non debet incedsio fieri, cum interlocutoriæ: secundo diffinitiue Bald. si accesit appellation

Sec. ſecul. ſecunda, par.

tutio ad appellationē, non cassant acta prius habita: secus si det contra sententiam, arg. eẋ eodem, ca. fin. secundum Vinc. Sed non videtur, quod in præd. c. sit necessaria ecclesiæ restitutio ad appellandum. nam censet iure minoris, ut eod. tit. ca. 1. Minor autem seruatur ipso iure illæsus in omnibus præscriptionib. nisi in præscriptione 30 annorum, vel 40. annorum, vt C. in qui. cau. in integ. restit. non est necess. l. fin. Ergo ipso iure seruatur illæsa in tempore, quod datur ad appellandum, quod est tantum decem dierum. Dic ergo, ut infra eodem §. ver. hoc autem. [a] ¶ †Sed
6 quam vocas nouam defensionem [b]? Respon. pone: ecclesia emit
b fundum à non domino bona fide: quem fundum dominus vendicabat à procuratore per ecclesiam constituto: lata sententia contra ecclesiam, quia omisit exceptionem præscriptionis ecclesia petiit restitui contra sententiam: denegata fuit restitutio, quia dixit iudex, quod ecclesia ageret contra procuratorē ad interesse, per l. C. de iudic. properandum in fi. ff. de tribut. procuratoris. nunc iterato ecclesia petit restitutione: cui rē neganda est, præterquam ad appellandum, nisi nouis defensionibus sit munita ut s. Noua aūt defensio potest esse, si cum prius fuit petita restitutio, procurator erat soluendo: pendente vero iudicio factus est non soluendo, & in hac noua, ecclesia audietur, ff. de min. cum mandato. §. fin autem & l. cum minor. §. 1. Vel si minor egit tutore, vel curatore auctore, periit instantia iudicij lapsu trienij petiit minor restitui: sed quia tutor, vel curator est soluendo, denegat ei postea tutor, uel curator desiit esse soluendo: certè ex hac noua causa dabitur restitutio, ut in præ. l. properandum. in fine. Vel si minor à suo debitore accepit mulierem intercedētem animo nouandi, quæ postmodum vtitur beneficio: vel minor petit restitui ꝺ illud beneficium, & denegatur ei restitutio, quia debitor erat soluendo, sed post desiit esse solendo: certè ex hac noua causa dabitur ei restitutio ꝺ beneficium Velleianū, ff. de minorib. si apud. ¶ Sed nunquid contra res bis iudicatas datur restitutio? Dic, ut s. ti prox. §. quoties. ¶ †Sed pone [c]: ecclesia
7 c litigat cum aliquo super beneficio agente, quæ poterat illi crimina, vel defectus opponere, sed exclusa est per terminum peremptorium datum ad omnes exceptiones proponendas: quæritur, an sit ad hoc restituenda? Et videtur quod sic, eẋ de in integrum rest. coram. nam & restituit ad exceptiones omissas, ut supra, Item interest ecclesiæ, non habere sociū criminosum, exemplo minoris, qui restituit, si damnosam societatem coierit. ff. de minor. in causæ. 2. §. 1. quia ecclesia iure minoris fungit, extra eodem c. 1. nam & absenti causa reipublicæ lapsu temporis ab accusatione exclusō, subuenit, ut accusare possit, ff ex quibus causis maio. si qua militi. & ei, qui vltra tempus debitū non potuit, furore, vel ætate obstante, accusare, vt ext. qui ma. accu. possunt, cum in tua. Dic contra, quod minor, vel ecclesia non restituitur ad crimina in modum exceptionis proponenda: & sic obtinuit.
8 †nam in executionibus pœnarū non est paratum auxilium restitutionis, ut in præ. l. auxilium. Esset enim magna executio pœnę contra eum, qui propter crimen, etiam in modum exceptionis probatum, à beneficio repelleret: quia fieret infamis, saltem infamia facti, & ineligibilis, C de dig. l. 2. li. 12 extra de excess. præla. inter dilectos. eẋ de electꝰ super eo. Nec obstat præd. ca. coram. quia ibi fit restitutio ad priuilegia exhibenda, & non ad crimina probanda. & hoc ideo: nam ibi ecclesiæ nihil de suo iure non proponendo deperiret, nec illi aliquid accresceret proponendo: quibus casibus tantum minori datur restitutio, ff. eodem, non omnia. & etiam maior, ff. ex quibus causis ma. l. & si verè. & l. fi. Item ꝓ hoc patet, qđ præ. l. in causæ: non obstat: quia recipiendo: hūc socium beneficiandum, nil incommodi pecuniarij sentit de quo interesse iura curauerunt: non aūt de publico interesse, de quo
e dicitur, ꝙ publicæ vtilitatis, est ne crimina remaneant impunita, extra de sent. excommunica. ut famæ ff. ad l. Aquil ita vulneratus ut patet in præ. l. auxilium. & l. non omnia. Item non obstat. l. si qua. & decre. cum in tua. quia ibi non datꝰ restitutio: imo tempus ad accusandum, cum sic vtile, ipso iure non currit. ff. de
9 adul. l. si maritus. in principio. ¶ †Item denegat restitutio propter mendacium, si, cum cōtraxit, mentitus est se esse maiorem, C. si minor se maior dix l. 1. 2. & 3. Sed nunquid & contra hoc
d dabitur ei restitutio? Respondeo [d], non vr: quia uolenti dolus non infertur, C. de trā sact. cum donationis. Sed nec aduersarius hoc potest dicere, cū ipse sciuit, & decepit, C. si mi. sē maio. dix. l. 3. in fi. vnde dolus cū dolo, & c. de lib. cau. si filiū tuū liberū. ff. de
e min. verū. §. fi. ff. de dolo, si duo. ſm. Alb Papi. Tu dic breuiter [e], ꝙ si minor dicit se maiorem, sciens se esse minorem, non subuenitur ei ut C. si minor se maio dix. si is, qui. & l. seq in prin. Si uero hoc dixit suasione aduersarij, tunc ei subuenitur, ut eodem ti. l. 1. & l. si adulterius. ibi, quia si per iniuriam, &c Si vero facilitate, scilicet putans se maiorē, cū minor esset, bona fide dixit se maiorem, subuenit ei nisi iurauerit. Quo casu sic distingue: quia aut iurauit uerbotenus in inst. dit. puto: & tu. & l. qui restituitur, nisi per scripturam, seu pe[illegible] t minorem, ter[illegible]
ut in præd. l. si alterius prope finem. Aut iurauit corporaliter: &
10 tunc in nullo casu restituit, ut in eod. lege, in fi. †¶ Quolibet enim iuſm seruandū est, nisi seruatū vergat in ânimæ detrimentū, eẋ de iureiurand. si uero. & c cum ꝓtingat. C si aduer. rem iud. auth. sacra. Sed si ignorat, an minor dolo se maiorē dixerit, uolens decipere, uel non, quæritꝰ, qđ in dubiis præsumet: de hoc no. in præ.
f l si alterius. ꝓpe fi. & ſm quosdam [f]. eẋ de in finte. restit. ꝓstitu-
11 tus. ¶ †Sed cuiusmodi erit scriptura, seu instrm, ꝙ quę dēt probare se minorē: ut ꝓmisi. Rñdeo, si habet instra siue natiuitatis plarum est, ut C. de ꝓbat. neqs natales. Siaūt habet instra dotalis, in quib. dr, ꝙ T. sponsus à Berta sponsa recepit centū noīe dotis,
g tunc est ꝓsumptio, ꝓ ipso minore ꝺ aduersarium [g]. Si aūt ibi dicat: T. coniunx à Berta ꝓiuge, ut eẋ de præsum p. illud tū e non sic ꝙ minorē presumit, qa dudū postq̄ fuit natus, possent esse facta, nisi vellet ꝓbare p testes q nuptiis interfuerunt, & qñ inſrm fuit factū, s. tēpore nuptiarū, licet non recordent quo anno fue-
12 rint celebrate †¶ Sed nunqd hoc sacrm [h] præiudicat minori cū
h alio ꝺ hēti? Vr, ꝙ sic, ff. de minorib. l. de ætate. nā sntia ēt scrm pa ribus passibus ambulant, ut C. de rebus eccle actori. Sed dic ꝺ, quia res inter alios acta, aliis nō præiudicat, ut eẋ de re iudi. quamuis. & ita nec isti minori, nisi quantū est infamia. Nec obstat l. præga aliquando est sntia maioris auctoritatis, quam iusturandum, ut arg. ff. de iureiu. l. 2. Sed qualiter ager ꝺ minorē is, qui cum eo ꝺxit, cū minor iurasset eis se maiorē esse? quia non potest esse in iudicio sine curatore, ut C. si aduer. rem iudi. l. pe. & si petat curatorem ei dari, vr dicere eum minorē. Respondeo, huiusmodi subtilitates iudex reiiciet, & id quod in principali, & in accessorio
13 obseruet †¶ Quid si feci secum contractum vnum, & iurauit se maiorem, postea vero feci alium, & non iurauit: si agam primo ex eo con-

ADDITIONES.

a Autem. ¶ Et ibi dabo remissiones.

b Defensionem. ¶ De hoc dixi extra eod. capitul. vltim. in vlt. quæstio. Ioan. Andr.

c Sed pone. ¶ Iste ver. quasi ad litēram fuit Compo. de electꝰ quod sicut quē huc remittendo decisē ibi posuit in vlt. col. versi. sed quid dices. & continuabatur ad ver. ibi præ. quem posuit auctor s. dē excep. §. dicto. uer. sed pone, datus. Ioan. An.

d Respond. ¶ Reuerentia eius salua, non apertè locutus est auctor. Primum enim argument. non intelligo, nisi cum dicere tur dolus aduersarij interuenisse: & tunc secundum recidit in idem: & sic remanet quæstio, quando ex vtraque parte interuenit dolus. vides, quod Alb. Papi. tenet dolum dolo compensari, & refert Homobo. Lanfran. dixisse, quod beatus, qui tenebit: vt in pari causa melior sit conditio possidētis: habemus regulan, in pari. li. 6. vbi concor. idem. Simon in l. 3. in fi. C. si minor. quod intelligit iō, quod cesset ab vtraque parte petitio: satis. videtur, ut recitat Cyn. in l. præd. q. 1. Petrum bene dixisse: qui vult restitutionem procedere: facta enim compensatione ad dolum, perinde est ac si nullus dolus interuenisset: & sic stat firma petitio. quod placet etiam Innocent. ut scripsi de adul. capitul. pen. super gloss. penultim. ibi, verbi gratia. & secundum terminos ibi positos, quando principalis petitio non tangit dolum, sed excipitur & replicatur de dolo optime hoc procedit: & vide, quod not. de exce. dilecti. in. vlt. glo. Ioan. And.

e Breuiter. ¶ Secundum Hostiens. in l. prima. C. si mino. multi enim domini legum distinxerunt: sed plus hic accedit Homobo. sed dominus meus sumendo primam, secundam & tertiam l. illius ti. sic dicebat tenendum: si minor aliquid asserit, aut asserendo deceptus est, aut decipit: primo casu restituitur, vt l. prima. & 3. 2 respon. Nec curat hoc casu, iurauerit minor, uel non: quia semper restituitur. Simon in hoc concor. l. tertia. Secundo casu non restituitur, ut in l secunda. & l. tertia. in princip. Si uero neuter deceperit sed minor afferit se maiorem, aut simpliciter, aut cum iuramento verbali, aut cum iuramento corporali. Primo casu restituitur: secundo habet probare per instrumenta se minorem: tertio non restituitur: quia iurauit super ętate, quod est priuilegium, quod facilius tollitur, quam commune, ut infra eod. versi. sed cum ei, scripsi hoc eod. tit. capitul. fin. in opinio. secunda: in dubio tenet cum Azo. & gloss. quod præsumatur minor decipere, & non decipi: & sic, non restituitur: & hoc si vni dixit: ex coniectura, l. secunda. eod. tit. idem dixit post Nico. Mat. ubi remittam infra versicul. sed cum ei. Sed Homobo. in hoc dubio dicit quosdam distingue re, à quo inchoauerit uerba, an à minore: & tunc præsumetur uoluisse decipere: an à contrahente cum illo, & tunc contra cōtrahentem præsumetur. Sibi placet, quod in dubio presmetur pro ipso: quia potius in iure presumimus ignorantiam, quam scientiam: habemus per regulam, præsumitur. de regul. iur. libr. 6. vbi concor. Item præsumitur potius bona fides, quam mala, C. de euic. l. penultim. Nec præsumitur dolus nisi probetur, C. de dolo. l. dolum. ff. de probat. quoties. §. qui dolo. Idem Petr. de Bel. ut recitat Cyn. in prædict. l. 3. in fine, per easdem leges. Sed ad hoc respondebat do. meus. per id, quod prædixi post eum: hæc vera, ubi non esset coniectura ad contrarium: sed dic, est coniectura ex l. 2. ut prædixi: & quia dixit falsum.

ADDE, vt per Petr. de Ancha, consil. ccxxvij. & Paul. de Castr. consil. 141. qui transit cum Ioan. Andr. in titul. de sen. prolat. supra. ut autem. super 4. forma.

f Secundum quosdam. ¶ Hoc non uidit.

g Aduersarium. ¶ Hoc ibi placet Guid. de Suza. allegat pro indirecta probatione. C. de contrahen. & commit. stipul. l. optimam. & l. Aristo. ff. qui potio. in pig. hab. in fi.

h Sacramentum. ¶ De quo dixi supra primo versi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ex eo contractu, in quo iurauit postea ex alio videor arare in bo
a ue & asino[a]. Vnde primo debet agi ex eo contractu, in quo non iurauit: licet dicam tunc eum minorē, & petam sibi dari curatorem, tamen in alia causa potero eum dicere maiorem: quia pōt esse, cp factus sit maior, secundum Vbertum. ¶ Sed cum ei, qui fraudulenter se maiorē dixit, negef restitutio, vt prædixi, quid erit, si negotium ipso iure non tenuit, puta, fuit in iudicio sine curatore: vel vendidit fundum sine decreto: nunquid poterit veni
14 re contra? Et videf, quod sic, non obstante mendacio: † quia facilius repellitur quis a beneficio restitutionis in integrum, quod est ius singulare, quam a iure communi, sicut aliàs dicitur, Non tibi tuū, sed suum prætor denegat auxiliū, vt no. C. si aduer. vendit. l. j. Vel potest dici, contra, vt nullum sibi superfit auxiliū, si
b iuraurit, arg. in pfæ. l. si alterius, in fin. secundum Vber. [b] † ¶ Sed &
15 si mater minor 25. annis non petat filio tutorem, succurritur ei per beneficium restitutionis in integrum, vt hoc non obstante sibi succedat, vt C. si aduer. deli. l. 2. Sed cū etiam alij agnati teneātur petere, vt C. de leg. hæred. sciant. nunquid eis minoribus subueniatur, si non petierint? Respondeo, sic eadem æquitate, licet
c magis videatur subueniendum matri, magis de filij [c] morte lu-
16 genti. † ¶ Sed quid si ipsa mulier est maior facta filio in pupillari ætate constituto, & nondum tutorem habente, nunquid tenetur petere, & si non petat, nunquid punietur? Videtur, cp teneat petere: quia cessante causa cessat effectus, vt ff. de pact. quod dictum. & ff. de iure patrona. l. adigere. §. quamuis. ex de appella. cum cessante. extra de vot. magnæ. & argument. ff. de tutel. & rat. distrahen. si tutor reipubl. cæ. §. 1. de lega. 2. Titia. §. vsuras. Arg. j, quod initium sit spectandum, ff. de bo. liber. qui cum maior. in prin. ex. de elect. dudum. 1. ff de his, quib. vt indig. in frau-
17 dem. §. pen. quod verius est, secundū Vber. † ¶ Item nota, quod priuilegiatus j priuilegiatum restituitur. Vnde si procurator fisci rem minoris distraxerit minori pretio, quam valet, minore restituit contra fiscum, vt C. si aduer. fis. l. 1. & sic priuilegio seruatur priuilegiū contra aliud priuilegiū, vt ff. eod. verum. §. fi. d
Sed qualiter hoc erit, cum in pari causa potior sit cōditio possidentis, vt ff. de reg. iu. in pari? Respond. hic non est par eā: quia non sunt circa idē priuilegiati, fiscus & minor. nam minor certat de dāno vitando: fiscus vero de lucro captando: ideoq; agentis potior est conditio, ff. de minori. si minor. Sicunt etiam contingit in omni casu, vt fiscus sem p vtat iure communi, nisi aliud speciale forte appareret in eo, vt ff. de pct. hæred. l. item veniūt.
§ ait senatus. Sic etiam dici potest in ecclesia, & minore, & in
18 oib. ciuitatibus multo fortius, arg. C. de præscri. 30. an omnes. in fin. secundum Vber. † ¶ Item fauore libertatis non restituitur minor in seruū suū per erā manumissum, licet eius indemnitati, quoad pretiū, consulat, C. si aduer. li l. 2. ff. de mi. si minor. 1. & 2. Perro ecclesia iure minoris sem p debet illæsa seruari, vt ext. eo. c. 1. ideoq; ipsa, sicut & minor, restituitur i omnibus contractibus, & negotiis, & iudiciis, & sententiis, in quibus enormiter lædit, vt extra eo. c. 1. & c. anditis. & c tum ex literis. & c. coram
19 vt s. diximus in minore. † ¶ Idē quoq; iuris est in Republica, q̄ vtitur iure minoris, uel pupilli. ut ipso iure seru est illæsa, vel ad instar eorum debet restitui, ut C. li. 11. de cur. reipu. l. rēpublicā. quod intellige in republica Romana. Illa enim dicit proprie respublica: tamen, quo ad hoc, dici potest rēspublica cuiuslibet ciuitatis, ut ff. ex quib. cau. maio. sed & si p prætorē §. item inquit.
c ibi de hoc [c], ff. ad Mac. l. 1. l interest. C. de off. eius, qui uicem alterius iudic. obti l. 1. dic, ut ibi, & arg. ad hoc C. de sacrosan. eccl.
f l. fin. [f] Arg tamen contra: quia quælibet alia ciuitas à Romana, loco priuati est, ut ff. de verb. sig. cum qui uectigal. & l. præ. & ciuitas & priuatus æquiparant: & ideo non dabit ei restitutio,
g f m Papam, in prec. l. nihil. g. † ¶ Ad doctrinam aūt huius articuli
20 clariorem quæritur, an commune alicuius castri, quod læsum est, puta in venditione alicuius rei, debeat restitui? Et vf quod sic.
h nam eius legatus restituitur ff. ex quib. cau. ma. legatis [h]. Dicitur enim legatus municipii, castri uel villæ. ff. ad municipal. l. 1. Item qua ratione minor læsus restitmitur, scilicet quia facile lædi præsumit, ut ff. de mino. l. 1. eadem, & uniuersitas, in qua naturale uitiū est negligi, &c. vt C. qñ, & quibus q. artta pars debea. ex bon. decu. l. 2. lib. 10. sed hoc uerū est in aliis consortibus. Itē ciuitas restituit, f m Acc ut iam dixi, & ipse idem æquiparat castra, uillas, & burgos ciuitati, ut notatur in summa de magist. mun. sed
i hoc uerū est, quo ad iurisdictionem [i]. Arg contra: nam restitutio j ius commune. rescindit enim præscriptiones, ff. de mino. l. cp si minor. § restitutio. & j. ver. hoc autem. & seq. Si ergo in ciuitate Romana, uel alia, locum habet, non debet ad consequentiam trahi ff. de leg. & sen. quod non ratione. 26 q. 2. nō exēplo. 16 q. 3. §. potest. 2 resp. 1. Item pari ratione quælibet uniuersitas
k pistorum, cerdorū, & huiusmodi restituet [k] omnis enim uniuersitas iudicem facit, C. de iurisd. om. iud. l. fin. & sic res in infinitum
l abibit: qd uitandum est, ut ex, de de reser, cum in multis [l]. Itē & in multis differt castrum à ciuitate, ut C. de sacrosan. eccl. l. fin. ff.
m de vsuc. l. vsucapione. item ad hoc ff, de iu. pub. ædiles [m]. Hanc partem multi sapientes fouent, : sed Albe. Papien. primam sen-
n tentiā tenet [n]. de hoc C. ex quibus cau. ma. l. respublica [o]. ¶ Sed
o nisiquid prælatus, uel Potestas pōt de hoc cognoscere? Respon-
21 nō quia illi debent ecclesiam seu vniuersitatē defendere, sit ext. de iura calum. c. pen C. de defen. ciui. defensores. & de procu. est
22 qui res. † ¶ Prælatus aūt nomine ecclesiæ sicut & defensore ciuitatis, noīe uniuersitatis, potest sine speciali mandato eam petere, ut uidetur arg. C. de offic. eius, qui vi. ali. iu. obtin. l. 1. sufficienter funguntur uice tutorum, uel curatorum in. argu. C. de epis. & cler. orphanotrophos. fi. auth. de eccles. tit. § fi. Colla. 9. 5 q. 3. quia episcopus. & est arg. ad præmissa. ff. de minor. illud. ff. quod cuiusq; uniuersi. l. fi & C. de decu. procuratores. lib. 10. Arg. j quod prelatus & defensor uniuersitatis debent habere speciale mandatū a suo capitulo & uniuersitate. nam prælatus non potest alienare sine consen-

ADDITIONES.

a Et asino. ¶ Contra illud Deuteronom. c. 22. & extra de elect. cum canonū. & subtilitas huius versiculi procedit, quando actor volens turē agere vult, quod reus habeat curatorem.

b Secundum Vbert. ¶ De hoc membro nullitatis vide, quod dixi supra de sent. prolat. §. vt autem super 4. forma.

c Filij. ¶ Alias viri. & vtraque bona. ADDE, quod matri minori non petenti tutorem succurratur: tenuit Lud. Rom. consi. 279. secutus hic Spec. & Bald. in authentic. si captiui. de epis copis & clericis. quem etiam sequitur Paulus de Castro. in l. minoribus. C. de his, quibus vt indignis, & Bal. consilio 201. 3. lib.

d §. fin. ¶ Ad materiam facit, quod scripsi. de priuileg. c. 1. lib. 6. versiculo, & illud ipsum. & super regula, & iudiciis. eo. libro.

e Hoc. ¶ Sup. & hoc etiam, illud dico, quia in contrarium allegatur l. nihil vt sequitur.

f L. fin. ¶ Ad hanc partem, quod ciuitas restituatur, inducitur C. de vener. ciui. l. tertia. vbi inclitæ Vrbi aliæ ciuitates comparantur, & rubrica ibi sequen. de debi. ciui. l. prima. & 2. libro. 10. & ff. de ædil. edic. §. illud. ff. de Publi. l. sed & hi. §. 1. C. de ser. fug. l. mancipia. & hanc partem tenet Odof. suppositio, quod ciuitas subsit Romano imperio, ff. ad Tre. omnibus ciuitatibus. Idem Simon Vinc. super l. respublica. & Andr. de Bart. super tæditia. l. rempublicam.

g Nihil. ¶ Ipse Inno. hoc no. eo. tit. c. 1. vt ibi scripsi super 4. gl. facit ad hoc vltimum ff. qui pot. in pig. hab. fi pignus.

h Legatis. ¶ Dicebat Accur. vbi dicam infra. ergo fortius minus principium quod est causa causans. Sed ipse respondet, quod id facit absentia. Vnde, vt ibi patet §. penultim. & vlt. vocati causa testimonij, vel qui propter causam principalem, vel appellationis, uel aliam necessariam absentiā, restituuntur. ergo non est id ex priuilegio municipii sed ratione probabilis absentiæ.

i Iurisdictionem. ¶ Ad hanc partem inducitur ff. de furtis, l. sed si imaginem.

k Restituetur. ¶ Hoc concedit Gui. de Suz. in l. respub. §. allegata.

l Multis. ¶ Lib. 6.

m Aediles. ¶ Communius est l. prædio. sub tit. de loc. pu. fru.

n Tenet. ¶ Quod etiam refert Alb. Ga. rub. de syndi. prope fi.

o Respublica. ¶ Et ibi per Cyn. de his omnibus primo, scilicet de fisco: secundo de ciuitate: & tertio de castro & villa. & de omnibus tribus tenet, quod non restituantur. ibi vide morma. Breuiter tamen ad primum eum inducit, id in illa lege caueri. item quod no. in authentic. de hær. & Pal. in tertia. glosia. item quod sint diuersa, patet ex diuersitate vtilitatum. vnde C. libro. 10. posuit rubricam de iure fisci, & 11. posuit rubricam de iure reipublicæ. bene facit ff. de legationibus. l. sciendum. in princip. & §. 1. In secunda inducit leges his allegatas, & opinio. Petr. de Isel. sed vllas in responsione ad contraria. In tertia allegat restitutionem odiosam, ff. de act. & ob. in honorariis. §. sed cum rescisa. & in authentic. de non ali. §. quia vero verisimile. subdens hoc tenuisse. Acc. in quæstione, quam disputauit: & verum dicit. nam illam habeo in lib. Codicis de manu glossatoris signatam. tamen, vt extraordinariam, & habeo extra librum. & incipit, Commune ciuisdam castri, vt hic: & responsiones eius ad primas allegationes contrarias auctor supra. inserit, præter primam, & illam ego supra. suppleui. pro eo facit communis opinio. quæ negat ciuitatem restitui fortius ergo castrum, vel uillam, de Innocent. & Petr. de Bal. & xi supra sed Albe. Papi. multos habet sodales, Bur. & Iulia. ut refert Vbert. de Bob. in l. sed & si. §. penultim. superius allegat: & ipsum Vbert. item Odof. qui dicit, ratione m, quæ est in ciuitate læsa, esse etiam in castro, uel uilla: ergo idem ius, ff. ad l. Aquil. illud. cum concor. & maxime dicit restitutionem faciendam ex clausula leg. sed & si §. penultim. & vlt. subdens. hanc opinio. humaniorem, & ideo sequendam, C. qui bo. ce. poss. l. fin. maxime propter minores. uiduas, & miserabiles personas, quæ minus peccant læsi læduntur: & ideo hic fauor ampliandus, ff. de uentre in possess. l. prima. §. 1 Guido de Suz. tenet idem, amplians hoc ad omne corpus, ut supra. dixi. Quartam quæstio. formatibi Cyn. intra quod tempus restituatur respublica: & est Guil. ibi, & plenius in princip. l. rempublicam. C. de iure reipubli. quæ ponit 3. opiniones, quas etiam ipse recitat: tenet Vbert. ubi §. & Cy. & mihi placet, quod intra quadriennium a tempore læsionis: ut sic æquiparatur minori facto maiori, ut de ecclesia dicitur eo. tit. c. 1. li. 6. opponit glo non debere restitui [p] et rempublicam pupillo: dic illud, quo ad futuris æcesit appellation as.

ADDE, ut [q] accul. secunda par. consi. 74. 4. lib. Paul. de Cast. consil. 215.

Spe

sine consensu capituli, vt extra de his, quæ fi. à prælat. sine consē. cap. per totum. facit ff. de iure delib. ait prætor. circa medium, & ibi non loquit in tutore, vel curatore, vel prælato, vel syndico, seu alio administratore, sed solum in hærede deliberante: qui dū deliberat, non potest alienare. non est ergo mirum, si non possit actionem mouere. Item videt contra de syndico: quia ipse fungitur vice ꝓcuratoris. ff. quod cuiu. vni. no. item eorum. §. actor. sicut ergo ꝓcurator non posset petere, sic nec ipse poterit. Sed dic, ꝙfungit vice ꝓcuratoris, quo ad id, quod ibi dr, & quo ad hoc, vt possit ex eisdem causis mutari, quibus & ꝓcurator, vt ibi, & §. seq. secundū Alber. Pap. Poterit ergo prælatus petere in integrum restitutionē sine mandato, saltē in subsidium, se-
a cundum Alb. Pap. [a] Alij contra: & exponit in præ. l. C. de offic. eius, qui vic. alic. iud. obtin. l. j. defensores & syndicos. Idē etiam est secundū Papam in actore vniuersitatis, & quolibet alio vltimam administrationem habente, vt petere possit sine speciali mandato: secus autē in procuratore generali qui petere non potest, ff. de mino. illud. §. fin. Nec ēt consanguineus. vt ff. eodē, procurator. Idē dixit Alb. Papi. in syndico. Accur. ⁊, vt no. C. ex quibus causis maio. respublica. verum causa restitutionis potest per procuratorē ad hoc legitime constitutum tractari, vt C. ēt per procurat. caus. in integ. resti. peti posse, l. j. dum tamen ad hoc habeat speciale mandatum: non alias, vt ⁊. de procurat §. j. versiculo, item opponit, ꝙ licet. Procurator autem eius, ⁊ quem restitutio petitur, sine mandato ad defensionem admittitur, ff. de mi-
23 nor. quod si de. † ¶ Quid de ea restitutione, quæ à principe aduersus delictum petitur? Dic quod & ibi potest constitui procurator: quia non est criminalis causa: secus in causa criminali, vt in eodem §. versi item quod causa est. Sed nunquid procurator constitutus ad litem, in qua incidit commodum restitutionis, potest illam petere sine speciali mandato? Respond. sic, vt nota-
b tur ex eodem, de in integ. restituti. suscitata [b] † ¶ Hoc autem no-
24 tandum est, quod præscriptiones longæ non currunt minori: imò ipso iure seruatur illesus, C. in quibus causis in integ. restitu. non est nec. sancimus. Quod verum est, si sint in corpore iuris
c clausæ: secus si sit municipalis ꝓscriptio, ex eodē ti. c. ꝓstitutus [c].
25 † ¶ Ecclesia etiam restituitur ⁊ præscriptionem, secundum do. meum. sic potest intelligi ex vt lite non contest. accedens. j. & de re. eccles. non alien. ad nostram. Goffred. tamen contra, de hoc ext. eod. c. j. Item & præscriptiones iudiciorum currunt. sed
d restituitur, C. de iudic. properandum. §. fi. Vincen. dixit [d], quod ecclesia semper habet auxilium restitutionis, nisi vbi cautum in contrarium inuenitur: ut in præscriptione temporali, quæ hodie non currit ⁊ minorē: olim vero curebat, sed restituebatur, vt patet in exceptione non numeratæ pecuniæ, C. in quibus causis in integ. restit. non est ne. l. fi. Sed tamen ꝓscriptio temporalis ⁊ ecclesiam currit, vt patet in vsucapione, quæ currit ⁊ eam, nec restituit, vt 16. quest. 3. placuit. & l quas actiones. C. de hæretic. auth. idem extra de ꝓscri. capitulo, j. Dom. Clemens. Papa IIII. pronunciauit ⁊ Treuerensem electum, ꝙ post biennium non posset contra mercatores opponere exceptionē non nemeratæ pecuniæ, vel doli: quę ad idem tendunt: & eos non de-
e bere cogi respondere positionibus electi cautam tangentibus [e].
26 † ¶ Sed cum dixerim, tēpus quod datur ad ꝓponendam exceptionem non numeratæ pecuniæ. non currere minori, vr, ꝙ hoc priuilegium nullū sit. nam post minorē ętatem exactam non currit biennium: & si postea non restituit: sed si alias esset deceptus, haberet quadrienium, ꝙ currit post 25. annos, vt C. de tēp in integ. restit. l. j. & fin. Ad hoc dicunt quidam, ꝙ post 25. annos hēt biennium, & post biennium habet quadriennium: & esset maius tēpus. Vbert. vero dixit, & melius, quod hoc biennium vtilius est quadriennio. nam in isto biennio non habet necesse probare sibi fore pecuniam numeratam, vt C. de non nu. pec. si ex cautione. sed quando habet quadriennium, tunc se habet ꝓbare & læsum, & minorē tēpore ⁊ctus fuisse, vt C. de in integ. rest.
27 l. 4. † ¶ Sed quare in contractibus non seruat ipso iure illæsus, sicut & in ꝓscriptionibus? Respon. in contractibus est incertū, an sit deceptus, vel non. vnde non debet restitui, nisi deceptione probata, vt C. e. ti. si minorē. & j. ver. illud quoque. In ꝓscriptionibus autem tēporalibus certum est, ꝙ deceptus est. vnde in certis locus non est coniecturis, vt ff. de verb. ob. continuus. §. cum ita. Quid si minor stetit per biennium, vel triennium, quod non soluit pensionē, nunquid currit ei illud tēpus, an seruabitur ipso iure illæsus? de hoc j. de loca. § nunc aliqua. versic.
28 14. † ¶ Quid de præscriptione vnius anni, quę currit, ei qui nō accepit inuestituram feudi, ut repellat post annū? Et dic, ꝙ non currit pupillo, ut C. de ꝓscr. 30. annor. sicut. §. fi. sed adulto sic, sed restituit: quia gestum est cum minore, ut ff. de min. ait prætor. in prin. ¶ Quid in præscriptione quæ opponit redhibitoriæ, uel consimili? ut ff. de redhi. act. ⁊iendum. §. fi. Respon. forte ipso iure seruatur illæsus, ſm Vbe[illegible] autem testes pro minore in-
29 ducti in nil dicant, dic, ut in §. fi. [illegible] autem hæc ma[illegible] a sub cō-

f pendio commemoretur, no. ſꝙ quædam sunt tēpora, quibus ecclesia ipso iure seruatur illæsa, nec sibi currunt; ut præscriptio decem uel 20. annor. ut 16. q. 3 §. potest. circa prin. cum suis concor. ext. de ꝓscr. ad aures. Quędam, in quibus dormit, seu suspenditur ꝓscriptio: & seruatur ecclesia ipso iure illæsa, ut cum nacat, ext. de in integ. resti. auditis. uel cum habet prælatum hęreticum ext. de ꝓscr. c j. uel suspensum, ext. de concess. ꝓb. quadiuersitatē. & tempore hostilitatis, ext. de ꝓscr. ex transmissa. & c. cum nobis. & c. auditis. Quędā, de quibus dubitatur, an currant: ut est biennium & triennium, quę currunt ⁊ canonē nō ꝓsentes, esi quędam iura dicant non currere ⁊ ecclesiam, 16. q. 1. §. nouarum. & C. de sacrosan. eccl. placet. quod concedit Gof. &
g quidā dicūt ⁊ ut C. lib. x. de exact. trib l. fi. quæ incipit, si diuinas. Sic ēt dubitatur de usucapione, an currat ⁊ ecclesiam? & uidetur, quod sic, ut in prædict. §. potest. & l. quas actiones. Sed est ⁊
h C. in quibus causis in integ. rest. non est necessa. l. fi. [h] & in his ecclesia restituitur, si lædatur, C. si aduer. usucap. l. fi. in fi. Quædā sunt quę currunt ꝓ certo, nec restituitur, ut patet ext. de cle. ne pro defectu. & de concess. ꝓben. nulla. & hoc ꝓpter negligentiam, quę dolo comparatur, ff. depositi, quod Nerua. sed tunc nō currit ecclesię, sed personis, extra de ꝓscri. c j. Quędam uero currunt pro certo, & pro certo restituit, ut in decendio, quod dat ad appellandum, quod currit ecclesiæ, sed restituit ad illud, ut extra de in integ. restitut. c. fi. & C. si ꝑ pius in integ. restit. postul. l. j. Quędam pro certo currunt, sed est dubium, an restituantur, ut in ꝓscriptione 40. annorum, ut ex d. c. auditis. Sed & in minore dic, quod olim sibi quædam tēpora currebant, nec restituebatur: nec hoc hodie immutat: ut præscriptio 60. dictū, qui dant ad accusandum iure mariti, ut ff. de minor. l. auxilium. Itē ꝓscriptio quinquennij, quæ currit minori uolenti mouere quęstionē status alicui, cuius mater tēpore mortis ingenua habebatur. si enim tacuerit per quinquennium à tempore mortis ſon restituitur etiam hodie, ut C. ne de statu defunct. si mater. & extra de coniu. ser. licet. Item in tempore statuto ad confectionē inuentarij, ut in auth. de hęred. & Fal. Collat j. § fin. Item in tempore, quo durat instantia iudicij: sed tunc distinguitur, an tutor sit soluendo ut C. de iud. properandum. § fina. Et sic intellige ff. de minor l. & si fine. §. item si non prouocauit. & §. item in eremodicijs. Idem forte in tempore statuto ad appellandū, ut in prædic. §. item si non prouocauit. & hoc, si tutor non sit soluendo: alias non. Item quædam tempora ipso iure olim sibi non currebant nec hodie currunt, ut quinquennium, quod datur pro quærela inofficiosi testamenti, ut C. in quibus causis in integ. resti. non est nec. adolescentiæ. ff. de minor. l. interdum. C. si maior. fac. l. final. in his enim nil immutatur. Vnde contingit, quod ēt post 30. annos minori subuenitur. Item quædam erant olim tempora, quæ currebant minori, sed restituebat: in quibus hodie immutatur, vt in præscriptione 40. annorū. C. in quibus causis in integ. rest.

nonesi

ADDITIONES.

a Pap. ¶ Qui hoc, & id, quod sequitur, not. in dec. suscitata, vt ibi scripsi su per glo. iste fuit.

b Suscitata. ¶ Idem M. de Fa. vbi ⁊. quæstione 4. allegat multa licere incidenter, quæ tamen non licent principaliter. C. de iu. l. 3. & de ord. iudi. l. 4. patet eodem tit. c. penultim. ADDE, quod restitutio in integrum incidenter, & verbotenus peti possit. Bal. consilio 275. 3. lib.

c Constitutus. ¶ Vt ibi scripsi super glo. consuetudo. est idem in conuentionali, per l. Aemilius. ff. de mino. vide etiam, quod scripsi extra e. tit. c. fi. sub sexta obiectione.

d Dixit. ¶ In dec. auditis, ad fi. eodem tit.

e Tangentibus. ¶ Vide, quod contra hoc diffusè scripsi post Host. de solut. c. final.

f Not. ¶ Secundum Petr. & Abb. qui hoc not. eod. titulo, capitul. fin. vbi scripsi.

g Diuina. ¶ Vide quod satis scripsi de reli. domi. constitutus. super gloss. hoc ideo.
ADDE, quod Bald. consili. 224. 1. lib. tenet, quod ecclesia per non solutionem canonis incidat in commissum: & ibi dicit, quod si opinio Ioan. Andr. in d. c. constitutus. esset vera, emphyteusis non teneret suam naturā
ADDITIO. Adde tu eundem Bald. in l. placet. in 3. not. C. de sacr. san. eccle. vbi etiam istud tenet. & ad illam legem, quæ solet induci in contrarium respondet, quod ibi loquitur de translatione rei fiendæ in pœnam: vt si non soluitur tributum Imperatori: sed in casu, de quo hic translatio fit ex natura contractus: & res reuertitur, ad dominum suum: & idem tenet Petr. de Ancha. in d. capitul. constitutus. col. penul. versicul. ex hac etiam gloss. de reli. domib. & ibi per Car. Zaba. vide ia col. fi. ver. quæro in eo. & Panor. in col. penul. ver. in gloss. in verb. iusta. Et an oporteat, quod cesset per triennium, sicut dicimus de priuato in priuatum; vide Bald. in authentic. qui rem. in 2. colu. versicul. quærit hic gloss. C. de sacrosanct. eccles. vbi tenet, quod sufficit biennium, & quod ita sentit ibi gloss. Henric. Ferran.

h L. fin. ¶ Et vide, quod scripsi c. tit. c. 1. super 4. glo. & de reg. iur. possessor super fi. primæ glo.

non est nec. sancimus. in fine. vbi de hoc. Item quædam olim tẽpora currebant minori, sed restituebatur: quod est hodie imminutum: quia ipso iure seruabitur illæsus in omnibus tẽporalibus præscriptionibus, scilicet decem, vel xx. vel v. annorũ, & in aliis omnibus temporalibus, vt in prædicta l. sancimus. vbi ius vetus
30 corrigitur. ¶† Sed quare tempora, quæ dantur ad appellandum currunt minori & ecclesiæ, vt dixi, cum sint temporales præscriptiones? de hoc C. qui. non obst. lon. temp. præscriptio. non est. Et dici potest, quòd sunt tres speciales casus, in quibus temporales præscriptiones contra minores currunt, sed restituuntur, scilicet ad appellationem omissam, vt dixi: & contra instantiam iudicij, quæ perit lapsu triennij, vt suprà. Item cum adiit hæreditatem, quo ad ea, quæ ante hæreditatem petere potuit, vt in authentic.
31 de hæred. & Fal. §. pupillus. secundum Odofred. ¶† Diximus de restitutione minorum: nunc aliqua de restitutione maiorum subiiciamus. Scias ergo, quod si maior 25. annis læsus est in iudicio, vel extrà, dolo, vel metu aduersarij sui, restituitur per actionem de dolo, vel qd̃ metus causa, iudicis officio. C. de dolo malo, & C. quod metus causa, & extra eodem, per totum ¶ Item si lædatur, dum absens est causa necessaria, vel probabili, puta causa reipublicæ, vel studij, vel peregrinationis, vel legationis suæ ciuitatis, vel prosequendæ appellationis, vel testimonii ferendi, vel quia in vinculis, vel custodia publica, seu priuata detinetur, & venire nõ potest: & restituitur in eo, quod in absentia sua læsus est, ff. ex quibus causis ma. l. succurritur. & in eadem causa, & ff. de iu
32 dic. l ii. ¶† Verum circa sententiam contra maiorem absentẽ legatam, distinguendum an absens fuerit, pbabili & necessaria causa, vel probabili tantum, vel necessaria tantum, v el volsitaria tãtùm. vel ex contumacia. In primo casu si fuit legitimè defensus, restituitur ad appellandum tantum: si vero non fuit legitimè defensus, vel nullo modo, restituitur ad totam causam ex integro
a agendam. ff. de in integ. restitutio l. final. a ff. de iudic si prætor. ff. ex quibus causis ma. l. & l. ab hostibus respons. i. In secundo casu si fuit legitimè defensus, in nullo restituitur: si minus legitimè, vel nullo modo, potest appellare suo cõmuni iure, ff. ex quibus causis maior l. nec non. C. quomodo & quando iudex, l. ab eo. ff. quando appellandum sit, l. j. §. fin. ideoque non restituitur, nisi forte quando nullum potuerit relinquere procuratorem: vel reliquit, sed mortuus est. tunc enim restituitur ad causam tractandam. argumentum prædic. l. necnon cum dicit, procuratore suo defuncto, &c. Idem quoque est in tertio casu. vt ff. ex quibus causis ma. sed & si §. j. & de minorib. Papinianus. In quarto autem
33 casu in nullo restituitur, ff. de re iudicata. de vnoquoque ¶† Quid si is, qui conuentus est in iudicio, lite cõtestata eligit in potestatem, vel rectorem alicuius loci, & datur ei licentia eundi ad pro restariã: cùm autem est in media via, citatur, vt ueniat ad audiendam sententiam: ipse verò non venit, ideoque fertur sententia contra eum: nunquid debet restitui, quasi sententia non tenuerit? Videtur, quod sic, argumentum. C. ex quibus causis maior. in integrum restitu. l. i. & de magist. conue. l. i. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. diuus. Argumentum tamen contrà ff. ex quibus cau. ma. l. & q̃ data opera. & l. reipublicæ. de hac materia vide, vt
b nor. ff. de in integ. restitut. l. fin. v. & 2. quæstione vi. bidum. versi. palam. In quinto b casu, si est ficte contumax, auditur appellans: si autem vere, minimè. quæ dic. vt suprà de cõtumacia. §. primo.
34 ¶† In summa not. c quod restitutio alia debet ex sola miseri-
c cordia, alia ex debita iustitia. Ex sola misericordia debet illa, quam ratione peractæ pœnitentiæ misericorditer petit suspẽsus, vel damnatus ab eo, qui suspẽdit, vel damnauit, vel ab eius superiore, vt l. distinctione, contumaces. & capitulo. ponderet. ext. de cle non resi. ex tuæ. ext. de iudic. cap. at si clerici. prope fi. ibi, post peractam pœnitentiam, &c. depositus verò, seu solẽniter degradatus à solo Papa petere potest, vt 2. quæstiõe vi. ideo. Et hoc p prie dicitur prioris status reintegratio, de qua suprà de legato, §. nunc ostendendum. versi. nono. & §. genera. ext. de cleric. excommunic. vel depos. minist. c. clerici. & in præd. c. ideo. Ex iustitia autem debita est illa, quæ datur minori xxv. annis, vel etiam maiori reipublicæ, vel ex iusta, seu probabili causa absenti, vel ecclesiæ, vel reipublicæ læsis aduersus contractum, vel quasi aduersus sententias, vel iudiciorum processus, & aduersus delictum, vel quasi, in quo soli minori subuenitur quandoque: de qua restitutione
d hic agimus d. ¶† Illud quoque prætermittendum non est: quod tunc demum danda est restitutio, cum probata est læsio, ut extr. eodem, cum venissent. § nos igit. vel noua defensio, ut eodem ti. c. fi. Arg. tamen contrà, c. tit. suscitata. ver. procurator contrà sententiam admissus est nulla lesione probata. & c. auditis. vbi restituitur ad exceptiones probandas, non probata lesione, nec probato se necessariam probationem omisisse. in ver. licet autẽ. ibi, ut asserit, &c. nõ enim dicit probauerit. ¶ Ad solutionem igitur horum contrariorũ distingue: nã aut ecclesiã, vel minor petit se restitui ext. iudicium, aduersus peremptorias probandas, vel aduersus contractus: aut in iudicio: & tunc aut in his, quę præcedunt sententiam, aut contra sententiam. Si in his, quæ præcessit, tunc & breuiter in cunctis eius negligentia omissis fit restitutio, non probata lesione. Ipso. n. tractu temporis, uel propter ipsam negligentiam satis apparet læsio. vnde non est necessaria probatio, ut s. uer. sed quare in cõtractibus. putà quia omisit probationem necessariam proponere ante conclusionem, ut in præd. ca. auditis. uel omisit munimenta causæ intra tps à iudice statutum exibere, ut in capitul. coram. Si autem aduersus sententiam, uel contractum restitutio petatur, ut uidelicet reuocetur, necesse habet probare se læsam in sententia. ut in prę. c. cũ uenissent. & etti. c. fi. vel in contractu, ut e. tit. c. i. & c. cõstitutus. His enim casibus non probat se læsam, eo quod censetur iure minoris, ut e. ti. ca. i. uersi. sed quare in contractibus. sicut nec minor, ut ff. de iuriscon. nã & postea. §. si minor. Sed adhuc obstat præ. c. suscitata. sed dicit quod ibi fit restitutio non contra sententiam, sed ad exceptionẽ peremptoriam, scilicet ad præscriptionem proponendam: ideoque ibi non reuocatur sententia: imo executioni interim mandatur, donec exceptio sit probata. Vbi autem fit restitutio contra sententiam, totus processus reuocatur. Vnde necesse sunt nouæ defensiones, ut s. eodem §. uer. sed quam uocas. & sic ecclesia ibi læsa fuerat per negligentiam. unde non probat læsionem, quia iam apparet ex negligentia, uel omissione, & uide, quod not. suprà uersic. sed pone, ecclesiæ. Sed si minor, uel ecclesia omisit ꝙponere declinatorias, seu dilatorias ī termino adhuc statuto, subuenitur ei læsione probata, ut in prę. ca. constitutus. ¶ Quæ (ut dicunt quidam) probabitur isto modo: Primò enim probabitur, vtrum exceptiones, quas omisit in termino, & nunc intendit proponere, sint legitimæ, extrà, de appellat. ut debitus. quo inuento
35 læsio apparet eo ipso, quod ipsas, uel eas in termino non propo- d
e suit, ut in præ. a. cùm uenissent. circa finem. ¶† Sed nunquid ecclesia uel minor potest contra confessionem suam restitui, non ꝓbato errore e? Respon. non, ut s. in prin. huius §. quia si detulit minor iuramentum, non ideo ꝓbatur læsus: quia potest esse, ꝙ is, cui detulit, uerum iurauit, & sic minor non læditur. Sic & ecclesia potuit confiteri ueritatem: & ita non est læsa. Vnde necesse nõ habet probare errorem, ut in præ. §. si minor. & argumentum. ff. de confess. certum. §. penultim. Sed secundum hoc ecclesia non est priuilegiata, uel minor: quia quilibet maior restituitur contra confessionem, probato errore facti, ut suprà de confess. §. postremo. Dic, quod imo: quia maior hoc non potest, nisi ante sententiam: minor uero hoc potest ante & post. Vtrum autẽ, & qualiter ecclesia potest restitui contra sententiam, no. Vinc. extra. de
37 restitut. in integ. tum ex literis. ¶† Et scias, quod hoc beneficium competit, cum res, uel personæ læsæ sunt enormiter, nec habent
f aliud auxilium, per quod eis ualeat subueniri. nam ꝓ modica lę sione nõ datur f: nec ubi illud supereſt ordinariũ remedium: puta quia contractus non tenuit: uel si competat aliqua actio, uel exceptio, per quam læsus sibi prospicere possit, ff. de minori. scio q̃
g situm. & l. in causæ. 2. responso j. § & §. i & 2 C. in quib. cau. in in-
h teg. rest. non est nec l. i. & 2 extr. eodem, capitulo. i. secundũ T. h
38 ¶† Hoc autem generale est, quod minor restituitur contra cũ, cum quo contraxit, uel contra eius hæredem, & non contra tertium, ad quem res peruenit, nisi in subsidium: uidelicet si ille, cum quo contraxit, non est soluendo. ff. eodem in causæ. § fi. & l. plane. Itẽ minor deceptus à seruo, uel filiofamilias, restituitur quãdoque contra dominum, uel patrem familias, ff. de mino. quod si minor. §. si seruus. Quidam tamen dicunt, quod si nihil ad eos
39 peruenit, sola seruis uel filij castigatione libertantur, ff. de his, qui de rec. uel effu. argum. l. j. §. cum seruus. ff. de iniu. l. i §. sed si unus.
& § cùm seruus. ff. de in. omn. iu. si quis. §. in seruos. & iunge, q̃
i est j. §. proximo. ¶† Vltimo not. i quod restitutio in integrum, quan-

ADDITIONES.

a L. final. ¶ Et ibi hæc distinctio. & 2. quæstione vj. biduum. uerficulo, si aduersus.
b In quinto. ¶ Quem omiserat Tan.
c In summa no. ¶ Secundum Tanc. vbi s. in principio. & Ioan. de Deo ubi s. hæc verba pluries repetit.
d Agimus. ¶ Verbum Tanc. dicentis, quod de præcedenti, quæ fit ex misericordia, nil ad hoc opus: & facit j. 6. 2. in fin. ADDE, ut per Alexan. consi. 103. libr. 1.
e Errore. ¶ Vide e. tit. c. 2. lib. 6. & quod ibi not.
f Non datur. ¶ Ponit R of. exemplum, si res ualens xx. venditur pro 18.
g Respõ. i. ¶ Vide, quod ibi not. sed plenius, quàm alibi, per R of. vbi s. vers. circa ista q̃ritur. & ver. sed nũq̃ videamus. & ibi in fi. reprehendit dicentes, quòd vbi alia actio competit, non datur iudicis officium. debet enim hoc dictum restringi ad restitutionis beneficium. Et est ratio: quia isto casu cõtractus rescinditur. Vnde iustũ est illud negari, vbi aliud auxilium competit: quæ ratio cessat in aliis: sufficit, quia not. s. de sent. ex. c. §. breuiter.
h Secundum T. ¶ Vbi s. vers. omi[illegible]
i Not. ¶ Secundum Mar. de [illegible]

quando que petitur incidenter & tunc non est libellus necessarius: quandoq; verò principaliter, & tunc est libellus necessarius, & litis contestatio, & sententia, vt extra de offic.iudic. ca. 2.& ſ. de offic om.in §.incidenter.verſ.ſed quæritur. & j. de li.conteſt.

40 §.nunc dicendum.verſic 8 ¶†Quid ergo ſi is, contra quem petitur, ante litem conteſtatam ſe abſentet contumaciter? dicunt quidam, quod ante litis conteſtationem non dabitur diffinitiua ſuper reſtitutione danda, vel deneganda, ſed ſolum interlocutoria demittendo actorem in poſſeſſionem rei, vel quantitatis petitæ, vt in poſſeſſ.leg.is cui.extr. vt lite non conteſt. quoniam. cũ ſuis concor. Speciale enim eſt in cauſa appellationis, vt in ea non poſſit lite non conteſtata pronunciari, vt C.de temp.app.l fin.§. illud. & in hoc concor.B.vt not.ext.offic.iudi.cap. 2. & de in integr.reſtitu.ex literis.[a] Sed contrà, per hoc non conſulitur petenti reſtitutionem contra ſententiam. Præterea cauſa reſtitutionis debeat finiri olim intra annum: hodie uerò intra quadriennium: nec enim perpetuatur per litem conteſtatam. At is, contra quem fit miſſio, lite conteſtata perpetuo anditur, vt cõſueuit dici C.de iu.l properãdum.§.ſin autem reus.& C.ubi in rem actio. l.j. Et ideo dicunt Odo.& alii, quod cogetur venire captis pignoribus, vel multa indicta, ff.ſi quis ius dicenti non obtemp. l.unica, ff de mun.& hon.l.ſi quis magiſtratus.ff.de liber.agnoſ.ſi quis à liberis.§.ſi quis ex his.ff.de uen inſpi.l i.§.quid ergo. Inſtit.de ſatiſ.tut.§.fin.& tunc ſi veniet, fiet litis conteſtatio, & ſententia feretur, ff.de min. Papinianus.in fin.& in præ decr.de offi.iu. quod ſi non veniat intra tres menſes, nel minus ſpatium ex cauſa à iudice ſtatuendum, uel ſi nolit litem conteſtari, dabitur reſponſio, etiam lite non conteſtata, vt C.vt ſe ab hæredi.abſti.auth.ſi omnes creditores[b] C.de edic.diui adri.tol.l.unica, § ſin autẽ & hoc probat l.ff.de mi.in cauſæ.§ cauſa cognita. quæ dicit indiſtinctè, eam dandam partibus præſentibus, uel per cõtumaciam abſenti bus.vñ nos diſtinguere nõ debemus, ext.de trãſlat expiſc.c.inter. 2.q. 5. conſuluiſti.& ſi cerit ſpeciale, quod feratur ſententia diffinitiua in cauſa reſtitutionis in integrum, quæ habet fiuiri, vt dixi, olim intra annum, hodie uero intra quadriennium, ſiue ſit lis conteſtata, uel non: ut in præl. Papinianus.& C.de tem.ap l.fin. quod eſſe non poſſet, ſi nõ daret ſententia, aduerſario abſente. Poſſet ẽt dici q̃ hoc non eſt ſententia, ſed decretũ: ut & alias, C.ad Treſancimus. §.cauſa autem.ff.de bo.poſſ.l 2 §.ſi cauſa cognita. & l. ſeruus.in prin.ff de leg.præſtan filium.§. ſi quis contra tab. bon. poſ. Eſt enim differentia inter ſententiam & decretum: ut not. ff.de off. procon.[c] & legat.nec quicquam §.ubi[c].

ADDITIONES.

a Literis. ¶ Idem Mar.de Fa.vbi ſ.q.3.& hoc probat, & reſpondet, vt ſ.in præ.dec.2.

b Creditores. ¶ Quæſtio B.reſpondet ad hanc aut.vide de offi.iud.c.2.in 2. gloſſ.

c Vbi. ¶ Facit, quod dixi ſ. de primo deciſ ſuper j. §. Habeo quædam ſcripta ſuper l.final. C. de tempor. reſtitu. in integrum, quæ narrant quæſtionem de hoc fuiſſe inter monaſterium Nouantulanum, & commune S. Ioannis in Perſicero: quod monaſterium petijt reſtitui contra quandam ſententiam latam pro communi: pars communis reſiſtebat, ne daretur reſtitutio: finaliter lite non conteſtata lata fuit ſententia, monaſterium reſtituendum: quam Odofred. communis aduocatus impugnabat per prædict. l. & quia lata contra ſolitum iudiciorum ordinem lite non conteſtata, C. de ſentent. & interlocutor. l. prolatam. & inducebat pro ſe deciſ. 2. extr. de offici. iudic. refert Franciſc. Accurſ. pro monaſterio ſe allegaſſe ſententiam ualuiſſe, quod iudicis officium fuerat imploratum, vt fieret reſtitutio contra ſententiam: & cũ q̃d per iudicis officiũ petebatur fieri, non erat neceſſe dari libellum, vel conteſtationem fieri. inducebat quandam gloſſ. Azo. ſuper rubric. ff. de interrogatio. actio. Item quia ſuper actione datur libell. & fit conteſtatio: ſed officium iudicis non eſt actio: ff. de minor. quod ſi minor. §. final. ergo conteſtatio non fuerat neceſſaria. Fuit terminatum. quod & ſi ſecundum ſcripta ſuperius, ex quo petebatur reſtitutio contra ſententiam, parte contumace, ſententia ferri potuiſſet, tamen ex quo pars erat præſens, conteſtatio erat neceſſaria, p præd.decret.2.& ſic opinionibus, de quibus ſupra, & in prædict.decre.not. non erat hic locus.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio integrum qualiter petatur.*
2 *Minor petens reſtitutionem, an debeat exprimere, qualiter ſit leſus aut deceptus.*
3 *Minor exprimens vnam cauſam ſuę læſionis in petendo reſtitutionem, an poterit eam mutare.*
4 *Minor renunciãs beneficio, an poſſit [illegible] reſtitui.*
5 *Contrahens matrimonium cum uetula ex[illegible] reſtitutionem in integrum.*
6 *Minor intrans religionem an gaudere debeat beneficio minoritatis.*
7 *Beneficio ętatis an gaudere debeat clericus maior in patrimonialibus.*
8 *Minor an poſſit renunciare beneficio minoris ętatis: & quid poſt impetratam reſtitutionem.*
9 *Eccleſia an poſſit renunciare beneficio reſtitutionis in integrum.*
10 *Reſtitutio non petitur per actionem, ſed ſolo iudicis officio.*

¶Reſtitutio in integrum qualiter petatur.

3.§. Qualiter autẽ reſtitutio in integrũ petat. planum eſt. Petit enim is, qui læſus eſt, uel procurator habens ad hoc ſpãle mãdatum. nam generale non ſufficit, ut ſ.§. px.uer.uerũ. Peti quoque dẽt apud ſuũ iudicẽ præſente eo, q̃ quem petitur, uel p cõtumaciam abſente, ut ff.de minor.in cauſæ.§.cauſa.& l.etiam § fi.& l.utrum.§.ſciendum extrà de in integ reſt.tum ex literis, in fi.C.ſi aduerſus do.l.ii ff.de ado.

1 nam ita in authen.ut ſpon.larg.§.adhoc.Collat.ix. ¶†Et ſciis, q̃ cum petitur reſtitutio.danda eſt dilatio, ſi petatur, C.de dilat.l.fi.

2 ext.eodem per totum, 3.q.3.§ ſpatium. ¶† Sed nunquid minor

a petẽs reſtitutionem, debet exprimere in libello[a], an dolo aduerſarii, uel ſui facilitate: & qualiter ſit deceptus, ſeu leſus? dic, q̃ nõ: quia nõ refert quomodo læſus ſit: quia ſemp reſtituitur, ex quo læſus eſt, arg.C.de in integ.reſt.minor.l.in minoribus. ibi etiã doctores, & c. quaſi dicat, non ſolum ſi ſui facilitate ſit læſus, ſecũdum quoſdam. Vbert.tra, arg.C.ſi ſæpius in inte.reſtit. poſt.l.2.in fi-

b ne.[b] C.de edic.diui Adria. tol.l.fi. Nam omnes in integrum reſtitutiones cauſa cognita ſunt dandæ.arg.ff de in inte. reſt.omnes Et dicit aliud eſſe in appellatione à ſententia, in qua non tenetur

3 qs cauſam exprimere. ¶†Sed ſi expreſſit unam cauſam, nũquid poterit poſtea eam mutare? Videtur q̃ ſic, arg.ff. de ap.ſcio.in fi,

c & ff.de nox.act in delictis.§ fi. Alii contrà[c]. Sed nũquid poterit plures cauſas ſimul proponere? Reſpon ſic argum.ff de ædil edi.

4 ſi tamen.§ pe.& nõ.ff.de ſuſpect.tut l.i. ¶†Quid ſi minor renunciat beneficio minoris ætatis, nunquid poteſt petere reſtitutionem in integrum? Non uidetur. cum cenſeatur maior in ſpiritualibus.ut ext de teſt ſpol.ex parte.ubi no.B. Quod ſi bñficiũ illud

d ſit collatũ alii nõ poteſt petere reſtitutionẽ[d], arg.7.q.j.eos.ff.de mino.q̃ ſi minor.§.Sceuola. Vincen.uero no.ext.de in integ.reſt. conſtitutus & c rum ex literis.quod p̃t, ſiue ſit collatum alteri, ſiue non, ff.de mino.ẽt.§.ex cauſa. & l.præd. §. pen. niſi renunciaret propter monachatum, ut j.dicam Tamẽ ſi eẽs ꝓtulit alii, conſert cidẽ aliud, uel illud idẽ.ff.e.plane.& l in cãc.§.fi.& inſtitutus agat contra epiſcopum cõdictione ex illo canone, 7.q.1 præſentium.ar.ext.de præben.inter cætera[e]. Accur.de hoc no. ff.de minori.ait ꝓtor.in princip.dicens ſimpliciter, q̃ non poteſt petere reſtitutionem: quia in ſpiritualibus minor agit, & conuenit, ut maior: & quia iſte magis uidet exoneratus quam damnum paſ-

5 ſus. ¶†Quid ſi quis contrahit matrimonium cum uetula exden-

f tata[f]? dico quod non poteſt petere reſtitutionem in integrum, arg.u. 27 q.j. nupriarum.in princ.& 31.quæſtione j aperiant.& C. de nup.ſancimus.& xiiii.quęſtione vlt.ca fina. nam & ſe nẽdere poteſt ad prætium participãdum, nec reſtituitur. Inſt.de iure p.ſonar.§.pe. Imò in contrahendis nuptijs quicunque contrahere poteſt, & maior fingitur eſſe, cui non ſubueniet beneficio ætatis, arg.ext.de deſp.impub.de illis.2.& c.ſi C.ſi minor ſe ma. dix.l. 3.

6 ¶†Sed nunquid minor intrans religionem, habet hoc beneficium? Reſpon.non: quia non dicipitur, qui cum ditiori contrahit

ſponſo,

ADDITIONES.

a In libello. ¶ Quando ſit neceſſarius, dixit & remiſit ſ.§.proxim. verſiculo, penulti. quod congruentius fuiſſet hoc præmiſſum ſub illo § qualiter

b In fine. ¶ Per hanc legem dicit ipſe Vbert. in l ibi ſequent. quod beneficium reſtitutionis perſonale eſt: & ſic exmenda eſt cauſa in libello: faciunt not. extr. de libe. oblat.capitul. 2. in j. gloſſ. A D D E, an minor debeat probare leſionem, & qualiter illa probetur, Alex.conſi. 21.j.libr.& contrarium eius, quod hic tenet Spec. tenet ipſe in l. nam & poſtea.§.ſi minor.ff.de iureiur.

c Alij contra. ¶ Scilicet Vbe. prędictus, vbi ſ.& hoc poſt litem conteſt.per not.C.de eden.l edita. Ad l.ſcio. eſt reſponſum ſ. proxim. ſequen. Solue, ut ibi not. in fine.j.gl.

d Reſtitutionem. ¶ Ac ſi dicat, poteſt: ſi non eſt collatum: quod placet Hoſtienſi, ſi eccleſiæ & animabus expedit, vi ibi dixi. A D D E, vt Ang.conſi.187.& 311.

e Inter cætera. ¶ Ipſe tamen Vincentius præd. decret.ex parte. tenuit cum Io.& Ber.

f Exdentata. ¶ Sine dentibus: verbũ Vin.in decret.conſtitutus.in prin. eod. titul.

sponso, & optimè eius negotium gestum est, 27. quæstione j. si-
a cut de consec. dist. 5. nunquam [a]. Deo tamē electo quatuor dies,
b ext. de regul. & transeunt. ad relig. ad nostram [b]. Nec in hac parte
subueniō ecclesiæ, si se totam ad religionem puerteret & vellet
c restitui, extr. quod met. cāu. ca. cum dilecti. secundum Vincen. [c]
7 ¶† Sed nunquid clericus maior habebit hoc beneficium in pa-
trimonialibus Arg. quod sic, xvj. qu. i. simpliciter. ext. de immun.
eccles. nō minus. ext. de vita & honest. cler. ca. fin. Dic contrà: nō
obstant prædicta iura: quia ibi dicitur, quod eodem iure gaudent
res clericorum, quo & ecclesiarum: verum est, quo ad defensio-
d nem, xij, q. 2. ecclesiarum seruos. secundum Vinc. [d] ¶† Sed nun-
8 quid minor potest renunciare beneficio minoris ætatis? Respō.
non: quia & in hoc eo ipso decipitur, ff. de minor. interdum ibi,
hoc enim ipso, &c. & l. & si fine. §. restitutus. & lait ptor. in princ.
e secundum Azo. Arg. contra, eo. l. si iudex [e]. ¶ Itē nunquid minor
post impetratam restitutionem potest renunciare beneficio re-
stitutionis, quod pro se inductum est? Respon sic, vt in præl. si iu
f dex [f]. Quid si minor appellauit à sententia contra se lata, nunqd
appellatione pēdēte poterit petere in integrum restōnem? Dic,
quod sic, vt no. C. si aduer. rem iudi. l. pe. & in Sum. Azo. e. ti. cir-
9 ca medium. ¶†Quid de ecclesia, nunquid potest renunciare be
neficio restitutionis in integrum? Respon. no. Vin. ext. de resti in
g integ. tum ex literis, cp sic, vt ff. de minor. si iudex [g]. Quid si fuerit
per annum, cp non fuit vsa rescripto? Respō. si id dolo omisit nō
restituetur, C. si aduer. delic. l. j ext. de resci. si autem. Si verò per
negligentiam, sic, vt ibi: & arg ext, de in integr. rest. auditis secun
h dum Vin. [h] ¶†Item nota, quod restitutio non petitur per actio
10 nem, sed solo iudicis officio, ff. de minor. quod si minor. § fi. & l.
i illud. §. j. & l. quod si speciali. & datur ad hoc vtilis. actio in rem.
ff. eo. in causæ & l. plane [i].

ADDITIONES.

a Nunquam. ¶ Vide, quod scripsi de regula, cum virum. super fi. 2. gl. vbi in-
ueni[es]. qui doctores, & quæ gl concord. huic dicto.

b Nostram. ¶ Illa decr. de tribus tantum. & tene, quod habes de reg. consti.
in fi. lib. 6.

c Secundum Vinc. ¶ Qui hoc not. eodem tit. cum ex literis. & ibi etiam, qđ
statim sequitur.

d Secundum Vinc. ¶ Hoc respō. not. & alias additur in præ. c. similiter. & vi
dè, quod not. ea causa, & quæstione iiij. capitul. i. item adde glo. & ibi Scri
bentes in clementi. vnica. de restitu. in integ. quam Doctores cōmuniter
adijciebāt.

e Iudex. ¶ Solue per id, quod statim sequit: & vltra id renūciat ibi ipso facto
nolendo vti restitutione concessa.

f Iudex. Et est hoc vltimum verbum Azon. in Summa, & idem Mar. de Fa.
in 6. qu. stione.

g Iudex. ¶ Salua auctoris pace, Vin. ibi loquitur expressè de restitut. iam
impetrata: & sic etiam loquitur l. vt §. patet. Vnde Mar. de Fa. vbi §. q. 7. te
net in futura restitutione contrarium, cum ex tali renunciatione eo ipso pa
teat ecclesiam, vel minorem esse deceptam: & sic contra id etiam sępius
posset restitui, ff. de minor. & sic fine. §. restitutus autem. & l. interdum. cir
ca princ.
ADDE, cp Ange. consil 187. circa fin. tenet minorem & episcopum non
posse renunciare futuræ restitutioni, per d. l. si iudex. & idem tenet Pano. in
c. i. ext. eo. etiam si iurauit episcopus: secus si minor: alle. glo. singularem in
c. i. e. tit. lib. 6.

h Secundum Vin. ¶ Vbi §. sed in dec. plerunque de rese. in fi. dixit hoc sub du
bio forte, ut ibi scripsi in gl. quid erit.

i Plane. ¶ Ad literam posuit hic Io. de Deo in cauil. ultra medium uer. i tem
hoc no. idem Mar. de Fa. vbi §. in prin.

SVMMARIVM.

1 *Minori in tempore decepto quātum tempus in restitutione sibi facienda sit concedendum.*
2 *Ecclesiæ quantum tempus sit ad restitutionem sibi faciendam determinatū.*
3 *Ecclesia & respublica æquiparantur.*
4 *Maior xxv. annis læsus in eius præsentia, intra quantum tempus restituī debeat.*
5 *Absens non debet plus iuris habere, quam si fuisset præsens.*
6 *Restitutione ex misericordia petita, non est tempus ad eam faciendam præfixum.*

¶Restitutio intra quod tempus danda sit.

a 4. §. Intra quod [a] tempus restitutio dāda, sit. breuiter tā
gamus, licet cūctis hæc materia sit nota, & ab
omnibus tacta. Scias ergo, cp minor xxv. annis eam potest petere
toto tempore minoris ætatis, etiam post completum 25. annū
secundū antiqua iura, intra annum vtilem: hodie verò vsque ad
quadriennium à prima die xxvj. anni continue numerandum, i.
vsque ad finem 29. anni, vt C. de temp. in integ. rest. l. final. & hoc
cū lediť p factū suū, siue per alienū, suā siue p uel alienā negligen-
1 tiam. ¶†Sed si minor in tempore decipiatur, videlicet cp portia-
tur tempus sibi labi in præiudicium rei, vel actionis suæ, & est in
causa restitutionis, dicunt quidam, super quadriēnium sibi con-
cedendum post 25. annum ad obtinēdam restitutionem, p præ.
l. Azo dixit quod si lædatur tractu temporis, s. quadriennij, vel
maiori tempore habebit quatuor annos ad restitutionem obti-
nendam, post quam peruenerit ad legitimam ętatem. Si uero mi-
nori tempore lædatur, potest eam petere toto tempore minoris
ætatis: & tanto tempore post xxv. annum, quanto tempore fuit
læsus, argument. si quando acti. de pecul. est an. cum post mor-
tem. ff. de minor. inte. dum. §. plane si defunctus. & 47. distinct.
omnes in fin. & C. libr. x. de his, qui in exil. dati vel ordi. mod.
b sunt, l j & de pœn. distin. i. uide [a]. ¶†In restitutione autem eccle
2 siæ concedenda variant Sapientes dicunt. n. Ala. & G. Nat eius di
scipulus semper sine temporis præfinitione eam super eadem læ-
sione sibi concedendam: quia ecclesia iure minoris semper de-
bet illæsa seruari. ext. eo. cap. i. & exponunt Semper, quasi Quan
docunq; e. Sed contra eos est expræsse decr. Greg extrauag. quæ
c incipit, ecclesia. eo. tit. [c] Et quia si hoc verum esset, nulla præscri-
ptio, etiam quadragenaria, contra ecclesiam curreret, sed semper
deberet seruari illæsa: qđ tamē falsum est, vt 16 q. 4. §. potest. ver.
quas actiones. ext. de præsc. de quarta, & per totū. Item sequeret
ex hoc absurditas. vt melioris conditionis esset, qui rem ecclesię,
p xl. annos possideret nullo, vel iniusto titulo, quā qui legitimo:
cum ibi tantum restitutio locum habeat, vbi contractus tenet, &
cum nullum aliud supereſt remedium, vt §. §. 2. versi. & scias. Sic
enim res posset vendicari post xl. annos per in integrum restitu-
tionem ab eo, qui iusto titulo possidet: & ille, qui iniusto titulo
p quadraginta annos possidet post xl. annos tutus esset præscri-
ptione. Et ideo alii dicunt, cp vsque ad 29. annos à die lęsionis fa-
ctæ numerādos, ponentes ecclesiam in primo die natiuitatis mi-
noris, arg. præd. dec vbi dicitur, ecclesia iure minoris. &c. Tertij
ponunt ecclesiam in 14. anno: ideo quia contra pupillum nō cur
rit præscriptio. sed contra ecclesiam sic, vt xvi. quæst. 3. placuit.
sicut contra adolescentē: ideoque dicunt eam restituēdam vsq;
d ad xv. annos à die læsionis [d] Sed contra præmissas duas op oppo
nitur, quod nullo iure speciali fulciuntur: p p quod dicunt Laur.
& T. eius discipulus, & B. discipulus T. & Vin. & do. meus Hosti.
& Iac. de Al. magister sirus, & Innoc. iiij. & alij fere omnes, stan
dum esse legi, quæ dicit, cp oīs restitutio fisci rei publicæ, vel pri-
uatæ, intra quadriennium limitatur, nec vltra extenditur: & intra
id tempus debet causa restitutionis tractari, & terminari, vt C. de
tem. in integ. rest. l. fin. Ex quo patet restitutionem ecclesiæ faciē
dam vsque ad quatuor annos, & non vltra. Quod dicitur in præ.
decr. Semper. exponunt, i. in omni contractu, vbicunque læditur
enormiter, vt notet sempiternitatem contractuum, non tempo-
rum, vt probatur extr. eo. c. i. in fin. vbi fit restitutio ad ostendendū
priuilegium contra sententiam, & capit. auditis. vbi fit ad allega
tiones omissas, & c. tum ex literis. ubi fit contra sententiam domi
ni Papæ, & c. suscitata & c. coram vbi fit ad causæ instructionem,
& similia. Patet ergo, quomodo fit semper, i. in omni contractu.
Ponitur igit ecclesia in xxv. anno: in quo qui est, minor est, ff. de
minor l. denique. § minorem. & habet quadriennium ad restitu
3 endum, vt dixi. ¶†Hoc idem obtinet circa restitutionem reipu-
blicæ: quia ecclesia & respublica comparantur, 23. quæst. 4. quid
4 ergo. & not C. quib. ex cau. ma. in integ. resti. l. 3. ¶†Cæterum in
restitutione maiorum dico, quod si maior xxv. annis in eius pre
sentia lædatur, restituēdus est iusta de causa, cōputabitur q; quā-
driennium à die læsionis. Si uero in absentia lęsus sit, computabi
tur ei tempus à die reuersionis, ita quod tantum tempus sibi con
cedetur ad restitutionē postulandam, quāto tpe fuit absens: vt §.
dictum est de restitutione minorum, cum decipiuntur in tempo
re,

ADDITIONES.

a Intra quod. ¶ Dixi in Sum. de tem. in integ. restit. post prin. & hoc eius di-
ctum posuit Tanc ubi §. uer. intra quod tempus. ubi etiam ptinuat uerſ. seq.

b Vide. ¶ I. ic, vt in cle. eod. ti. ab ecclesia, quæ distinguit tempus intra quod,
à tempore ad quod fit restitutio.

c Tit. ¶ Et habetur hodie libr. 6. per quam expeditum est, cp quadriennij lą-
psus nocet ecclesiæ. ita quod post non auditur nisi est causa. & per hanc ex-
ceptionem soluitur ult. quæstio Mar. de Fa. vbi §.

d Lęsionis. ¶ Adiuuari posset noua opi. cp ponatur ecclesia in fi. xij. anni: vt sic
fauor ipsius augeatur: quia restituetur vsque ad 17. annum & sic puberta-
tis fœmineę, non virilis consideratio habeatur, ex quo fœmineum est eius
nomen, & declinatur, vt tale: Ioan. de Deo dixit, vbi §. in Cauil. l. in fin.
quod ecclesia restituitur vsque ad præscriptionem completam, dicens. pe-
cus esse, qui ten[et] vt contrarium: charitatiuus erat cognomen suum alijs
tribuendo. esſat in aliis:
T. ¶ Vbi §. ver[sic]
ndum Mar. de

re, ſm Azo. ff.ex qui.cau.ma. ſed & ſi.§. ſed cum ferię. & § quo
ties.intra qđ tẽpus cã debuerat tractari & terminari Quid ſi ab
ſens tantum ſit p vnam diem? Reſp vnam tãtum diem habebit ab
5 reſtitutionem obtinendam, vt in præd § quoties. ¶ Sed quomo-
do intra diem illam, pbare poterit læſiones, ſeu læſionem, & ſen-
tentiam obtinere? Reſp. ſibi imputet, qui in tãtum ſe arctauit, vt
ff. ſi quis caut. l. ii §. ſi quis tamen. non enim debet plus abſens ha
a bere q̃ præſens habuiſſet. ¶† Porro vbi reſtitutio ex miſericor-
6 dia petitur, vt ſ. § quis autem. ver. in ſumma ibi non eſt tẽpus p̃-
fixum: imo quãdocunque ſuperiori viſum fuerit, dabit eam: quia
eccleſia nunquam claudit gremium redeunti, C. de ſum. trinit. li-
quet. & xi q. 3. de illis. 23. quæ. 4. duo. Miſericordiæ enim Dei nec
terminum, nec menſuras ponere poſſumus, nec tempora diffini
re, de pœ. diſtin. i. c. multiplex.

ADDITIO.

a Habuiſſet. ¶ Quæſtio & ſolutio iſta ceſſat hodie, & iuſtificat determinatio
nem cle. ſuperius alle. diſtinguentis tempus ad quod & tempus intra quod:
& reſponſiones ad contraria ibi vide in gl. hæc erant.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus ab eo, qui non habet propriam iuriſdictionem, vel adminiſtratio nem, an poſſit reſtituere, vel de reſtitutione cognoſcere.*
2 *Ordinarius non habens adminiſtrationem, an poſſit de reſtitutione in integrum cognoſcere.*
3 *Cauſa reſtitutionis in quo foro tractanda ſit.*
4 *Ordinarius in quibus habeat de reſtitutione in integrum cognoſcere, & diſponere.*
5 *Legatus dicitur contra ſententiam delegati poſſe reſtituere.*
6 *Appellans cenſetur iudicem inique pronunciaſſe fateri.*
7 *Iudex eccleſiaſticus poteſt aliquem ad famam reſtituere.*

¶ Reſtituere in integrum quis poſſit.

5.§. Videndum reſtat, quis poſſit reſtituere. Et qdẽ
gliber iudex, tam ordinarius, q̃ dele
gatus, ſiue ſit delegatus à Principe, ſiue ab alio ordinario admini
a ſtrationẽ habẽte: & hoc, ſiue principaliter, ſiue ĩcidẽter. ¶†Sed
1 ſi delegatus eſt ab eo, qui non habet propriam iuriſdictionem,
ſeu adminiſtrationem, ille reſtituere. vel de hoc cognoſcere nõ
poteſt nec etiam arbiter compromiſſarius, niſi incidenter, ſed de
legatus reſtituere poteſt, ſi hoc ſibi ſpecialiter demandetur, extr.
e. ti. cã & c. i. & c. tum ex literis, C. vbi & apud quos. l. fi. ff de min.
in cauſæ & duabus legibus ſequentib. & l. præſes. Et q̃ arbiter poſ
ſit incidenter de in integrũ reſtitutione cognoſcere, habetur in
præ. c. cum ex literis. & probatur C. de or. iud. l. i. C. de iu. quoties.
2 ¶†Sed nunquid ipſe ordinarius non habens reſtitutionẽ, de hoc
poteſt principaliter cognoſcere? Dic, q̃ non, arg. in præ. decr. cau
b ſa. in principio, à ꝓtrario ſenſu b. & in præ. tit. vbi, & apud quos,
l. fi. vbi dicitur, q̃ illi ſoli, qui ibi connumerantur, poſſunt de hoc
cognoſcere: ſed iſte ibi non enumeratur, vt & ibi not. Ergo, &c.
Item vicarius alicuius iudicis cognoſcet de reſtitutione, vt C. de
3 offi. eius qui vic. alic. iu. obti. l. j. ¶†Tractabitur autem cauſa reſti
tutionis in foro eius, ꝑ quem petitur. C. vbi, & apud quos in inte.
4 reſtitutio poſt. l. ii. ¶†Et nota, q̃ ordinarius cognoſcit de reſtitu
tione, reſtituendo tam in contractibus, quam in aliis, & etiam cõ
tra ſententiam à ſeipſo latam, vel a prædeceſſore, ſeu à ſuo inferio
re, ſed nõ ꝓtra ſententiam a maiore latam: licet ſit arg. contra. l.
c diſtinction. accedens c. veruntamen ſolus Princeps reſtituit in in-
tegrum contra ſententiam ſui procuratoris, vel iudicis, quem ip
ſe delegauit, vel contra res bis iudicatas, vel contra ſententiam
ſuam, licet raro, vt hæc leguntur & not. C. eo. tit. l. j. C. ſi aduerſus
rem iudicatam, ſi aduerſus. ff. de minoribus, in cauſæ §. fi. & l. præ
fecti. & l. minor. xxv. q. ix. quod quis. & xxj. diſtinct. inferior. ext.
de in integ. reſti. tum ex literis. extra de elect. innotuit. ibi, par in
5 parem. &c ¶†Nec legatus reſtituit cõtra ſententiam delegati, ni
ſi habeat ſpeciale mandatum extra de offic. deleg. ſtuduiſti. ¶ Itẽ
q̃ tulit ſententiã, poteſt de in integrũ reſtitutione ꝑ ſuam ſnĩam
cognoſcere, vt ff. de min in cauſæ §. fi. & l. præfecti. Secus ſi eo, à
cuius ſententia appellatur, qui non poteſt de eiꝰ ationẽ
cognoſcere, ut C. de appellation. eos. prope reſtitutionem tra, de
appellat. vt debitus. & de mat. contra interdict ſiæ con
6 tracto. capitul. i. ¶†Sed qua[illegible] reſpon. grun reſpon.
teſtes pro m
ſm hæc mater

qui appellat, dicit iudicem inique pronunciaſſe: ideoque iti-
dex propter verecundiam non de facili ſuam ſententiam re-
uocaret, argument. extra de cler. coniuga. diuerſis. extra de
accuſat. qualiter. j. At qui petit reſtitui, non dicit iudicem bene
vel male pronunciaſſe, ſed dicit ſe ſui facilitate, vel aduerſarii ca
lliditate deceptum: & ideo ſupplicat iudici, vt ei p reſtitutionem
7 ſubueniat. ¶†Itẽ iudex eccleſiaſticus reſtituit aliquem ad famam,
vt videtur a. g. extra de ſimo. c. ex diligẽti. xvj. q. 6. auctoritate. &
extra de re iud. cum te. ſecundum Ioan. & Vin. Tu dic, q̃ in præ-
dec. non reſtituit, ſed dicit ibi, illum ipſo iure nõ teneri, cum rel
la, vel modica fuerit iniuria, ut & ibi no. in gl. qa non, & c ſed Papa
hoc poteſt, vt ſ. de ſent. § vt autem. ver. itẽ not. & vide ſ. de lega
to, §. poſtremõ. ver. hoc etiam not. Vtrum Papa, vel princeps, vel
ſenatus, vel epiſcopus, vel collegiũ Cardinalium, vel Reges poſ-
ſint reſtituere in integrum ad famam & ad honores, & ad quos,
& quando, nor in præ. c. cum te & ſ. de legato, §. ſunt quoque. §.
fi. Vtrum autem Poteſtas, vel prælatus dabeant reſtitutionem cõ
tra ciuitatem, vel eccleſiam, vt dixi ſ § j. verſ ſed nũquid ꝑlatus.

ADDITIONES.

a Adminiſtrationem. ¶ Cui iuriſdictio adhæreat, vt dicit l. j. alleg.
b Senſu. ¶ Et ſcripſi eo. tit. §. j. in prin.
c Accedens. ¶ Solue, ut no. xxiii. q. 2. latiorem. in vlt. gl.

SVMMARIVM.

1 *Res, ſuper qua poſtulatur, alienari non debet: nec aliquid in præiudicium poſtulantis fieri, donec reſtitutio fuerit expenſa.*
2 *Reſtitutio in integrum, an per litis conteſtationem perpetuetur.*
3 *Teſtibus per minores, vel eccleſiam in eorum cauſam indictis, nil pro eis decentibus, nel cauſam dicti ſui requiſitis non reddentibus, quid ſit agendũ.*
4 *Læſio, à qua petitur reſtitutio, qualiter ſit probanda.*
5 *Minor, vel quaſi minor, ex lubrico ætatis, vel dolo aduerſarij deceptus, qualiter ſit reſtituendus.*
6 *Minor fundum paternum vẽdens, & ſuper hoc fideiuſſores dans, an ſic conueniatur, debeat reſtitui.*
7 *Duobus minoribus cum aliquo contrahentibus, ſi ambo lædantur, vnus autem tantum petit reſtitui, an proſit alteri.*
8 *Priuilegia ſingulorum communem legem non faciunt.*

¶ Effectus reſtitutionis in integrum quis ſit.

6.§. Vltimo Vidẽdum reſtat de effectu reſtitutionis in
integrum Et quidem is eſt, vt ea poſtulata
& obtenta, omnia ſint in eo ſtatu, in quo erant prius quam poſtu
1 laretur, ſeu cum poſtulari cœpit. ¶†Nec enim res, ſuper qua po
ſtulatur, alienari debet, nec ſententia executioni mandari, nec ali
quid fieri in præiudicium poſtulantis, donec reſtitutio fuerit ex-
pedita, C. in integ. reſti. poſtu. ne quid noui fiat, l. j. Sed videtur, q̃
ea pendente fiat execution ſententiæ, vt extra eo. ca. ſuſcitata. Dic,
quod ibi non pendebat: imo etiam data erat: ſed quia ibi contra
petentem eam valde præſumit: idcirco ſententia executioni mã-
datur præſtita cautione, vt ibi dicitur. Vel dic, quod illud fuit ꝑ
a uiſio Papę: vel dic, vt ibi a. Reſtitutione autem cõceſſa contra ſen
tentiam, vel cauſæ proceſſum, auditur reſtitutus ex integro, ſicut
ante ſententiam: vel admittitur ad id, ad quod petit ſe reſtitui, ex
tra. eo. auditis. & c. ex literis. Si vero reſtitutio ꝓceſſa eſt ſuper ali-
quo contractu, vnuſquiſq; recepit, quod dedit: & quod ſuũ eſt,
vel ex ſuo peruenit, vt C. de reputationib. l. vnica, ff. de mino mi-
nor. §. reſtitutio. ext. eo. c. i quoniam nemo debet cum aliena ia-
ctura locupletari, vt ff. de tranſact. cum hi §. ſane. ff. de cond. ind.
nam hoc natura. extra, de pœnis, ſuam. liiii diſtin. generalis. in fi.
2 ¶†Sed nunquid in integrum reſtitutio perpetuatur per litis con
teſtationem? Dic quod non: imo quadriennio claudi tur ff. de mi
nor. Papinianus. in fin. & ſ. §. j. forte cum mouetur in conſiſtorio
principis, ſecundum do. meum. vel ſi nõ perpetuatur, ſaltem in-
terrumpitur, extr. eod. tum ex literis. & c. ſuſcitata. Non enim de-
bet iure proprio ſine ſui culpa priuari pars, per quã non ſtat, ſed
forte per iudicem, vel aduerſarium, quo minus cã fuerit expedi-
ta, lvj diſt ſatis peruerſum. ext de conſti. cognoſcẽtes. de hoc ex-
tra de off. iud. c. 2. Quod de reſciſſoria dicunt quidam, nõ perpe-
tuari per litis conteſtationem: ſed Io. contra, cum nulla lege ſit ꝓ
b hibitum, & de hac b inde ſ. in tractatu libellor. eod. tit. ¶†Quid ſi

ADDITIONES.

a Ibi. ¶ In gl. pen. & quod ſuper ea dixi.
b Hac. ¶ No. quia dicit De hac, non dicit de hoc. ego autem de hoc ibi dica
cam ſuper rubrica.

in causa minoris,vel ecclesiæ, testes per eos inducti nihil pro eis dicunt,vel causam dicti sui requisiti non reddūt? Resp.tunc petant se restitui in integrū ad inducēdos nouos testes,ff.de minor. ait prætor.§.nō solum.& l.minor.Sed dicet pars aduersa:Non debes restitui,nisi prius probes læsionem,& personam.& locum aptum ad hoc,ff.co.verum.§.item no.& ff.de iureiu.nam & postea.
a §.si minor.ff.de in integr.rest.minor [a].omnis.¶†Quomodo autē probabitur læsio? Et quidem videtur necessarium,quod hoc modo,s vt isti testes noui producantur,& dicant in dicto suo,quod si ante aperturam testium ,producti fuissent,hoc idem dixissent: & tunc iudex auditis eorum dictis cognosceret, an fuerit expediens minori,vel ecclesiæ eos ,produxisse:& tunc si viderit faciendum,restituet ad producendum,eos. Sed dices: Nonne semel testificati sunt in hac causa? quomodo ergo amplius in ea testificabuntur contra illud 4.q.3 §.item in criminali.in prin.& ff.de testi.produci. Resp.testificati sunt in causa restitutionis,siue incidenti quæstione:nunc testificabuntur in principali.Sed dicet pars altera,ꝙ eadem videtur quæstio, vt ff.de procur.qui proprio. Præterea si nunc dicant aliud, & aliter,quam primo dixerint, sequit magnū inconueniēs:& ideo dixit Vbert.de Bo.quod detur electio parti, contra quam producuntur, vel quod approbet dicta istorū, vel quod iterum iuret,C.de testi.l.fi.& extr.eo.tit.præsentata.vel, vt vtentur prædictæ oppositiones,dici potest,quod eo ipso,quod producunt nouas personas,quas ab initio non induxerunt, satis videtur læsi:& sic recipientur sine alia probatione,vel productione,vt ff.de minor.l.& si si.e.§.item.& s §.i. versic. illud quoque. Sed nō uidetur hæc restitutio danda minori ,vel ecclesiæ,cum iā didicerint testificata priorum. Vnde etiā per rescriptum Principis nō possunt amplius testes producere: ergo multo minus per edictum,in auth.de testi § quoniam.Sed respon.per instantiam:
b quæ responsio in causa debet admitti [b],ut ff. de acq.possl.i.§.si
c filius [c].nam minor,vel ecclesia uenit per edictum cōtra contractū,contra sententiam,contra venditionē, contra transactione, & similia,vt C.si aduersus transact.& si aduersus venditio.& similib.& tamen per rescriptum Principis non potest venire contra,C.de præci.Imper.offer.quoties C de transl.causas C.sent. rescin.non posse.l.fi.Sed dicet is,contra quem producuntur,hęc instantia nō est vera:quia & per rescriptum venit quis cōtra prædicta,vt no.in præ l.quoties.& C.de rescin.ven.ratas. Ad qđ respondeat volens producere:Bene fateor,quōd venit contra præmissa per rescriptū Principis, si dicatur in eo, non obstante tali lege,ff.ne quid in loco pu fiat,l.ii.§.si quis à principe ff.de leg 3. si quis in principio in auth.de testa.imperfect.& extrà de offi.de
d leg.ex parte.& no.s.de instrumen.edi.§.nunc autē.ver.& scias [d]. Et concedo,quod si dominus Imperator dicit,non obstante constitutione, de testibus.producat testes is,qui didicit testificata,valebit rescriptum, vt in prædict.l.& ff.de consti.prin.l.i.¶ Item ad huc instabit aduersarius:Non debes restitui ad producendos te
5 stes.† minor enim ,vel quasi minor, debet restitui, si ex lubrico ꝛatis,vel dolo aduersarii sit deceptus,vt C de minor.l.4.& C. & ff.de dolo,per totum.At dolo meo factum non fuit,quo minus produceres,nec etiam lubrico ætatis:quia pro parte tua præmissa fuit diligens inquisitio pro quærendis omnibus,testibus,quos erat verisimile veritatem scire.Si igitur factum fuit, quod a diligentissimo patrefamilias factum fuisset, licet nunc aliqui dicant se scire veritatem , non ideo debes restitui ad producendum eos quia non fuisti læsus in eis,C.de in integrum restitutione minor. l.fi.ff. de min. verum.§ item si locupleti.Sit igitur iudex cautus & iustus,nec nimis in dando promptus,nec in negando durus iuxta illud Catonis:

Constans & lenis,cùm res expostulat,esto:

xlv.distinctio vera.& c.omnis.& c.disciplina. extra de pur. can. inter solicitudines.ver.attendentes. nam & si uix uideatur danda restitutio,tamen datur,ff.eodem,intra vtile.§. vno. Sed si litigator non sit minor,vel quasi minor,nec probat per testes, tūc advocatus miser à limine iudiciorum excludetur, & condemnabitur in expensis,extra de raptor.c fina.de pœnis,c.calumniam.de
e elec.c statuimus. §. adiiciamus.& de excep.pia. §. si quis [e]. C. de
6 iud.l.properandum. ¶††Hoc quoque sciendum est, ꝙ si minor, qui fundum paternum vendidit, & super hoc fideiussores dedit, cōueniatur,potest restitui ad rem, vel etiam contra emptorem, si conueniatur de dupla, adeo vt postea ad eum periculum euictionis non spectet:veruntamen hoc fideiussoribus nō prodest, ut ff.de fideiussorib..l.i.Sed contra:nam per restitutionem tollitur principalis obligatio:ergo & fideiussoria per consequens, ff. de regul.iur. l.cum principalis.ext.de censi.cap.grauis.Respond. dico, quod ciuilis tantum per restitutionem elidetur, sicut per rem iudicatam, vt ff. de condit.indebit. Iulianus. & l. creditores. ergo naturalis remanet, cui potest accedere fideiussor, vt ff. re fideiuss. fideiussor. ¶††Quid si duo minores contrahunt cum aliquo,& ambo læsi sunt,vnus vero tantum petit restitui in integrum,nunquid proderit alteri? Videtur quod sic,sicut in appellatione,vt 2.q.6 §.iunt etiam,quorum.ver.quādoq; vnam,& no. ext.de ap.c.penul. quia id facit restitutio minorib. quod appellatio maioribus,ff de minor.præses.secundum. Alb.Pap. Ar.tamen contra,ff.e.ti.l.3.§ sed & utrum.ibi, non fuit propositum prætoris denegare restitutionem minori,sed maiori. Item quia hoc beneficium est personale,& singulare,ext de priuil. sanè.& de insti.
8 cum ueniissent. †priuilegia enim singulorum communem legem non faciunt,xxvi.q.2 c. non exemplo. Item in contrarium est illud generale,res inter alios acta,&c.ext.de præben. dilecto. in fi. & ea quæ ibi no.expresse C. si in com.eademque causa in integ.
f restit.postul.l.unica,in fi.[f]

ADDITIONES.

a Minor. ¶ An autem tunc aduersarius testes producere possit, vide supra de dilat. §. videndum. ver. in summa.& ibi vide hoc omissum, quomodo restituto minore,vel ecclesia, aduersarius etiam maior intelligitur restitutus.

b Admitti. ¶ j.q j.sicut vrgeri.vbi de hoc.

c Filius. ¶ Non est ibi iste §.bene est Ofidius.qui non facit, nec est. probatur tamen ibi per eum,& §.per procuratorem.ver.alioquin.

d Scias. ¶ Circa quod vide plenam remissionem,quam ibi dedi.

e Quis. ¶ Lib 6.

f In fi. ¶ Gl.ibi tenet hoc secundum in indiuiduo : primam partem in diuiduo.sed Cy.post Pe.ibi contra, quod etiam in indiuiduo non prosit fratri: loquitur tamen in maiore.ibi vide.

¶ Baldus de Restitutione in integrum.

VBI restitutio datur ad appellandum,non cassantur acta prius habita:secus,si detur contra sententiam.Secundū Vin.loquitur in restitutione petita & obtenta:& primo casu restitutionis processio hēt vim interlocutoriæ,secūdo diffinitiuæ.Bal.§.j.ver.item sup.& seq.G. ¶ Ex noua causa restitutio denegata iterum impetratur.Et quæ dicatur noua causa.versi.sed quā vocas.G. ¶ Nec ecclesia,nec minor,restituitur ad opponenda crimina,vel defectus, ver.sed pone,ecclesia.G. ¶ Per instrumentum matrimonij probatur ætas prolis:sed non per instrumentum dotis.si dos est ,pmissa, pro matrimonio ꝯcto.Si autem pro ꝯhēdo,probatur ætas præsumptiue,ver.sed cuiusmodi. G.Sed vnde sumitur ista ꝓsumptio? Respon.per locū à cōmuniter accidentibus,vt no.in simili C.de prob.l.neq;.quod est notabile.Sic & p instrumētū dotis ,pbatur matrimoniū.in auth.vt fratrū filii,in prin.s.per locū à communiter accidentibus : quia non cōsueuit fieri instrumētū dotis, nisi inter veros,& nō simulatos cōiuges.Bal. ¶ Qui iurauit se maiorem in cōtractu, reputatur maior etiam in iudicio,quod inde sequitur.vnde debet p se,tanquā maior,litigare,nō cū curatore:qđ ē notabile.Gul. ¶ Castrū & villa habēt priuilegia ciuitatū,vt no.Azo in summa de magist.munic.non tñ habet locum in castris,l.vlt.C.de sacrosan.eccl sed bene habet locū in eis beneficium restitutionis,& facit ff.de via publ.l ædiles.non tñ poterit hoc petere coram suo Potestate:quia Potestas in hoc reputatur pars esse,non iudex competens,ver.idem quoque.& ver.sed nunquid.Guil. ¶ Legitimi & publici administratores possunt petere restitutionem in integrū sine speciali mandato : secus in procuratore,nisi incidenter emergat,ver.prælatus aūt. & seq.Gul.¶ Quę præscriptiones currant minori & ecclesiæ,& quæ non currant,ver.hoc autem no.& uersi.sequenti. G. ¶ Præscriptio statuaria currit cuilibet minori,extr.eodem,constitutus.quia statutū & cōsuetudo ligat minores. ¶ Item generalis consuetudo facit etiam ecclesijs præiudicium ipso iure,ibidem,& ver.vt autem.G. ¶ Papa Clemens ,pnunciauit pro mercatoribus contra Treuerēsem,ꝙ post biennium non posset eis opponi exceptio non numeratæ pecuniæ:secus in minore,ver.hoc autem.G.C.de curato.furio.l.ii.in gl.& sic ecclesia non gaudet iure minoris, per l.final.C.in quib.caus.in integr.restitu.non est nec.Et est ratio,quia ecclesia semper est ecclesia : sed minor non semper erit minor : sic ff. de tutor. & ratio. distrahen.l.nisi.§.final.Bald. nunquid absens occasione Potestariæ, quam acceptauit,dicatur ex publica causa abesse? versicul. quid si is, qui. Gul. ¶ Restitutio alia nititur iustitiæ,& est necessariæ iurisdictionis : alia misericordiæ, vt restitutio famæ, ff. de postul.j.§.de qua. uersicul.in summa not. B. & infra. §. uidendum.ante fin. Guliel. Si petitur restitutio ad obtinendam dilationem, uel tempus ad probandum, nel excipiendum,læsio probatur ex solo lapsu temporis , si exceptio, uel positio, quæ probari intenditur, fit iusta,uersi.illud quoque.Si aūt post didicita testificata petitur restitutio ad testes producendos,summatim debet probare pro habenda restitutio ne de læsione, & de interesse petentis restitui,infra.§.ultimò.versicul. quid si in causa contra sententiam,uel contra contractum petatur restitutio,plene probanda est læsio : ibidem quæ uerba not. G. ¶ Quid si minor post sententiam petit restitutionem ad opponendum peremptoriam exceptionem ? dico, quod non impedit executionem sententiæ , quia non petitur contra sententiam : nam sententia ualet , & meretur executionem, licet exceptio speretur opponi , ut C. de iur. & fact. ignor. l. prima & ideo ꝙneę, restitutio desiderat altiorem indaginem , non impedit executionem, & declinatur and.l.nam & postea. in princip. & ita loquitur capitu. suscitat ecclesia restitu sed ubi petitur restitutio contra sententiam,puta quia lata fuit [illegible] qui tenet, vt tunc cessat interim executio , ff. de iudi. l. si prætor. §. Marcellus, essat in aliis: [illegible] l.j. C.de transa.l.si causa. ff. de inoffi. test.l. Pa[illegible] T. ¶ Vbi s.vel [illegible] sec.tut.l.diximus.nisi petatur per malitiam:

[illegible] ndum Mar.de[illegible]

litia:sed hoc arbitrio iudicis relinquitur.C.de ordi.cognit.l.fi.facit ad prædicta C.de fal.l.satis apertè.C.si ex fal.instr.l.fi.& vide ibi per Bar. & vide j. §.finali,in prin.G. ¶ Ecclesia non restituitur contra confessionem, nisi probato errore:tunc restituntur etiam post sententiam, ver.sed nunquid ecclesia.G.Imò idem,si ex certa scientia.ff.de minorib.l.si ex causa §.nunc videndum Sufficit ergo probare rem aliter se habere.ff.de interrog.act.l.de ætate.§.fi & ita intelligitur l.si filius.eo. tit ¶ Item no.q error negantis probatur sola confessione, in d.§.nunc videndum.Sed error confitentis non probatur sola negatione,sed probatione contrarii.C.de iur,& fac.ign.l.nisi post diui.B. ¶ In causa restitutionis in integrum proceditur lite non contestata, si reus absit,vel præsens non vult litem cõtestari.C.de temp.ap.l.fi.§.illud. quia aliter potest consuli petitori: cum restitutio in integrum non perpetuetur,nisi per sententiam diffinitiuam. ¶ Item concedere restitutionem,est potius decretum,quã sententia.ergo.&c.de bo.pos.l.3.§.pen.ver.quid ergo,si ss.& ar.ff.de mino.præses.no.G. ¶ Petitio restitutionis debet ptinere qualitatẽ & causam læsionis:secus in appellatione.j. in § qualiter.ver.1.& seq. G.Hoc tenet gl.ff.de min.l.verum.§.sciendum.& probatur e.ti.l.minor aũt magistratus.Bal. ¶ Minor & ecclesia possunt renunciare beneficio restitutionis obtento.ff.de minor.l.si iudex.nõ obtinendo.ff.noua.l.doli mali.in §.qualiter.ver.sed nunquid.G.ff.de ver.obl.l.sciendum.in gl.ord. ¶ Ecclesia censetur iure minoris quo ad acquirendum beneficium restitutionis, non quo ad restituendum,ne quadriennium currat:sed statim cum natum est,currit ecclesiæ,vel maiori.in §.in qd.G. ¶ Imputet sibi,qui se arctat ad vnum diem, in quo probare non potest.ver.si G.C.de temp.ap.l.3.& l.fi.§.1.Bal. ¶ Singulare ius restitutionis nõ porrigitur ad socium eiusdem litis.C. si vnus ex plu.per l.fi.in §.fi ver.fi.G. ¶ Item singulare ius restitutionis non porrigitur ad accessoria specificè causa non deducta.ff.de cond,indeb.l.fi.§.fi.in gl.ord. Non obstat §.item sciendum.quia extensio non habet locum in iudicio rest. in integrum, qd̃ valde strictũ iuris est.Bal. ¶ Mater ratione minoris ætatis excusatur,si filio tutorem non petiit.Et sufficit fuisse minorem à principio, quo indiguit minor filius tutore.in §.1.ver.sed quid ipsa.G.Nam principiũ temporis spectamus.ff.de insa.I. quid ergo. & de excus.tut.l.2.§.ætas. & ita no.C.in quib.cau.in integ.resti.non est necesl.1.in gl.ord.nam ista immunitas perpetua esse debet.Sed cõtra.ff.de leg.2.l.Titia.§ vsuras.nam vbi ætas est immediata causa beneficii,cessante ætate cessat beneficium. Sed illud loquitur in beneficio successiuo hic in instante liberatione.Item illud non est priuilegium,quia est secundum ius naturale,q̃ est ius commune:innititur enim ætatis imbecillati.C. de leg.tut l.fi. Bal. ¶ Restitutio in integrum põt implorari incidenter super emergenti.vel incidenti,non super principali.s. ad fundandam originem petitionis.Nam præposterum esset prius agere re scilloria,quam officio iud cis ff.de excep.l.exceptiones quę personæ.§.fi.sed ad fundandam exceptionem.vel replicationẽ potest incidenter peti restitutio.Tamen ordo verborũ est vt primo petatur restitutio,& exinde excipiatur,vel replicetur.l.nam & postea.§ si minor.ff.de iurei.& Inst. de act.§.rursus.per Dy. ¶ Minor, qui commisit dolum inficiando verum, restituitur.ff. de minor.l.si ex causa.§.2. Quomodo est hoc?Resp.mendacium est delictum verbi:secus in delicto facti.Item mendacium negantis põt purgari per confessionem,vt no. Inst.de actio.§.item missa est actio de eo. ideo sp eciale est. ¶ Aetas probatur testibus,scripturis,& pecturis.ff. de excu.tut.l.2 §.ætas. C.si minor se maio dix.l.si alterius.C.de his,qui ven.ętat.imp.l.omnes ff.de prob.l.cum de ætate.Et est speciale in ætate probanda, q̃ iudex põt imponere probationẽ.cui vult,s.ex aspectu,vt no.ff.de minor.l.de ętate. Est & aliud speciale:quia sententia lata super ætate ex aspectu, nunquam transit in rem iudicatam:quia oculus officialis sæpe fallitur:& quia est interlocutoria lata ex præsumptione iudicis tantum:sed transfert onus probandi.ff.de minor. l.minor 25.annis.ex aspectu.Quod intelligo si fit lata citata parte:alias non transfert onus probandi.arg. notatorum C.quo.bon.l.1.ff. de bo.pos.l.3.§. pen.& facit,quod no.ff.de interrog.act.l.de ętate.in prin.& C.de iur.calum. l.2.§.quod observari.& ff.de mino.l.etiam.§.fi.Bal.

ADDITIONES NOVAE.

* Nota q restitutio est restringenda, quia est iuri communi contraria.not.in l.fi.ff.de condict.indeb.Inn.in c.ex transmissa. de præsc.

Ciuitas non restituitur in integrum.Inno.in c.cum venissent.de in integ. restitutio.

Nota q restituitur minor si potuit cum aduersario transigere & non transegit:restituitur enim ad ipsam transactionem faciendam.notat glo.in l.fi ex causa.§.nunc videndum.ff.de minor.

Nota q beneficium restitutionis potest cedi per minorem. not.in l. qd̃ si minor.in prin.de minor.& l si ex pluribus.de admi.tut.

Nota q in causa quæ reiteratur remedio restitutionis in integrum non producitur in prima causa producere possum, & non probatum probare, ad hoc allegatur l.in fraudem.§.neque instrumenta. de iure fisci.

* An beneficium restitutionis possit opponi per viam exceptionis. Glo. in l. nam & postea §.si minor.de iurei.dicit q non.idem no.in l. necnon §.exemplo.ff.ex qui.cau.matri,& in l.pen.ff.de auct.tut.

An minor possit petere restitutionem in integrum de contractibus celebratis in tempore quadriennii q datur ad petendum restitutionem in integrum.casus q sic,alias non.in l.fi.§.sin autem.C.de repu.hær.

An res minoris obligetur in casibus,in quibus inducitur tacita hypotheca.Bal in l.conditionibus.de condi.& dem.& l.si constante.in prin.fol.mat. & l.item quia.de pact.gl.in l.fi.C. de leg.tu.& l.certi C.loca.per Cy.

Statuto cauetur q pro datiis & gabellis sint bona cuiuslibet obligata:an bona minoris erunt obligata.Bal.vbi s.& Bar.in d.l. conditionibus.

Si adultus fecit testm.an possit petere beneficiũ restitutionis in integrũ, si dicatur ipsum inconsulte testatum.Bar.in l.1.§.fuit quæstum.ff.ad Treb.

Nota quod ista impediunt restitutionem,renunciatio,extra.de rest.spo. accepta.res iudicata,eodem titu.cap.ad hæc.2.q.7.§. diffinitiua.alias 3.q.1. dilapidatio.3.quæstio.3.quia contumacia.4.quæstio.9. decernimus.vitatio

scandali,3.qu.6.hæc quæ.Criminis enormitas,2.qu.5.sicut excommunicat.o.2.q.3.placuit,Præcedens compositio,ff.si quis caut.l.2.§.j. & c.audita. de resti.spol.& alia ratio per Bal.in c.i.ext.de in integ.æst.

Nota q iudicium restitutionis in integrum restringitur ad petita: vnde ext.petita etiam accessoria non veniunt. Item q exceptio compensationis non potest opponi in integrum postulanda.Bal.ad hoc allegat l.Stichus.§. fi.de cond,indeb.

An iudex qui cognoscit de restitutione,si videat sententiam non valere, possit pronunciare ipsam non valere,sicut iudex appellationis, not.in c.cũ R.& c.cum contingat.& c.coram.de of.del.

An restitutio in integrum & nullitas possunt eodem libello intentari conditionaliter.Inn.in c.constitutus.de in inte.resti.

Quid differunt restitui contra sententiam & restitui ad appellandum, Inn.in c.fi.de in integ.rest.

In l.i.C.de repu.quæ fiunt in iud.Bald.quærit,quid si minor allegat dolũ in venditione.& dum petit restitutionem ad rem, dicit aduersarius, redde mihi præcium dicit minor,nolo ratione doli tui,quia non teneor,an possit allegari hoc,Bal.ibi non decidit,sed dicit,cogita.

In l.si duo patroni.§.idem Iulianus.de iureiu.& l.sciendum.de ver.obli. Bal.tenet contra Dyn.in q. de minore,qui iurauit se non venturum contra contractum.nam dicit Dy. q̃ potest petere restitutionem in integrum, nisi de causa fuerit certioratus.Bar. q̃ sufficit minorem certioratum super facto vel super contractu.tunc enim tollitur omne ius quod posset sibi competere ad veniendum contra factum ipsum.fa.aut.sacramenta.C.si aduer.vẽ. quæ dicit super contractibus rerum suarum non renunciandis &c,non autem super restitutione non petenda.sufficit ergo q iuret non venire contra & sic super facto.

An restitutio in integrum possit peti coram arbitro.not.in l.fi. C.vbi & apud quem.Item an coram arbitratore,& Bar.ibid.quod sic.

In l.verum.§.sciendum.de min.gl.quæ incipit oportet, nota istam gloss. quia aduocati debent eam scire,vt sciant capitulare,quia cum de ipsis non inueniretur copulatiuè probatum,obtinuit in ea.Bal.vbi s.

An restitutio in integrum peti possit pendente appellatione,Bal.in l.ab eo.C.quomo & quan.in gl.in l.in rem C.si aduer.rem iudi.fac. l. si minoris, de admi.tut.Bal.in l.si præses.de ap.& in l.si causa cogni.de transac.& in l.i. C.in inte.rest.post.Barto.in l.defen.de aucto. tutor.l.eos. C. de except.rei iud.& authen.qua suplicatio.de pre.imp.of.& l.i.ne lice. in vna cau.tertio pronoc.

In l.nam & postea.§.si minor.de iureiu.ex hoc tex.dicit Bar. q̃ minor q nõ appellauit nõ dicit læsus eo ipso q nõ appellauit, nisi doceat se aliquid habere p̃p quod in causa appellationis debeat vincere.nec obst.l. si minor §.i.de mi.qa ibi ante sententiã latam minor renunciauit appellationi.vnde eo ipso q renũciat.decipit.quia possibile est latam iniustam sequi. & sic cõstat ipsum statim decipi,nisi appareat ipsum fouere iniustam cãm, vt hic. Item per hoc habes q si minor nõ probauit j. terminũ,nõ statim tanquam læsus dẽt restitui ad termiuũ nisi ostendat se habere probationes vt hic. & eodem modo si petat se restitui ad allegationẽ omissam,non restituitur,nisi doceat illam allegationẽ habere.ita intelligitur l.minor 20.annis omissam. de mino.ita intelligitur Inno.in cap.auditis.& c. felicis.de in integ.restitu. fiet tamen in hoc iudicio quo quæritur an minor sic læsus facilior probatio, an haberet vel non:sufficit enim quod ostendatur iudici præsumptiuè, qd̃ minor potuisset probare,argumen.l.in l Aquil.si deletum.ad l. Aquil.& istæ probationes quæ fiunt hic, non fecerent plenam fidem in causa principali, vt c.veniens ext.de rest.Bar.

In aut.si captiui.de episc & cleri.Iacob.de Bel.quærit, pone, q̃ tempore quo carceratus fuit pater alicuius,filius erat minor 18 annis: tamen pater diu fuit in carcere.ita quod filius est effectus maior.& pater in carcere decessit:quæritur quid iuris,an inspicitur initium,an processus ipsius temporis,an finis totius temporis.Bal ibi hoc examinat,& vr.C.in quib.ca.in integ.resti.non est nec.& l.1.C.si aduer.delic.

An minor qui restituitur ad legata repudiata dicatur etiam restitui ad ius accrescendi.Bal.in l.mulieri.ff.de cond,& dem.

An minor possit restitui contra sententiam interlocutoriam,Inn.in c coram felicis.de rest.in integ.Bar.in l.fi finita.§.fi forte.de dam.infec.Bal.in l. fi.de rest.in integ.

Nota q legis doctor non potest prætendere errorem iuris,no.in l.j.per Cy. qui & a quibus.

Quid si statutum dicat q̃ contra instrumentũ non possit opponi aliqua exceptio,an poterit opponi restitutionis auxilium?& dicitur q̃ non.ad hoc allegatur quędã gl.in l.in causę.§.i.in prin.de min.quæ gl. dicit q̃ p restitutionem paratur exceptio,non obligationis extinctio:& sic cum per restitutionem ueniatur ad exceptionem,obstabit statutũ:& sic dicit ibi Bal.q̃ no. fa.ad statutũ Mediolani,qd̃ vult q̃ a sententia interlocutoria non possit appellari,nec quærelari,nec supplicari,nec de aliquo grauamine agi,nec ex ci pi,nec conqueri,ut nec possit,in integrum restitutio peti.& ita determinatum fuit per do.Macharium de Bernadigio anno M.cccxxviij.mense octo. in quæstione hospitalium sancti Petri.extra portam Romanam, & Iacobi in porta Verceliana,ex vna parte,& Dionisium de Binuo ex altera.

Nota q̃ dolus aduocati probatus,est sufficiens causa ad faciendum concedi restitutionem,absque eo quod dolus aduersarii allegetur not.in l. minor.§.de min.ibi,vel adiu.

In l.quamuis de iuris & fa.ign.obreptio solius libelli vel petitionis non inducit restitutionem,l cum putarem.famil.ercisc.nisi forsan in criminali per l.si quis obrepsit.de fal.tamen glo.intelligit illud in obreptione probationis, quo casu conceditur restitutio ministerio iudicis, l.seruo inuito.§. cum prætor.de mino.

Quid de anno qui datur censitori b. ad conquerendum de æstimo malè facto per æstimatores, an currat minori, vel absenti causa reipub. dic quod ipso iure non currit,l.qui grauatos.de censito.libr. x. Idem dicitur in tempore dato ad soluendum canonem fisco pro fundo patrimoniali.l.1. de fund. patri. libr. xi. licet fit secus in vectigali præstando, l.imperatores. de publica,

Quid

Quid de prescriptione inducta à statuto, an currat minori, dic q̃ sic, vt c. constitutus de restit. in integr. Bartol. de hoc in l. etiam. de minor. & dicut ibi per ipsum q̃ quæstio stat in hoc, vtrũ statuta quæ dicũt præscriptionem currere, simpliciter restringantur nisi cõtra minores, & recipiant interpretationem restrictiuam, vt aliquis non lucretur; sed si minor pateretur damnum tunc secus, Bart. & Bald. in l. omnes populi. de iusti. & iur. An Papa possit restituere laicum non subditum, Innocen. ponit in cap. cum te de re iu dica.

An si minor committat contra statutum propter hoc incidat in pœnam, an poterit petere restitutionem in integrum. no. in l. si ex causa. de minor. & Albri. in materia statutorum. in prima. parte q. 32.

Quando testes sunt recepti qui recipi non debuerant: datur absenti restitutio. Inn. in c. ex parte ade. de testi.

In l. cum hi. §. si cum lis. fac. q̃ si statutum dicit q̃ minores non possint aduersus sententiam restitui qui assumuntur ex forma statuti quod est verum, nisi lis fingatur, vt hic ad quod fa. quod not. Innoc. in c. grauis. de depo. Bart.

In l. quamuis. de iur. & fac. igno. vtrum ista habeant locum in replicatione, videlicet q̃ miles possit replicare post sententiam absolutoriam aduersarii, sicut potest post sibi condemnatoriam sui. Glo. dicit q̃ non, & ideo exponit ageres id est defenderes. & in alia glos. similiter dicitur, q̃ iste miles erat reus non actor: alij cõtra: vnde si miles intẽtauit congruã actionẽ, & aduersarius opponit exceptionem pacti de non petẽdo, & eẽt absolutus: & miles de nouo agit, & opponitur sibi de re iudicata, poterit replicare de alio pacto de petendo vt §. pactus ne peteret. quod verum esse credo, quia replicatio habet in se naturalem æquitatem, quia eadem est ratio quæ in exceptione, scilicet naturalis æquitas, & militiæ priuilegium, & error iuris probat. & hoc tenet Bart. Quid ergo si miles omisisset opponere ex certa scientia iuris vel facti? certe tunc sibi non subueniretur per hanc legem: quia sicut restitutio debet fundari rationabili causa ita & restitutio huius legis. & hoc est notabile propter hoc. nam si propter militem excipientem vel replicantem probetur scientia iuris, vt quia consuluit peritiores, vel ipse habebat peritiam iuris, quia ipse audiuerat iura in scholis, tunc non esset audiendus fac. quod no. de mune. patr. l. professus. lib. x. Bal.

In l. fi. de in integ. rest. dicit Bal. aut erat causa mota & vtrique imputaẽ, nec est differentia hoc casu: aut non erat mota, nec moueri sperabatur, & idem: quia tunc neutri imputatur cur procuratorem non dimisit: aut sperabatur moueri de proximo, & loquitur glos. l. sed & si per prætorem. ex quib. cau. mai. quia imputatur absenti ex necessaria causa, non autem absenti ex probabili.

An castrum & villa restituere possint, sicut ciuitas, ipsa gl. in l. respub. ex quib. caus. maior. tenet q̃ non. Iaco. de Are. tenet contrarium Bal. in ipsa l. respublica. dicit q̃ est opinio communis & eam tenet Dy sed Frã. Acc. tenet gl. & eam defendit. quia restitutio est priuilegium contra ius commune, & sic non debet trahi ad consequentiam Innnocenc. in capitul. fin. de in integ. restitu

An excommunicatus possit petere restitutionem contra sententiam à qua non appellauit. Host. & Ioan. And. in nouella. in capitu. significauit. de except. & quid si excommunicatus conqueritur de sententia censuræ, ibi per eundem.

In l. si minoris. de adm. tuto. ista l. facit ad quæstionem de facto pone lata fuit sententia contra pupillum: tutor appellauit: lite contestata super causa appellationis, vult petere tutor ex persona minoris restitutionem in integrum: dicens sibi potius expedire restitui quam causam appellationis prosequi, vt pote cum plus consequatur per restitutionem in integrum, quã per appellationem. vt l. fi. de rest. in inte. hanc quæstionem ponit Bal. in l. in rem pupil. C. si aduer. rem iud.

In l. 2. C. si aduer. rem iudi. dicit Bal. aut minor petit restitui aduersus factum alienum, vt puta tutoris, curatoris, iudicis, vel alterius, & non est necesse quod asserat de sui facilitate, vel de dolo aduersarii: sed vbi petit aduersus factum suum, tunc bene est necesse. fac. l. in rem pupilli. eo. tit. si aduersus rem iud. Bal. in l. in minoribus. C. de in inte. rest min.

In l. de ætate. de minor. quidam minor iurauit se maiorem ad sancta dei euangelia: postea dum esset in aliquo contractu deceptus petebat restitutionem in integrum: obijciebatur sibi quod iurauerat se esse maiorem, vnde non poterat restitui: hic est argumen. q̃ non possit, quia in aliis contractibus debet sibi nocere. argu. contra in l. certum. §. penul. de confes. Alberic. Pap.

Quando ex contumacia partis post litem contestatam possint recipi testes in causa restitutionis in integrum, Innoc. & Host. in c. accedens. vt lite non contest.

An restitutio in integrum impediat executionem sententiæ, Bald. in l. eos. C. de execu. rei iud. q̃ sic, & not. ff. de exec. sen. no. in capi. suscitata. de in integ. resti. & l. i. C. in integ. rest. postu. Bal. in l. si causa cognita. C. de transac. no. in l. si prætor. §. Marcellus. de iud. per Bar. in l. defendente. de auctorita. tutor.

An in ista restitutione procedatur summariè, an plenariè, vide c. i. de offi. iud. per do. Io. de Casti. Bal. in l. præses. de app. & authen. quæ supplicatio. de præ. imp. of. & in l. penul. C. si aduer. rem iudica. Ang. in l. iudicati. C. si ex fal. instr.

An petens restitutionem debeat exprimere in libello, an dolo aduersarij, an sui facilitate sit læsus. Bald. in l. minoribus C. de in integr. restitu. minor. dicit q̃ si non opponatur. bene procedit libellus. sed si opponatur, non procedit, tanquam minus generalis. allegat ff. eod. l. minor. & in Specul.

Si sententia feratur contra minorem sub conditione, à quo tempore incipient currere tempora petendi restitutionem, vel à die sententiæ latæ, vel à die euentus conditionis, vel à tempore celebrati contractus? Barto. in l. §. biduum. quan. ap. sit.

Nota q̃ vbi agit de rescindenda venditione, vt quia deceptio facta est vltra dimidium iusti præcij. l. ij. de resc. ven. vel vbi agitur actione ex contractu, quia deceptus in præcio, vt l. Iulianus. §. venditor. de actio. emp. q̃ tunc potest agi vsque ad xxx. annos, non autem vsque ad quadragesimum; tamen ut in alijs restitutionibus. ita not. in l. in contractibus. ex qui. caus. maior.

In l. cum lege Iul. de arbi. nota q̃ partes non possunt dispensare super ætate: secus in principe, l. quidam consul. hant. de re iu. Item minor potest restitui aduersus acceptationẽ officij. Itẽ nota ex hac l. q̃ si statutũ dicit, q̃ charta à maiori xx. annis facta valeat, & teneat, sed non facta à minore: modo quæritur an maior xx. ann. & minor xxv. possit restitui? & videtur q̃ sic, arg. istius l. tamen contrarium est verum, quia licet statutum limitet ætatem, tamen non stat in hoc solo, imo limitat causam & firmat contractũ, ergo nõ datur restitutio: vt in authen. si captiui. de ep. & cle. & hoc tenet Iac. de Bel. non obst. l. ista: quia hæc lex limitat ætatem tamẽ non ultra procedit confirmando. fac. quod not. l. j. C. de his qui ven. æta. impet.

An per statutum possit concedi minoribus administratio rerum suarum Bald. & qd̃ not. idem in l. j. C. si de moment. po. fue. ap. & l. 2. de eò quod certo loco. Bar. in l. denique. de min. dicit q̃ non, nisi sit ciuitas q̃ recognoscit superiorem. Item dicit q̃ iudex in defectum tutoris & curatoris potest interponere authoritatem in vno actu vel pluribus singulariter. vt l. si infanti. C. de iur. deli. & l. bonorum. C. qui admi. ad bo. pos. pos.

In l. in causæ. §. causa cognita. de mino. an in causa restitutionis in integrum possit peruenire ad sententiam lite non contestata, dicit q̃ sic. sufficit. enim q̃ pars sit contumax. C y. & Alb. in auth. si omnes. C. si vt ab hær. se absti. in vltima q. 10. An. in addi. Spec. in ti. de resti. in integ.

Quod si aliquis fuit bannitus per tyrannum, demum per eundem fuit restitutus, an stabitur sacramẽto de perditione rerum suarum, Inno. quod sic in c. super eo. de his quæ vi me. cau. fi.

In l. j. §. cæterum. de postul. nota q̃ ad famam solus princeps & senatus restituit. eodem modo Papa & collegium cardinalium in spiritualibus. & temporalib. seu quo ad spiritualia & temporalia in terris ecclesiæ. Inn. in c. cum te. de reseri. Sed nunquid populus per statutũ possit restituere famã. hic videtur q̃ non: quod est verum in infamia quæ irrogatur secũdum ius commune: secus si irrogaretur per aliquod statutum. nam per aliud statutum posset tolli. Idem in aliis regibus & principibus qui recognoscunt imperatorem in dominum: nam quo ad eos valet restitutio famæ Bartol.

Pone habebam litem communem cum aliquo minore. & inuicem cõtra illum litigamus: post aperturam testium minor iste petiit beneficium restitutionis in integrum ad probandum iterum: quæritur an istud beneficium profit mihi consorti suo in hac lite? & videtur quod non. per l. deniq; §. sed vtrum. ff. de mino. & l. j. C. si in communi eademque causa. sed distinguendum, aut negotium erat connexum, & tunc profit: & sic intelligitur l. j. de diuer. resc. & l. j. C. si vnus ex pluri.

An in causa restitutionis in integrum sit necessarius libellus, Albri. in aut. offerat. de litis contest. & in auth. si omnes. si vt ab hæredi. se absti. Io. An. in Spec. de rest. in integ §. quis autem. in fi.

An minor restituatur aduersus naturalem obligationem. Bal. & gl. in l. 3. §. pupillus. de neg. gest. & l. Marcellus. de fideiu. & ibi no. an ex sola naturali obligatione opponatur compensario minori. fac. l. interdum de cõdictio. indebit.

An respub. habeat beneficium restitutionis in inte. no. in l. j. C. de ofæius qui vicem alter gerit.

Restitutio in integrum an possit peti coram arbitro, not. in l. fi. C. vbi & apud quem. vide ibi Iac. But. Bar. & Bal.

Restitutio pendens, operatur quod appellatio pendens. Bal. in l. iudicati. fi ex fal. instr. C

An ciuitas, ecclesia, respub. castrum & villa habeant beneficium restitutionis in integrum. Bal. in l. respublica. ex qui. cau. ma. de hospitalibus vide Bal. in l. orphanotrophes. de t pif. & cle. & Bald. in auth. quas actio de sacr. eccl. & no. ext. de resti. in inte. lib. 6. vide Io. de le. in cle. per literas. de præb. secundum Laudum & Paulum.

An quando petitur restitutio contra sententiam in libello debeat proponi iniquitas, vel iniustitia. Bal. in l. eos. C. de ap.

Nota q̃ vniuersitas dedicata deo habet priuilegium minoris ætatis, Bal. in l. quotiens. de fideic. & quid de monasterio, vide Bal. in l. pupillorum. C. de repu. hære.

An vniuersitas & collegia habeant beneficium restitutionis in integrũ. fac. Bal. in l. j. C. etiam per procura. in integ. restit. peti pos. ex illa ratione Ia. de Are. in l. respublica. C. ex qui. caus. mat. & l. fi. §. cum autem. de sacrosan. eccl. & in l. quotiens. C. de fideic.

Nota q̃ restitutio in integrum est q̃dã species supplicatiõis, l. minor. aut magistratus. de minor. & etiam est quædam species appellandi. l. si causa cognita. C. de transa. & gloss. in l. vnica, nil nou. in integr. restitu. pen. C. & text. in l. præses. ff. de mor. videgloss. magnam. C. si de momenta. poss. fuer. appel.

An beneficium restitutionis in integrum transmittatur ad hęredes. fa. q̃ sic l. si infanti C. de iure deliberan. & quod ibi not. & illud quadriennium. de quo ibi loquitur, currit solum ab adita hæreditate ipsius minoris. vt l. Valerianus. de restitu. milita. C. & l. ea quæ. de temp. in integ. resti. pe. vbi Bald.

An per restitutionem in integrum concessam tollatur obligatio naturalis? Angel. q̃ sic in l. minor. de procu. licet aliqui contra, scil. quod solum tollatur ciuilis.

An restitutio in integrum possit peti per viam exceptionis, Ang. in l. Papinianus. §. si filius. de inof. test.

Minor vel ecclesia non potest petere restitutionem in integrum contra sententiam secũdæ ap. nisi facta plenaria cognitione. Bald. in l. j. C. ne lice. tertio prouoc.

An restitutio in integrum possit peti per syndicũ vniuersitatis sine speciali mandato. Bald. in l. j. C. etiam per proc. in integ. resti. peti po. & vbi requiritur speciale mandatum est verum vbi restitutio specialiter petitur: secus si inciderit de substantia. Bal. vbi.

De mutatis sententia. Bal. in l. cum non voluntate. quo. & quãdo. An in

An in causa restitutionis in integ. sit necessarius libellus. Alb. in auth. offe ratur. C. de lit. cont. & in auth. si omnes. C. si vt ab hær. se abst. Ioan. An. in Specul. de restitu. in integr. §. quis autem. in fin. & an debeat lis contestari, bal. in l. j. §. cum qui. ff. de postul. & in auth. si omnes. per Bal.

Si virtute status sit compromissum factum inter agnatos. & facta sint ar bitramenta, an minor possit restitui contra arbitramenta. fac. Bal. in l. non C. de in integ. rest. mi. & l. eos. §. finautem. de ap. & l. j. C. si de mom. po. fue. ap. Bal. in consilijs suis. & no. in l. postquam. de pac. & dicit q non. dominus Ignorolus in consilijs suis. 3. par. 7. q.

An minor decedens hæreditate sibi delata non adita, transmittat restitutionem in integrũ ad hæredẽ suũ. Iac. de Bel. q non, in disputatione q̃ fecit q̃ ponit in auth. de trien. & semis. Bar in l. Pantonius. ff. de acq. hære. teget, q sic. & dicit idem tenere Iac. de Aren. in l. qui duos. de reb. dub. vbi idẽ Bar. etiam ponit. Idem tenet Iac. But. in quodam suo. consilio. Bal. in l. si in tanti. C. de in ter delib. in 2. q. tenet cum Iac. de Bel. in infante, in maiori vero infante videtur dubitare. sed idem Bal in l. vnica. §. in nouissimo. de cadu. tol. in maiori infante tenet expresse cum Bar. in infante verò distinguit, an naturaliter decesserit, & non transmittit restitutionem nisi per culpam tutoris hæreditas non sit adita, & tutor non sit soluendo: aut decesserit casu fortuito, puta naufragat. vel alio, puta propter absentiam non potuit habere tutorem. & tunc transmittit in integ. rest.

Quod in libello restitutionis in integrum aduersus sententiam diffinitiuam non est necessaria expressio causę, nisi petatur aduersus sententiã prin cipis: ratio quia nec requiritur expressio causæ in appellatione à diffinitiua. & appellatio & restitutio paribus passibus ambulant. l. præses. ff. de mi. ita vult Bal. in l. minor autem magistratus. in princ. & §. j. ff. de mino. ex quo videtur inferri, licet ipse non dicat, q in libello in inte. restitutionis aduersus sententiam interlocutoriam sit necessaria expressio causæ: quia est necessaria etiam in appellatione ab interlocutoria, c. cordi. & c. cum appellationibus friuolis. de appellationib. lib. 6. & in Cle. appellanti; eo. tit. & Barto. in l. eius. ff. de ap. reci. modo appellatio & restitutio paribus passibus ambulant, vt s. & ita potest intelligi etiam dictum Inn. in c. coram felicis, in prin. de in integ. resti. f. q loquatur in interlocutoria, maximè referendo ad illum tex. qui loquitur in interlocutoria. vide reperto. Bald. super Inno. in versi. expressio. in q. ij.

a ¶ De supplicatione [a]. Rubrica.

PRAETER appellationem, & præter in integrum restitutionem, de quibus prælibauimus, est & aliud remedium, quo valida sententia subleuatur, videlicet supplicatio, vt s. de sen. §. quoniam s. [b] ideo de ipsa aliqua sub
c compendio perstringamus [c]. Videamus ergo, à quibus supplicari possit & quando: & in quibus casibus: & quæ differentia sit inter appellationem & supplicationem: & postremò quis sit supplicationis effectus.

ADDITIONES.

a Ex omnibus practicis auctoribus nullus formauit hãc rubricam præter Io. de Deo Caul. rubrica vl. Legistæ habent de hoc rubricam, quæ non allegatur, quia sedet in gropa: in rubrica enim De præcibus imperatori offerendis. sequitur & est, de quibus rebus supplicare liceat, uel non: qua de causa Azo in Summ. ibi prosequitur hanc materiam.

b Quoniam s. ¶ §. ult. est.

c Perstringamus. ¶ Præmittit Azo, qualiter supplicari debeat: & dicit hunc ponderandum morem, qui est: Capello deposito & pallio flexis genibus, humiliter præces porrigere: vide, quod dixi de ma. & obe. his, quæ. post princ. & de iureiu. & si Christus. in gl. arguit Hosti. Secundo dic, in iure seruandã l. vlt. C. de præcib. imper. offer. vt s. breuiter negotium exponatur: inferendo in præcibus id solum, quod expedit. In omni autem supplicatione locum habet hæc doctrina, nedum in ista, de qua agitur.

SVMMARIVM.

1 *Supplicari posse à sententia Præfecti, qualiter intelligatur.*
2 *Supplicationis causam examinare, & diffinire, solius est principis, vel eius delegati vel præfecti.*
3 *Suplicatio, & appellatio quare non sint eiusdem naturę.*

¶ Supplicari potest a sententia Imperatoris, vel Papę, vel præfecti prætorio.

1. §. Supplicari Potest a sententia Imperatoris, vel Papæ vel præfecti prætorio, ext. de in int. resti. ex literis & c. tum ex literis extr. de re iu. cum cautam. & C. de sent. præfec. prętor. l. j. ff. de minor. præfecti. a quibus appellare non licet, vt s. de ap. §. videndum. vbi de hoc: nec mirũ, si tunc supplicet nam licet non sit verisimile illos iniquè iudicasse, supplicari tamen potest ab eisdem: quia supplicatio continet petitionem veniæ proprij erroris, vel allegationem circunuentionis aduersarij, ff. de mino. l. præfecti. ext. de re iud. c. cum olim. Sed videtur, q etiam a sententia iudicis & delegati, supplicetur. num t ext. de
a in integ. rest. ex literis. Solu. ibi, secundum Papam [a]. ¶ † Quod autem dixi a sententia præfecti supplicari posse, verum est, cum in
1 causa principali pronunciauit: secus si in causa appellationis, C. de precib. Impe. offer. si quis. C. ne li. in vna. Eademque causa certio prouoc. l. i. & in aliis easib. & in aliis causis libellus supplicatorius porrigitur referendariis, & causas introducentibus, in auth. Col. 2. ff. de referendariis, §. causas. ¶ † Solus tamen princeps,
2 uel eius delegatus, uel præfectus, debet causam supplicationis exa
b minare & diffinire [b]. Et si intra decem dies supplicetur, potest sententia executioni mãdari: si tamen uictor satisfecerit de restituendo omnia si sententia fuerit iustè resoluta. Si autem non supplicarit intra decem dies, habet biennium ad supplicandum principi: quod biennium. computatur, ex quo Imperator successit in co
c gnitione præfecti [c], C. de sent. præf. præ. l. i. Sed tunc executio sententiæ fiet, nec uictor satisfacit de restituendo, C. de præci. Imp. offer. auth. quę supplicatio. in auth. ut spon. lar. §. illud. & in præ. l. i. C. de sent. præfect. præt extr. de in integ. restitu. suscitata. in fin.
3 ¶ † Et per hoc patet, supplicationem non sortiri naturam appellationis: quia semel tantum supplicatur a sententia: sed appellatur bis post sententiam. An uero quotiescunque quis grauatur, appellet? quæ dic, ut s. de app. §. quoties. Item in appellatione
d præmissa cautio non præstatur. [d]

ADDITIONES.

a Secundum Papam. ¶ Vt ibi scripsit super j. gl. supplicare.

b Diffinire. ¶ Item no. Acc. in §. aliud. inferius allegato.

c Præfecti. ¶ Diuersas lecturas huius verbi vide no. in l. statim alleg. in vlti. gloss.

d Præstatur. ¶ Et meritò: quia non fit executio diffinitiuæ, à qua appellatum est, ext. de iureiu. uenientes.

SVMMARIVM.

1 *Venia potest per supplicationem super pena criminis impetrari.*
Supplicari potest pro dilatoria exceptione, non peremptoria.
2 *A sententia semel tantum supplicatur.*
3 *Supplicatio talis esse debet, quod petenti prosit, nec alicui obsit.*

2. §. Sequitur Videre, quãdo, & ex quibus causis ualeat supplicari. Et certè a præfecto prætorio supplicatur intra decem dies a die sententiæ promulgatæ: qđ si fi
ctum nõ fuerit, tunc potest principi intra biẽnium supplicari, ut
1 s. ¶ † Potest supplicari pro eo, qui malè, uel iniquè, uel cõtra ius
a ordinatus est, ut i. q. 5. præsentium. in auth. quom. o por. epis. §. fi. [a]
¶ Item super criminis pœna uenia potest per supplicationem impetrari. C. de preci. Imp. offer. rescripta. quæ est 25. q. 2. ¶ Itẽ supplicari potest pro dilatoria exceptione, non peremptoria, C. de p
ci. Imp. offer. quoties. ext. de proc. ex insinuatione ext. de dol. &
2 cont. c. i. ¶ † Itẽ à sententia semel tantum supplicatur: & si semel denegatur, postea non concedetur, C. de preci. imp. offer. si quis. in auth. vt nul. iud §. & hoc vero iubemus. ¶ Item durante præsidis officio eius subditi supplicare possunt principi, vt furtum, vel rapinam, vel aliud eius crimen puniat, i. q. 1 c. pe. & fi. & q. 7. sanci
3 mus. in auth. ut iud. sine quoquo suffrag. §. si quis autem. ¶ Item generaliter hoc debet supplicatio continere, quod petenti prob sit, nec alii obsit: ut in prę. l. rescripta [b]. nec quod sit fisco damnosum, ut 25 q. 2. nec damnosa.

ADDITIONES

a §. fi. ¶ Alle. Pe. auctor, & Io. de Deo non bene receperunt sensum illius §. sicut Azo, qui dixit, q licet supplicare pro eo, quod ordinatio clericorum fit per pecuniam, vel aliàs malè, & contra legem, vt ad meliorem statum reducatur, & præuaricatori pœna imponatur.

b Rescripta. ¶ Leges, quæ ponunt exempla allegat ibi gloss. quæ tamen Azo exprimit, vbi s. de fœmina, quæ nupsit vidua viro inferioris dignitatis, impetrat vt fruatur dignitate prioris mariti. ff. de sena. l. fi. cum Præpositi sacro cubiculo impetrant, vt fruantur post finitam militiam cingulo, cum ad agros suos, vel alias proficiscuntur, C. lib. xij. de prę. p. fac. cubi. l. fi. Et quod de cingulo dixi, dupliciter ibi exponit gl. Tex. autem ponderat, quod est dictum, q ad ipsorum desiderium, & ad nullius læsionẽ id pertinet. Quod autem præmisit, nec alij obsit, intelligit Azo, vbi s. de læsionẽ grauit. & idẽ Acc. in præ. l. allegauit ibi leges no. & dicit Azo. q vltra illas inueniuntur in libris iuris recõdita multa similia: alle. ff. de rel. & sumptu. fu. si quis sepulchrũ. ff. loca. l. habitatores. si vsusfr. pet. l. j. §. vl. Circa id, quod sequitur de damnosis fisco, dicit Azo, in illis expectari secundam iussionem, in auth. vt nul. iud. §. & hoc not. de manda. princi. §. deinde competens. qui. §. vult omnino sperni primam iussionem. nisi sit pragmatica sanctio: ex ea tamen quamuis recipiatur, nil fiat, nisi sequatur secunda iussio.

SMMARIVM.

1 *Seruus potest pro domino supplicare, sed non appellare.*
2 *Pendente appellatione nil est innouandum.*
3 *Simpliciter supplicare ante sententiam non licet.*

3. §. Differt

¶ Supplicatio in quo differat ab appellatione.

a 3.§. Differt autē [2] supplicatio ab appellatione: quia appellatur intra decem dies: supplicatur usque ad biennium, vt s. §. j. ver. solus. Alij dicunt q̄ supplicare debet, quā primum potuit cognoscere se læsum fore, ut ext. de in integ. rest. 1 ex literis. ext. de sti. & malef. c. 1. & c. fi. ¶† Item seruus potest, p domino supplicare, sed nō appellare, ff. de ap. serui. C. de precib. imper. offer l. j. & l. vniuersis. Item generaliter omnes liberi possunt supplicare: serui non nisi pro se & domino [b], vt ibi, & ff. de his, qui sui, uel alie. iuris sunt, l. j. & ij ff. de iud. vix certis. Item differunt in casu, quem habes s. ti. prox. §. videndum. ver. & no. ibi, 2 item is qui. ¶† Item pendente appellatione nil est innouandum, vt §. de ap. §. nouissime. sed supplicatione pēdente mādatur exe c cutioni sententia, vt s. § j. [c] ¶† Item ante sententiam nō licet simpliciter supplicare, vt C. vt lite pen. l. 2. sed appellare sic, vbicunque grauamen infertur. ext. de ap. vt debitus. Itē supplicatio protendit ad noua & vetera: appellatio vero soiū ad ea, sup qbus interponit, ff. de minor. præfecti. ext. de in int. rest. fi. scitata. & c. ex literis. ¶ Item semel tantum supplicatur, bis post sententiam appellatur. ¶ Item supplicans cauet, in appellatione nulla cautio d præstatur, vt s. §. j. in fi vnde versus [d]:

Discrepat appellans ab eo, qui supplicat ipse.
Imputat errori proprio, redit hæc ad eandem.
Hic semel auditur, causa pendente satisfat.

ADDITIONES.

a Differt autem. Dictum Ioan. de Deo vbi s. in prin.
b Et domino. Id est, pro nece domini, secundum Azo. hoc vult l. j. prælleg ta: addit Azo. casum l. Iuliæ maiestatis, ff. ad l. Iul. maie. l. nullus. Subdit etiam, quod forte idē in omni casu, quo seruo permittitur agere, vel ad principem confugere, per duas leges statim allegatas. Addit, q̄ si seruo supplicante, supple, eriam eo casu, quo non debebat admitti indulgeat principis rescriptum, tenet per l. vniuersis. s. prox. allegatam.
c §. j. ¶ Quæritur de ratione, quare pendentia appellationis & restitutionis in integrum impediant executionem, & supplicatio etiam intra decē dies facta non impedit. De restitutiōe patet s. ti. prox. §. vlt. in prin. de reliq. s hic sufficere posset, quod prærogatiua harum sententiarum, à quibus non appellatur, hoc inducit, vt scripsi de rest. in inte. suscitata super gl. pen. Dicūt quidam, quod supplicatio continet benignitatem petentis, & iudicis: & ideo hæc responsio sufficere potest, quo ad appellationem: quæ inititur iustitiæ: sed non, quo ad restitutionem, quæ benignitatem iudicis & fauorem petentis respicit, ff. de minor. præfecti. Si dicatur, q̄ supplicatio voluntate recipitur, contradicere videtur §. aliud. in corpore, vt Iponsa. larg. Col. ix. Item si dicas, quod per appellationem extinguitur, vel suspenditur pronūciatum, vt dicit Iac. de Bel. in prin. §. aliud. hoc est, quod quæritur, quare plus suspendit appellatio quam supplicatio. Mihi videtur his tribus, quę diuersa sunt, merito tribui diuersos effectus. Dico igitur, quod appellatio quę interposita est à sententia, purę iustitię inititur: propter quod executio fieri non potest: & si facta esset intra decendium, quo fuit postea appellatum, reuocatur executio per modum nullitatis & attentati, de ap. non solum. li. 6. Restitutio inititur iuri: habet tamen missam gratiā, non dico à iudice, sed à iure inuentam. Si lata est igitur sententia contra ecclesiam, vel minorem, & ab ea non fuit appellatum: iuste fit executio sententiæ. Si tamē postea intra tempus iuris petatur restitutio, fateor, quod impediret executionem fiendam: sed iam factam non annullat, vel reuocat. Verba enim nō solum innuunt, q̄ ea postulata, licet nondum concessa, nil noui fiat circa rē vt dicit rubrica Codicis. Absurdissimum enim esset: q̄ vltra terminum tardari deberet executio eo casu: & imputet sibi, qui non appellauit. Supplicatio tantum habet præsumptionem contrariam ex persona proferentis, quod appellare non licet. Eorum ergo fuit ipsam non parificari alteri præmissorum, satis enim sibi est, quod contra id, de quo alter prædictorū, s. Papa, princeps, vel præfectus prætorio poterat legem facere, auditur. de primis constat: de tertio patet C de off. præfe. præl. 2. Eligit ergo ius quandā viam mediam, vt ipso cito supplicante fiat executio cum remedio cautionis: alias sine illo, & vt semel tantum supplicetur. simile de of. del. quærenti cum concor.
d Versus. ¶ Hos versus posuit Io. de Deo, vbi s. & in fine primi versus ponebat tempore: & non est congruus versus: vnde communiter habetur ipse. Est sciendum q̄ Cy. in auth. quæ supplicatio. in fi. allegans hunc titulū, dixit differentias hic notatas inter appellationem & supplicationem. non omnes esse veras, quod dixit se dicturum super l. vnica, C. de sen. præfect. præ. sed ibi non dicit, oblitus, vt puto.

¶ Supplicationis effectus.

4.§. Effectus autē supplicationis est, quia si princeps rescribit ad supplicationem, obtinet vi rescripti litis contestationis, quantum ad hoc, ut perpetuetur vsque ad xxx. annos: secundum alios vsque ad lx. C. de anna. excep. l. 1. & transit ad hæredes & contra hæredes, vt C. quādo li. prin. ob lit. contest. xvj. q. 3. §. potest. circa medium, ff. de actio. & obl. constitutionibus.

ADDITIO NOVA.

* Nota q̄ licet à sententia vicarij non possit ad episcopum appellari: cū censeatur idem tribunal. c. Romana. de ap. lib. 6. tū à sententia vicarij potest episcopo supplicari. no. Stephanus in Clem. j. de resc. Item non censetur idem tribunal quo ad recusationem, c. fi contra. §. fi. de of. del. lib. 6.

a ¶ De expensis [a]. Rubrica.

AD huius partis tractatum pertinet aliqua de expensis videre: & quoniam ad ea, quæ frequentius accidunt iura debent adaptari, vt ext. vt lit. non conte. quoniā frequenter. & ff. de legi. nam ad ea. idcirco de eis. quæ læpissime in iudiciis petuntur, vtile visum est doctrinam tradere copiosam Super quo sciendum est q̄ expensarum quædam fiūt ext. iudicium, de quibus aliqua præmittemus, licet ext. propositum principale: aliæ in iudicio, de quibus postea supponemus.

ADDITIO.

a Vt dixi in rubrica proxima, Practici auctores omiserant hanc rubricam, excepto Io. de Deo. qui posuit ipsam Cauil. lib. 6. rub. pe. modicum tamen de ipsa posuit ibi in fine, sed transtulit se ad Summam Azo. Inst. de pœn. tem. litig. & fere ad literam posuit, quod ibi dicit Azo: quod tamen est ext. propositum. s. de aliis pœnis tractando, de quibus j. ti. 2. non de pœna expensarum. Posuit etiam ipse Io. rubricam istam vltimam, in libro Iudicū, in qua etiam nil dubium apparuit. Azo in Summa de fruc. & lit. expen. n ō ingreditur materiam nostram, sed remittit ad rubricā de sportulis: ibi autem tractat de expensis in lite fiendis, in sportulis & aliis, non de repetendis: & in ti. præ. ver. in sententia. de his vnicum verbum ponit: prosequitur autem materiam primę partis in ti. de rei vend. pen. col. ver. impensarum. & Vin. tandem in dec. vt præteritæ. de ele. in j. gl. Acc. in l. in fundo. ff. de rei ven. in ult. gl. de qua gl. remittit auctor ad aliā gl. Acc. & ad Ros. in fi. ver. qui incipit, ex præmissis. Superuenit autem copiosus noster Host. qui in Summa de dol. & cont. §. qua pœnaliplene tractat de his expensis litium incipiens ibi post prin. ver punitur etiam contumax. & eam prosequitur vsque ad ver. item punitur. propefi. §. quem ver. allegat auctor. ad vnum tā tum j. ver. & nota, cum tamen quicquid ibi est, totum sub ti. isto posuit. ipse etiam Host. doctrinam suam extollens ibi in fi. dicit, quod non inuenit alibi materiā sic discussam. & verum dixit, tamen nunc hic plenior fuit auctor magnus s. Gigantem: studentes debilis capitis, quos grauat scriptorū prolixitas, maxime cum eadem sepius repetuntur, vt hic. satis poterūt per transire cum gl. dec. ad fi. & epilogo & suppletionibus, quæ scripsi super illa. Circa expensas autem hic notandum, q̄ negotiorum gestor non petit sibi fieri expensas gestionis fiendæ. idem dico de coniūcta persona: petunt au rē iam factas vtiliter sibi restitui, & procedit hoc, siue sit extraneus gestor ff. quod cu. vni. l. j. in fi. siue socius de corpore, e. ti. sicut municipiū. ij. resp. siue sit etiam communio indiuidua, ff. de ne. gest. qui negotia. §. fi. quod intelige, vt ibi no. & in hoc differunt à procuratore, qui petit fiendas, vt de ele. cupientes. § ad hoc. & factas iuxta mandatum, licet non vtiliter, vt no. ext. de proc. cum pro causa. In gestore igitur, an debeantur expensæ, declarat euentus, vt scripsi post Host. de ele. cum inter canonicos. super j. gl. & no. in dec. cupientes. in vlt. gl. ante fi. Ex his concludo, q̄ si contra prouisum sit auctoritate apostolica, vel alterius, in ecclesia collegiata aliquis de corpore appellat. licet nomine ecclesiæ & suo, si tamen non habet mandatum à capitulo. nec expensas in prosecutiōe fiendas habebit à capitulo: nec factas recuperabit, si succumbat: hoc maxime, quando capitulum paruit illi prouisioni: vel, quod plus est, satis est q̄ restiterit, vel contradixerit, cum eo casu pro consentientibus habeantur, vt in regula, qui tacet. lib. vj. vbi cōc. Administrator ergo, qui facit expensas in negotiis capituli, vt habet quarundam ecclesiarum mos, tali appellanti expensas administrare non debet in dubio futuri euentus. facit de Iponsa. iuuenis. vbi conc. j. gloss. & ff. de admi. tuto. §. fi. & ibi conc. in gl. fi. Si autem capitulum expresse prohibuisset, post prohibitionem factam expensas etiam vtiles, quas fecisset, non recuperaret, vt in l. fi. C. de neg. gest. vbi autem non fuit contradictum, & obtinuit, distinguitur, an prosequeretur negotium proprium, & tunc à victo recuperat: an commune, & tunc ab ecclesia; vt no. in dec. cupientes. in vlt. gl. vltra medium. Adde huic vltimæ parti addit. Io. And. Old. consi. 38. incip. thema tale est, episcopus.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ extra iudicium factæ, cuius gratia factæ dicantur.*
2 *Expensæ ratione fructuum factæ à possessore, veniunt deducendæ.*
3 *Reficere est iam facto remedium facere.*
4 *Malæ fidei possessori ædificanti in area aliena, an sit in expensis subueniendum.*
5 *Sumptus facti ab illo, qui primo fuit bonæ fidei, sed postea defecit, qualiter sint compensandi.*
6 *Sumptus facti in reficiendo fundum alienum, an & qualiter sint restituendi.*
7 *Bonæ fidei possessori pro omnibus impensis in fundo alieno factis, est subueniendum.*
8 *Expensæ extra iudicium factæ qualiter sint petendæ.*
9 *Expensæ diuersimodè factæ diuersimodè sunt considerandæ.*
10 *Victus victori litis G. mensi pro mensis est condemnandus.*

¶Expensæ extra iudicium faciendę, quæ dicantur.

1.§. Expensæ igitur quæ fiunt extra iudicium, aliæ sunt necessarię, aliæ utiles, aliæ uoluptariæ [a]. Necessariæ sunt, quæ si factę non essent, res esset omnino peritura, & deterior futura. Vtiles dicuntur, quę rem faciunt meliorem: deteriorem autem esse nō sinunt. Voluptariæ dicuntur, quæ rem exornāt: ut puta picture, incrustatiōes, & similia. De his omnibus sunt exempla extr. de deci. pastoralis. & ff. de uerb. sig. impensæ. ff. de impen. in reb. dot. fac. l. 1. 2. & 3. & l. veluti. & l. uoluptariæ. & l. utilium. & l. pro uoluptariis. & l. impēsæ & l. fi.

1 † Et harū impensarū quædā fiūt gratia fructuū percipiendorū, ut quæ fiunt in arando & seminando: quædā gratia colligendorum, vt quę fiūt in metēdo & triturādo: quędā gratia conseruā-

2 dorū, ut quę fiūt in horreis parandis, ut ff. e l. 3. §. nos igitur. † Expensæ igitur, quæ fiunt ratione fructuum quocunque de prædictis modis, deducuntur à quolibet possessore, siue possideat bona fide, siue mala, ext. de eo, qui mit. in pos. caus. rei ser. c. pen. in fi. ff. de petit. hæred. si a domino, uel patre. §. fi. & l. plane. in fi. & C. de fru. & lit. expen. l. 1. nec ullus casus interuenire potest, qui hoc genus deductionis impediat. ff. fami. ercis. fundus qui. resp. 1. in fi & ff. sol. mat. fructus quia non censetur fructus, nisi quod superest deductis expensis, ut ibi, & ff. sol. mat. fructus. & de oper. lib. l. 4. & in præd. l. de fruc. & li. expen. & ff. man. quia mutuam alias incipit, idemque. §. idem Labeo. & ar. in præ. c. pastoralis. & no. extr. de resti. spol. grauis. Quod si excedunt fructus, adhuc dico in bonæ fidei possessore horum rationem habendam: secus in malæ fidei possessore, secundum quosdam, ff. de pet. hæred. q

3 si sumptus. ¶ † Si autem fiant circa rem principalem, subdistingue: quia aut fiunt in de nouo faciendo, aut in reficiendo. Dicitur autem quis de nouo facere cum de nouo ędificat: reficere vero, est ædificio iam facto remedium facere, ff. de itin. actuque priua. l. 3. §. pen. ff. de usuf. l. usufructuarius nouum. & arg. extr. de Iudæ.

b Iudæi. & c. consuluit [b]. Si quis ergo facit sumptus circa rem principalem de nouo ędificando, aut ab initio fuit bonæ fidei, & durauit semper bona fides: aut ab initio fuit malę fidei, & durauit sē per mala fides: aut fuit ab initio bonæ fidei, sē non durauit bona fides, quia factus est malę fidei possessor. In primo casu, scilicet quando semper fuit bonę fidei, si possedit rem, consulitur ei de sumptibus per doli exceptionem, utendo retentione, non auxilio actionis, ff. de dol. exce. Paulus reprobata sententia M. dicē tis, sibi dari actionem negotiorum gestorū, per l. fi. ff. de ne. gest.

c quia illa lex aliter intelligitur [c]. Sic ergo bonæ fidei possessori cō

d sulitur per retentionem, seu per doli exceptionē, ut dixi [d]. quod uerum est, ubi tot fructus percepit, qui ualeant, quantum ascendunt sumptus in re facti: quo casu fructus computantur cū sumptibus, ff. de rei uend. sumptus. ext. de reb. eccl. non alie. ad nostrā. & de pig. cum constet. fic & alibi bonę fidei possessor non lucratur fructus in casu, qui habetur ff. de rei uen. emptori. Sed & M. induxit pro se ff. si pars hæred. pet. l. fi. & ff. de pet. hæred. hęreditas etiam. §. 1. & C. de rei uen. l. 2. & l. damnum. Sed contra eum, & pro hac sententia, quæ *communis* est fere omnium. facit ff. de,

e act. em. idemque Iulianus agitasse. & ff. de petit. hæred. plane. ff

4 de rei uend. sumptus. ¶ † Si autem semper fuit malę fidei possessor, hoc casu de nouo ędificando in area aliena, non subuenitur ei super sumptibus, nec iure actionis, nec officio iudicis, nec ope. exceptionis: quia ædificando donare uidetur, Insti. de re. diuis. §. cum in suo solo. & quia sibi neminem uoluit obligare, ff. comm. diui. in hoc iudicium. Mtamen & Alb. hoc casu dabant malæ fidei possessori actionem negotiorum gestorum, per l. ff. de neg.

e gest. si pupilli. §. & si quis. & l. fi. [e] C. e. fl 2. & l domum. Sed: præ-

f dictus §. si quis. loquitur, quando gessit negotium ipso gestu, &

5 nomine alieno. Nec obstat C. de pet. hære. l. ii. ga ibi loquitur, qū ex aliena materia ędificauit. ¶ † Porro si ab initio fuit bonæ fidei, sed non durauit, eligitur quędam uia media, ut prosumptibus factis, dum erat bonę fidei, habeat retentionem. Ex quo uero malæ fidei factus est, conceditur abrasio absque læsione prioris sta-

6 tus, ut C. de rei uen. domum. ¶ † Vlso, quid iuris sit de sumptibus factis in faciendo de nouo, dicendum restat, quid iuris sit de factis in reficiendo. Et tunc aut erat, bonæ fidei: & sic expensas necessarias & utiles sibi reseruat, per doli exceptionem, utendo retentione: uoluptarias uero potest abradere, seu tollere, & exportare sine læsione prioris status, ff. de rei uen. si autem. §. in re. C e. si quis. & l. si in area. Inst. de rerum diuis. §. certe. Si enim dominꝰ rei sibi uellet dare tantum, quantum ualerent, si abrasæ forent, non habet abrasio locum, ff. de rei ven. in fundo. & l. nisi. ad idem ff. de pi. actio. si seruos. ff. de noxal. si seruus deportatus. §. 1. ff. de impens. in reb. dot. fac. pro uoluptariis. & l. seq. Si autem sit malæ fidei possessor, si quidē fecit utiles, pmittit abradere sine lęsio ne prioris status, nisi dns tantū uellet sibi dare, quātum ualere possent eis abrasis: si necessarias, sibi pseru. t ostēdo iudicis per retentionem: uoluptarias uero nullo mo[illegible]est. nam pro

g eis nō habet aliquod aux*ilium*, ut in præ. l. C. de rei uen. domsi §.

7 ¶ † Ex præmissis igitur patet, quod quandoque subuenitur possessori pro impensis per A. hoc est per abrasionem, ut s. uer. portro. & uer. uiso uel secundum M. per actionem. ut s. uer. in primo quandoque per E, hoc est, per exceptionem doli, ut s. uer. si quis ergo. & uers. uiso. quandoque per O, hoc est, iudicis officio, ut s. prox. Et hæc etiam uera sunt in rei uendicatione: in petitione hæreditatis autem, si est bonæ fidei possessor, seruat omnes impensas, siue sint necessariæ, siue utiles, siue uoluptariæ. ff. de pet. here dit. plane. & l. sed & si lege. §. consuluit. quia non tenetur nisi in eo, quo factus est locupletior: si malæ fidei, utiles & necessarias seruat re existente, seu meliori facta, in qua factæ sunt: & hoc iudicis officio: uoluptarias per abrasionem, ut in pre. l. plane. nec distinguitur hic secundum quosdam, an sit impensum in re facta, uel facienda. Et secundum hoc intellige, quod plene no. Inst. de re. diuis. § certe illud. & ff. de rei uen. in fundo. Et de hac materia no. Rofr. plene in suo libello, in ti. de offi. iud. quo retinen-

h tur impensæ [h]. Præmissa quoque locum habent in expensis pro prio nomine factis: si alieno tunc locum habet ti de neg. gest.

8 ¶ † Et nota i, quod expensę, quę fiunt extra iudicium, petide-

i bent nominatim in libello, secundum premissa, nisi is, qui eas facit, beneficio retentionis sibi ualeat prouidere, ff. commo. in rebus. §. possunt. ff. de pignor. act. si necessarias. Sed quia in plerisque locis taxatum est, quantum debet iudex habere pro libra: quę consuetudo approbatur a iure, ut supra, de salar. §. 1. prope fin. versicul. in premissis tamen. idcirco, ne iudex statim illud exigat, consuluit domin. meus, quod sic subiicias in fine libelli:

FORMA. Item peto expensas hac occasione factas & faciendas protestor, quas suo loco & tempore æstimabo. & sicut ius

k poposcerit, cōprobabo. nisi forte iudex inuenerit ipsū [k] cām habere probabilē litigādi. Vel ne ipsum instruas, dic: peto expensas si iudici condēnatio videbitur faciendā, in aut. de iud. § oportet. Col. 6. Et si obiiciatur de premissa conditione, quę uidetur incertitudinem continere: respo. non est uerum in hoc casu, secundū

l eū. vt no. in Summa dē dol. & pt. § qua pœna. sub §. punit [l]. ¶ † De

9 expensis aūt in causis electionū factis tractat ext. de elect. vt pręteritę

ADDITIONES.

a Voluptariæ. Prosequitur uerba Azo. in Summa, vt dixi super rubrica.

b Cōsuluit. ¶ Incipit hic quæstio, cum ex maleficio unius ex fratribus habentibus domum communem, pars eius uenit destruenda, quid fieri nō potest fine periculo aliarum partium, nisi fiat aliquod edificium, cuius expensis id fieri debeat. Pro fratribus allegat, ex facto nocentis, nō cōtē puniri nō debere, C. de his, qui latr. oec. l. vl. ff. de pœ. absentē. & l. crimē. C. de in off. testi. si q̄s in suo. §. j. ff. si quis alij. test. phib. l. i. C. de pœ. sanctimus. ff. de naut. fœn. cum proponas. ad idem C. ne uxor pro marit. l. 2. ff. sol. mat. si maritus. Item si pluribus nunciatum est nouum opus, & unus, solus contrafacit, ille solus tenetur, ff. de no. ope. nunc. de pupillo. §. si plurium. Pro domino, uel communi, q̄ non teneatur ad illas expensas, faciunt eadem iura. Item non debet officium publicum iustitiæ illis esse damnosum, ff. ex quib. cau. maio. l. videlicet. item facit ff. de aqua plu. arcen. sed inter dum. C. de pœ. si operis. de sent. exc. vt famæ. ff. de fideiuss. si a reo. Bene facit pro domino, uel communi, ff. commu. diuid. si is, cum quo. & ff. loca. si merces. §. fin. Vber. dicit, communibus expensis illud ædificium fieri debere. inducit l. ii. C. qui. ex cau. ser. pro præm. io lib. accip. vbi seruo accusanti aliquem de adulterina moneta debetur libertas: dominus tamen illius pretium habet de publico ad idem ff. ne quid in loc. pub. l. 2. vbi via publica reficitur a communi.

c Intelligitur. ¶ Vt j. dicetur.

d Dixi. ¶ An autem damnatus, vt restituat, qui non excipit de sumptibus, tempore executionis id possit, § de exce. §. dicto. ver. sed pone, ædificantur & de sen. exc. §. vl. ver. quid si boua.

e L. fi. ¶ Vide, quod utrobique notatur.
ADDE, quando de fructibus expensæ sint deducendæ, Pau. de Ca. cons. 55. per Bal. con. cxc. j. lib.

f C. e. ¶ De rei uen. sic alleg. s.

g Domum. ¶ Secundum Rof. qui ibi j. uer. quid dicemus. ponit duas rationes eorum, qui tenent contra, s. de uoluntariis: idem, quod prædictum est de bonæ fidei, idem habere in possessore malæ fidei. dat enim simile ff. quod me. cau. fine exceptione. §. in hac. & §. seq. & de l. in rem. §. pe. ff. de rei uend. responsionem ad hoc vide.

h Impensæ. ¶ In rei vend. vel pet. hæred. & ibi præcedit rubrica de offic. in quo petuntur fructus in eisdem. Et scias, q̄ Rofr. ipse in ista materia non formauit libellos, se excusans in fine, quia hic nulla accusatio competit, nec iudicis officium, quod intento loco eius. sed subuenitur exceptionis & retentionis beneficio, si possidenti: alias omni carent beneficio, licet Gosiani ex *sua* æquitate dent etiam possessori malæ fidei vtile negotiorum gestorum, in quantum res melior facta esset, vt s. quod ipse reprobat.
ADDE, quomodo quis consequatur expensas meliorationum, Pau. de Cast. cons. cccxxiiij. & an expensæ factæ ad perpetuam rei utilitatem, possint opponi coram consultore, vide Bal. cons. clxxvj. j. lib.

i Et no. ¶ secundum Host. vt s. in prin.

k Ipsum. ¶ Sc. reum.

l Punitur. ¶ Addit tamen ibi aliam formulam, omissa conditione, peto expensas: in quantum & sicut iudici videtur condemnatio facienda.

a teritæ &, secundum Vinc. eo. tit. cum inter cano. [a] Item de expensis factis à creditore post custodiam rei, in cuius possessionem missus fuerat, no. in lib. Rof. in tit. si cred. in pos. mis. [b] & super hoc formatur libellus, vt not. j. de eo, qui mit. in possessionem rei ser. § restat. ver. si autem missus. Item in expensis procuratorum,
c ext. de proc. cum pro causa. & vide j. §. prox. [c] ver. ex his. & §. seq. ner. hoc quoque. In quibus autē causis sumptus ministrandi, seu
10 aliqui alendi sint, vide j. qui fil. sint legit. ¶† Quid si iudex, siue superior, aliquo denunciante, uel etiam prosequente ex officio suo, in aliquo negotio procedit contra aliquem, demum ille condemnatur ad restitutionem. vel emendationem rei, de qua agitur, nunquid cogetur etiam restituere expensas prosequenti, siue denuncianti? Et uidetur, quod non: quia uictus uictori condemnari debet. At iste nec egit, nec nicit, ut j. §. nunc de expensis uer. Contrarium credo uerius, ut de dol. & cont. c. cum
d dilecti. ad fi. [d] & de acc. olim. sic enim iudex ex officio suo condemnat in principali, sicut etiam eodem officio denunciāti, siue prosequenti restituī faciat expensas si illius interfit denunciare. seu prosequi, ut j. prox. in prin. Et sic obseruauimus in quæstione, quæ coram nobis agitabatur inter commune ciuitatis Mutinæ ex parte una, & monasterium Nouantulanum ex altera.

ADDITIONES.

a Intet cano. ¶ De his vide eo. tit. c. cupientes. libr. vj. in vlt. gl. cuius finem declarando hic istare dispono. Sed præmitto, quod in decr. cum inter canonicos: vnicum uerbum de his expensis posuit Vincen. quod ibi scripsi super j. gl. in dec. autem, ut præteritæ. multa prosecutus est, de quibus. dixi in superiori rub. & de aliis in processu, remittendo submittām ad primum finem gl. præ. vl. in dec. cupientes. peroptime procedit in regulari electo ad prælaturam proprii monasterii, sed de electo ad aliam prælaturā, & ut fortior fit quæstio, dicamus illum ordinis Mendicantium in concordia electū ita q̄ satisfactum est decr. quorundam. de elect. lib. 6. & hic est præmittendum, quod in episcopum potuit eligi. Sed si electus esset in abbatem, vel prælatum monasterii alterius religionis. non ualeret electio. Dicamus ergo eum tunc postulatum à papa. hęc omnia patent in cle. de elec. c. j. in text. & gl. Et quomodo legatus talem postulationem admittere non posset, dixi §. de leg. in tract. dispen. §. consequenter. post princ. Quod autem ecclesia eligens, uel monasterium postulans teneatur ad expensas, facit præ. decret. ut præterite. Item facit, quod de institutore & teste dicitur, de electio. cum non deceat. de rescri. statutum. in fi. lib. 6. bene facit l. j. §. j. ff. si vsusf pet. Vsusfructus enim legatus eget adminiculis, sine quibus quis uti frui non possit. s. uia, uel itinere. sic iste eget itinere, id est expēsis itineris, licet grauius quia si ecclesia erat exempta: vel monasterium etiam non exemptum, ad papam etiam recurri opportet, quod simul cum paupertate electi, uel postulati, ignorare non poterunt. facit ff. de iu licet. l. sed & si suscepit. §. j. & 2. & §. eq̄ vti quem ibi allegat gl. in l. plenum. ff. de usu. & habit. Item legata alicui militia, legatæ uidentur expensæ necessariæ ad ingressum militiæ, ff. de lega. 3. l. pen. §. fi. Fortius igitur in ecclesiastica militia erit idem. bene facit de cleri. agr. c 1. Item fi aduersario quis contra se ministrare tenetur ex pensas ex causa inopiæ, de acc. ex parte. cum legibus allegatis ibi in vlt. gl. Fortius ergo ex eadem causa inopiæ ad prosecutionem sui operis & vtilitatem ecclesiæ, & in proposito illas ministrare tenebitur. Et si dicatur, q̄ dubius sit euentus, sufficiat cle. ut lit. pend. fi duobus. §. fi uero alter. & ibi concor. uel dicatur, q̄ eligentibus donare non licet. de don. c. ii. de his, quæ fi. a præla. capit. j. Respndetur ad primum, ff. ad Carbon. l sed & is, §. an autem & de uentre in pos. mit. l. j. post prin. & §. mulier. l. extraneo. per quæ patet, nedum filio nato, sed etiam nascituro, & de quo lis est, an sit filius, & ventri propter partum nasciturum propter inopiam ministrantur expensę. euentu dubio non obstante. Constat autem, q̄ eque filius inopi patri, sicut pater inopi filio, tenetur ad expensas, ff. de lib. agnosc. in rubrica, & l. si quis à liberis in prin. Et ex hoc concluditur: q̄ sicut inopi filio nascituro propter inopiam, non obstante dubio euentu, ministrantur expensę, ut supra, sic & patri spirituali futuro, non obstante dubio euentu, ministrandę sunt expensæ, maxime cum illi dubio dederint principium h., qui dubium allegant euentum. Ad secundum respondetur, quod istud non est donare, sed rem necessariam agere. bene facit ff. de donat. inter uir. & vx. si quis pro vxore. cuius casum uide in sufficienti decre. relatum. de præb. super ultima gl. Sic non est donatio, cum uir parat vxori expensas itineris ad locum, quo illa uocauit. ff. de pactis dotal. inter socerum §. conuenit. facit in genere ff. de adimen. leg. l. rem legatam. in fi. extra de don. per tuas. De facto tamen experimur, quod consanguinei, amici, & deuoti ipsorum in expensis prouident, quia restituunt, sed negotium prosperatur. Experimur etiam, quod Væ illisqui per consanguineorum pecunias sunt promoti. Idem de illis, qui promoti sunt per nobiles, vel potentes, & uide quod dicam super. rubrica de rebus eccle. non alie.

ADDE uidenda verba formalia præscri. add. per Old. consi. 27. inc. thema tale: vacante quodam monasterio. Et an pecunia expensa pro præsentatione electi dicatur versa in utilitatem ecclesiæ & quomodo probetur expensa hoc casu, uide Fede. consi. 119. Et q̄ quando plures prælati electi litigant inter se, an debeant fieri expensæ de bonis ecclesiæ, uel suis: & cuius expensis litigatur, cum quis impetrat prælaturam à papa: & quid si expensę sunt principaliter in fauorem litigantis, secundario ecclesiæ, an ecclesia debeat pati expensas? vide de omnibus prædictis Angelum. consilio. exliiii.

ADDE tu ad materiam additionis Io. And. do. Car. in consi. v. & in consi. 6. in quibus notabiliter hoc tractat.

b Mis. ¶ Rubrica est de actione in factum, quæ datur creditori misso in possessionem ad recuperandos sumptus, quos fecit in re sine dolo, & est in ordine inter edicta.

c §. proxim. ¶ Proximus est iuxta promissiones: facit ad id, quod ibi dicam.

d Ad finem. ¶ Vbi de hoc in vltima glo. Et vide, quod super ea dixi de inquirente ex officio, an illo absoluto teneatur illi ad expensas? & de hoc etiam Cy. C. de iudi. sancimus. in v. q.

¶ De expensis, quæ fiunt in iudicio.

a **2. §. Iuxta** [a] promissionis seriem uidendum occurrit de expensis, quæ fiunt in iudicio. circa quod notandum est, quod expensæ aliæ fiunt ante litis contestationem: aliæ post litis contestationem: aliæ in causis appellationis: de quibus singulatim disseremus. Vltimo dicemus, qualiter, & quando sit expensarum condemnatio facienda.

ADDITIO.

a Iuxta. ¶ Est hic sciendum, quod id, quod sequitur vsque ad §. nunc de expensis. totum alle. sub isto §. iuxta. quod maxime patet in dec. finem. de do. & cont. sed auctor allegat §. si ante litem: pro me facit §. §. proximo, ad finem, ibi: & uide.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ex officio suo pronunciare habet in expensis, sicut & in consequentijs ipsius causæ.*
2 *Expensæ an peti possint iudicis officio ob contumaciam euidentem.*
3 *In iudicijs bonæ fidei veniunt sumptus, & fructus, & interesse, iudicis officio.*
4 *Deficiens in probatione dilatoriæ exceptionis ante litis contestationem pro positæ, an debeat in expensis condemnari.*
5 *Expensæ propter contumaciam partis ælterius ante litis contestationem, vel post vsque ad sententiam indistincte sunt præstandæ.*
6 *Expensę ob contumaciam quando sint præstandæ.*
7 *Causa tali existente, quod lite non contestata possit super principali non obstante rei abundantia procedi an, post terminum veniens audietur,*
8 *Termnis tribus in vna citatione insertis, an in primo. vel secundo non veniens condemnandus veniat in expensis.*
9 *Condemnatio in expensis quibus casibus etiam ante litis contestationem fieri dicatur.*
10 *Impetrans inique à quo puniri debeat.*
11 *Citatus contumaciter se absentans, venit condemnandus.*
12 *Petitorio suspenso, si quis recursum habeat ad possessorium, an possit, aut debeat aduersario in expensis condemnari.*
13 *Expensæ in iudicio factæ ante litis contestationem, qualiter peti possint.*
14 *Expensis ratione contumaciæ factis, debet iudex prius condemnare quam procedere.*
15 *Citatione facta, si nec reus, nec iudex veniat, an debeat reus condemnare.*

¶ De expensis, quæ fiunt ante litis contestationem.

3. §. Si ante litis contestationem expensę petuntur: dicunt quidam, quod peti possunt iudicis officio. nam expensę sunt sequela principalis actionis ¶ Vnde † sicut iudex
1 ex officio suo pronunciat in consequentijs, ipsius causæ, eodem modo & in expensis, argum. ff. de re iudi. Paulus. ff. de fur. eum qui emit. §. item si iumenta. extra. de officio. delegat. prudentiam. in fine. Nam sicut officium deseruit ante litis contestationē in citationibus & interrogationibus & aliis, ut supra de officio. iud. dele. §. deseruit. ita & in expensis, extra de officio iudic. capitul. ij. Præterea iudex citatum ante litis contestationem, si non comparuit, punire potest officio suo, ff. si quis in ius voc. non ier. lege. ii. §. 1. & ff. si quis ius dicend. non obtem. l. vnica, §. 1. Pari ergo ratione punier in expensis etiam delegatus, ut j. §. fi. versi porro. nam non prius pandi debet ei iudiciorum aditus quousque resarcitę fuerint expensæ, C. de iud. sancimus,
a quę loquitur iudiscincte ante litis contestationem, & post [a].
2 ¶† Ex his motus dico, q̄ ob contumaciam euidentem possunt ante litis contestationem peti expensę iudicis officio: alias non ut probatur ext. de res. cæterum. & de proc. audit. & c. cōstitutis. in quib. condemnatur absens ante litis contestationem in expensis,
b & de do. & cont. cum dilecti. in fi. T. vero & Vinc. Ioan. & Ber. [b] & alii

ADDITIONES.

a Post. ¶ Vide, quod facam j. §. vlt. super ver. hoc quoque.
b Et Ber. ¶ in dec. G. anetin. prout fi. gl. magnæ,

& alii indistincte dicunt, quod iure actionis sunt petendæ in libello nominatim, argu. ff. de iudic. non potest videri. ff. commu. diui. vt fundus. ff. de ædil. edict. l. ædiles. §. item sciendum. & l. itē
a si serui. ff. de iudi. de qua re [a] Sed hoc potest habere locum, vbi contumacia non est euidens, sed præsumpta, de qua refert contu max quæstionem quo casu audiēdus est, extra de re iu. c. cum Bertholdus. extra de eo, qui mit. in poss causi rei ser. cū venissent. secundum P. Nec obstat ad præmissa §. item sciendum. nec etiam l. item si serui. vbi dicitur, quod quæ ante litem contestatam accidunt, non permutat iudicis officio, sed nominatim libello. Illud enim verum est de his, quę contingunt extra iudicium, & tāquam principalia per se existentia, & in fructibus rei perite; vt si vacca petatur, vel vitulus ante litis contestationem nascatur, & est quid per se, sicut vacca. Secus ergo est in expensis, quæ contingunt ob contumaciam partis in iudicio. Item illud locum habet in expensis ante litis contestationem occasione rei factis: ut nominatim petantur in libello, vt ibi: & hoc in iudiciis stricti iu-
3 ris. ¶ † Nam in iudiciis bonæ fidei veniunt sumptus, & fructus & interesse, iudicis officio, vt ff. de dol. & eleganter. §. non solum, de eo, quod cer lo in bonæ fidei. & l. si heres. & l. seq. & C. de act. emp & ven. l. 2 & 3 quæ dic, vt in fine huius §. ver. in summa. Expensæ quoque factæ circa rem, post litem contestatam veniunt officio iudicis, vt j. §. proxim. ad fin. ver. hoc quoque. Vtrum autem expensæ extraiudiciales in libello petantur, dixi supra.
b §. prox. [b] ad fi. ver. & nota. ¶ ‖ Sed nunquid deficiens in probatio ne dilatoriæ exceptionis ante litis contestationem propositæ,
4 debet in expensis condemnari, sicut & proponens peremptoriam post litem contestatam. & deficiens: ut extra de do. & contuma. finem. & j. §. proxi. ver. in hoc respon. Dicunt Vincent. & Accur. & Papa, quod sic, indistincte, arg. extra de reser. c. fi. & de dol & contum. ex literis. extra de restit spo. frequens. de excep.
c pia. [c] & c pastoralis: ibi, per dilatorias exceptiones malitiose non nunquā, & sic curia seruat. B. dicit, quod si calumniose dilatoria exceptio ante litis contestationem proponitur, & de hoc con-
5 stat euidenter, tunc debet deficiens in probando in expensis condemnari, extra de excep. exceptionem. & in præd. concord. Secus si de malitia non constet: & maxime si sit iuratum de malitia. arg. hoc in præd. c. finem. ibi, postquam altera pars intentionem suam fundauerit, & c. Ergo ante litis contestationem non videtur pars excipiens condemnanda, cum habeat a iure, quod possit excipere, extra de excep pastoralis. ff. de re iudic. l. 4. §. si quis condemnatus. maxime, vbi ver isimilis causa excipiēdi sub-
d est. de hoc [d] s. de excep. § ij. ver. sed nunquid reus. ¶ † Hoc autē
5 certum est, quod expensę, quę fiunt propter contumaciā partis alterius, ante litem contestatam, vel post, vsque ad sententiam, indistincte præstantur, qualemcunque causam litigandi habuerit is, cui præstantur, siue iustam, siue iniustam, ext. de dol & contum. cum dilecti & de sequest. posl. c. 1. vt lit. non contest quoniam §. in aliis. ext. de testam significauerunt. de appel. sępe 3. q. 3. §. spatium. in fi. C. de iudi. properandum. § & si quidem. C. quo-
6 modo & quando iud. auth. qui semel. ¶ † Sed quæritur, quando præstandę sunt expensę ob contumaciam? Respon. statim prius quam audiatur, vt in predicto §. in aliis & in predic. l. sancimus. Vnde si reus non veniat in prima, vel in secunda citatione, condemnabitur in expensis post tertiam citationem, tam pro prima, quam pro secunda contumacia, arg. C. de iud. sancimus quę loquitur indistincte, non specialiter in peremptoria. ad idem ff. de re iudi. contumacia. extra. de do. & contum. ex literis. extra de procur. querelam. vbi de hoc. ff. si quis in ius voc. non ier. l. ii. §. j. & ff si quis ius dic. non obtemp. l. vnica. §. 1. Et hoc, si in tertia compareat: alioquin contra eum procedetur, vt in predicto §. in
7 aliis, & §. fi quod si etiam in secunda venerit, punietur per primam. Et eadem dico etiam maxime in actore, ff. de iudic. cum
e quem. extr. de dol. & contu. actor [e]. Nam rei & actoris equa debet esse conditio, ff. de reg iur. non debet. & j. ad fi. huius. §. Alii dicunt, quod reus non veniens in prima, vel secunda citatione, non debet in expensis condemnari: quia non dicitur adhuc contumax, nisi post peremptorium tantum, xxiiii. quæ. iii. de illicita. & 74. dist. honoratus. prope fin. vbi de hoc, & extra, de do. & contum. cum dilecti in fi. & de sequest. poss cap. 1. in fin vbi condemnatur quis in expensis factis à tempore peremptoriæ citationis, licet pluries ibi citatus fuisset: potest tamen agi contra cō tumacem ex illo edicto si quis ius di. non obt. vt ff. si quis ius dic non obt l. vnica. de hoc ext. de prob. quoniam contra. in gl. quæ incipit, continere. & c. & vide s. de contu. §. nunc dicamus. ver. sed
f nunquid [f]. ¶ † Quid si talis causa sit, in qua lite non contestata,
7 potest super principali non ob rei absentiam procedi: quod fit in periisque casibus. vt s. de testi. §. nunc tractemus. nunquid post terminum veniens audietur non refusis aduersario expensis? Videtur quod sic: quia non interest actoris eum venisse, cum eo absente potuerit in causa procedi. Dici tamen potest, q̄ refert, vtrum ille citatus fuerit ab homine, vel à iure. Si ab homine, tunc licet non debeat aduersario expensas reficere propter rationem premissam, vt dicunt quidam, tamen quia iudicem contempsit non veniendo, eius arbitrio condemnabitur, argumen. ff. si quis ius dicen. non obtemp. lege. vnica. ff. si quis in ius voc. non ier. l. ii. extra. de clandestin. despon. capitu. fin. §. fin. cum suis concor. extr. de ma. contra interdict. eccles. contract. c. 1. Alii dicunt, quod etiam parti restituere debet sumptus: nec prius pandi debet ei aditus iudiciorum, arg. C. de iud. sancimus. quę loquitur in distincte. interest enim partis: quia forte si venisset, sic lis finem habuisset. Si autem citatus fuerit à iure, puta in casu illius const.
g extra de electio. statuimus [g] tunc nec puniendus est à iudice, hec
h cogendus est sumptus aduersario reficere [h]. Cum enim teneant quę contra eum acta sunt, est admittendus solum in eo statu, in quo causam inuenit, vt not. s. de appel. §. qualiter. vers. sed pone quod. & seq. non est duplici pœna afficiendus vt extr. de iudi. at si clerici. in fi. quia mitius agitur cum lege, quam cum ministro
8 legis, vt ff. de arbi. l. Celsus. ¶ † Sed quid si tres termini in vna citatione inseruntur, nunquid fit condemnatio in expensis, si non veniat in primo vel in secundo? dic, vt s. de cit. §. viso. vers. sed quid si. Nec est omittendum, quod licet iudex ab initio non condemnet contumacem ad expensas, tamen post litem contestatā, & semper vsque ad sententiam, & etiam in sententia poterit condemnare, & si sententiam ferat pro contumace, tunc non tantū tempore sententiæ, sed etiam ante. Nam cum iudicis officium semper duret à prima citatione vsque ad finem litis, merito, semper & ante litis contestationem, & post poterit condemnare. Imo etiam vid. tur, q̄ si ante litis contestationem pronunciauerit procuratorē nō obstante exceptione militię admittendū, velnō obstante spoliationis, vel excommunicationis exceptione, in causa procedendum esse, non dicens de expensis, adhuc lite pendente, vel in fine litis in eis poterit condemnari: nec, vt dicunt quidam. his casibus poterit appellare à condemnatione huiusmodi, cum decem dies efluxerint à die primæ sententiæ: & hæc sententia expensarum sit executio sententiæ prioris, ff. quod met. causa, si cum. §. aliquando. ff. de dol. arbitrio. nisi excederet in taxatione expensarū: vel nisi opponens exceptionē excusari possit, q̄ eam probabiliter proposuerit, licet succubuerit, ff. de leg. ii. qui solidum § ii & 2. q. 3. Paulum. ext. de elect. statu-
i mus. §. 1. [i] & j. §. nunc videndum. vers. dic ergo. Quando autem principalis persona debet expensas soluere, & quando procura
9 tor de bursa sua, no. s. de sent. exe §. sequitur. ¶ † Sunt autem multi casus in iure expressi, in quibus ante litis contestationem fit condemnatio in expensis ¶ Primo, si quis aduersarium malitiose laborare cogit per literas dolo, vel fraude cōtra eundem impetratas, extra. de rescript. cæterum. & ca. quia nonnulli. ¶ Secundo, cum passus missionem vult rem recuperare, & in causa procedere. debet enim prius satisfacere de expensis, extra. vt lit. non contest. quoniam § in aliis. & de sequest. capit. 1. ¶ Tertio opponens crimen & non probans, vt quis ab obtinendo beneficio repellatur. extra. de accusat. accedens. ¶ Quarto, is, qui opponit in forma electionis, vel postulationis, vel prouisionis aliquid, & non probat, extra, de election. statuimus
k §. adiicimus [k]. sed illud etiam post litis contestationem. ¶ Quinto, si appellans appellationem sufficienter non prosequatur ap

ADDITIONES.

a Quare. ¶ Idem Guido de Suza. in l. properandum. C. de iudic. quie tiam ibi tenet, quod petentur condictione ex ipsa lege, ff. de cond. ex lege, l. vna. nisi essent promissæ per stipulationem. nam tunc agetur ex stipulatu & subdit, quod non credit iudicem peccare, si condemnat in expensis litis factis ante litis contestationem, etiam si non fuerint petitæ, per §. si autem alteruter. vbi hoc notatur. pro quo facit, quod dictum est supra.

ADDE, quod Pau. de Cast. cons. 377. dicit, quod si sunt promissæ, petuntur iure actionis, alias officio iudicis.

b §. proxi. ¶ Ergo non est medius ad primum.

c Pia. ¶ lib. 6.

d De hoc. ¶ Et vide, quod ibi scripsi super gloss. si enim. & s. de cita. §. viso. ver. sed quid si tres. qui allegantur.

e Actor. ¶ lib. 6.

f Nunquid. ¶ Et j. §. ult. uer. hoc quoque.

g Statuimus. ¶ Libro. 6. ibi not. de hoc gloss. hanc pœnam. & vide quod super ea dixi, & de dol. & contum. ac. finem. super gloss. sed nunquid. post princip.

h Reficere. ¶ ‖ Statim: reficiet autem illos in fine litis, si fuerit victus non obst. quod infra, dicitur de duplici pœna quia condemnatio respectu recipientis non est pœna, sed interesse, ut scripsi de rescript. capite. ult. in fin.

i §. j. ¶ Lib. 6.

k Adiicimus. ¶ Lib. 6.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tur appellato prosequente, extr. de rescript. ex parte. de renunc. veniens. de appellat. reprehensibilis. & tenetur tunc quis ad expensas à tempore appellationis factas e. titu. Nicolao, uel si ante terminum impetrat literas tacita ueritate. eod. titu. sæpe. uel si super appellatione iniusta impetrat, eo. tit. ut debitus honor.

¶ Sexto, is, qui iniuste appellauit, remittitur condemnatus in expensis ad priorem iudicem. extra de appel. ut debitus. in fi. & de eo, qui mit. in pos. cau. rei ser. cum uenissent. de testa. significauit ¶ Septimo, is, qui appellat contra formam illius constitutionis, cordi. de appe. uel facit in aliquo contra eam, tunc remittitur ad primum iudicem in expensis condemnandus, ut in ea. consti. §.

a quod si. [a] Hoc enim casu reputatur non appellans, ut ibi: & ideo iudex appellationis, tanquam iurisdictione carens, non condemnat, sed remittit ad priorem iudicem, ut ille condemnet, ẽ. uersic. sed quis tunc. in prę. uero casu appellans ex probabili causa reputatur appellans, quãuis ex post facto causa falsa appareat: & ideo ibi iudex appellationis condemnat. Quidam tamen exponunt in c. cordi. condemnandus, id est, condemnatus, ut concordet cum

b illa, ut debitus. Sed prius dictum uerius est [b]. ¶ Octauo, si appellans petit remitti ad eum, à quo appellauit: quod potest, ut ext. e. interposita §. ille. ¶ Nono, in certis casib. positis extr. de rescri.

10 c. fi. in quibus inique impetrans punitur. † Sed quis tunc impetrãtem puniet: non enim uidetur, quod is qui impetratus est, cum non habeat iurisdictionem per tales literas, ẽ. uer. 7. & argum. ad hoc extr. de do. & cont. ex literis. ubi primi iudices condemnant, & non secundi: ideoque ordinarius id faciet. Ber. contra: dicit e-

c nim [c], quod impetratus in hoc habet iurisdictionem, ut cognoscat de ueritate precum, & pœnam expensarum per consequẽs imponat, ar. 25. q. 2. & si non cognitio. ext. de rescr. c. fi. in fi. & c. super literis. in fi. & ca. cęterum. ubi secundi iudices condemnant, & de appe. ut debitus. in fin. Idem dicit G. Naz. quia de quare cognoscit iudex, &c. ext. de causa pos. cum super. quod si requisitus non fecerit, cogetur per ordinarium illud de bursa propria resarcire. Nec ob. prę. c. ex literis. nam ibi exceptio de secundis literis fuit proposita coram primis iudicibus: & illi papam consuluerunt. Si autem fuisset opposita coram secundis, illi debuissent condemnare: arg. ad hoc ext. de rescri. dilectus filius Ioan. in fin. Caueat tamen sibi taliter impetrãs, qualiter procedet. nam si primo pronunciat literas non ualere, non potest deinceps condemnare, cum non habeat iurisdictionem. ext. de iu. at si clerici. Caute igitur faciet, si prius in expensis condemnat, & postea super li-

d teris pronunciet [d]. Licet autem alias possit in sumptibus condẽnare, non tamen potest, secundum Vin. mulctare: nec sententia excommunicationis per eum lata tenet inueritate, licet seruanda sit, ut not. plene, secundum eum, extr. de offi. deleg. significan-

e tibus [e]. ¶ † Decimo condemnatur in expensis citatus contumaciter se absentans, licet non sit missio in possessionem secuta, ut extra. de maio. & obe. c fin. de proc. querelam. C. de iu. sancimus. & de dol. & contuma. cum dilecti. nam & pro prima & secunda citatione fit condemnatio. ut præmisi. ¶ Vndecimo, reuocans mãdatum procuratoris in contemptum iudicis, & ad partis præiudicium, ext. de procu. c. 1. & c. auditis. ¶ Duodecimo generaliter reus exceptionem opponens gratia differendæ litis, fundata intentione actoris, punitur in expensis factis à tempore propositæ exceptionis, si deficiat in probãdo, ut extr. de dol. & cont. finem. sed hoc locum habet post litem contestatam. ¶ Decimotertio, is, qui minus sufficientẽ procuratorẽ dimittit, uel ꝓstituit: putareus, qui procuratorem constituit ad agendum tantum, extr. de procur. constitutis. ¶ Decimoquarto, reus conuentus asserens se spoliatum, nisi id intra 15 dies probet extr. de restit. spol. fre-

f quens [f]. ¶ Decimoquinto, opponens exceptionem excommunicationis in quacunque parte litis, & eam intra spatium octo-

g dierum non probans. ext. de except. pia §. ¶ Decimosexto, excõmunicans contra formam illius constitutionis, de sen. excomm.

h cũ medicinalis. §. superior [h]. vt ibi dd. Decimoseptimo, iniuste excommunicans tenetur excommunicato ad interesse, eo. titu. sacro. Decimooctauo, reum trahens coram diuersis iudicibus super pluribus personalibus actionibus. ext. de rescript. c. fi. & c. dis-

i pendia [i]. ¶ Decimonono, non ueniens in termino, ad quem citari fecit reum, ext. de dol. & contu. actor [k]. ¶ Vigesimo. generaliter quilibet alium in iudicio tenere uocans, ff. de iu. eum, quem temere. ¶ Vigesimoprimo, qui cœpto negotio, uel quasi rescriptum impetrat, per quod primum minime reuocatur, extra, de dol. & contuma. ex literis. ¶ Vigesimosecundo plus petens re, uel causa. extr. de plus pet. c. unico. ¶ Vigesimotertio. qui litem intra duos menses non contestatur, 3. q. 4. ca. libellum. ¶ Vigesimoquarto, generaliter ubicunque processus iudicis malitiose impeditur, C de fruc. & lit. expen. non ignoret. C. de iud. sancimus. ¶ Vigesimoquinto, generaliter ubicunque literæ per exceptionem legitimam reprobantur, extr. de rescrip. cæterum. ¶ Vigesimosexto, pars procurans iudicis absentiam. extra de offici. de leg. pastoralis §. fin ¶ Vigesimoseptimo, appellans, quia quarta productio testium denegatur. & non probans, extra de testi. significauerunt. ¶ Vigesimooctauo, generaliter quancunque exceptionem dilatoriã proponens & non probans: quod dic, ut ẽ. eod. §. uer. nunquid. ¶ Vigesimonono, generaliter alium malitiose fatigans. extra. de rescript. dispendia. §. qui uero [l]. cum suis similibus. ¶ Trigesimo, emendans libellum male conceptum, ut not. ẽ. de lib. conce. §. nunc ostendamus. uersi. sed & si. His igitur casibus & similibus in iure expressis condemnatur quis ante litis contestationem, & etiam post ante sententiam, in expensis.

12 ¶ † Quid si suspenso petitorio quis recursum, habet ad possessorium. ut extra. de cau. pos. & proprie. c. pastoralis. nunquid condemnabitur aduersario in expeusis factis in iudicio petitorio? Videtur, ꝙ sic, argument. eius, quod iam dixi: quia temere uidetur petitorium intentasse, ff. de iu. eum, quem temere. extra. de pœn. calumniam. Dic, quod secundum eos, uel illos Legistas, qui dicunt utrunque simul intentari non posse, nec de uno ad alium recursum haberi, nisi prius ex toto renuncietur, bene est condemnandus: secundum alios uero, & secundum Canonistas secundum quos utrunque potest simul intentari, postquam intentata sunt, alterum suspendi, & illo pendente ad aliud recur-

m sum haberi, ut ẽ. de petit. & pos. §. 1. uersicul. ut autem [m]. non est condemnandus. non enim uidetur temere uocasse, nec facit alicui iniuriam, qui utitur iure suo, extra de election. cum ecclesia Vulterana. & beneficium iuris nemini est auferendum 28. distinctione. de his. nec iuris beneficium debet esse occasio damni, ut C. de legibus. & constitution. quod fauore. Cum ergo ius hoc fieri posse concedat, non condemnabitur in expensis, qui de petitorio recursum habet ad possessorium: quia nondum uictus est in causa. Primo ergo super possessorio proceditur, & post super proprietate, extra. de testi. significauerunt, & si succumbat in possessorio, tunc condem-

n nabitur in expensis [n]: quia tunc demum apparebit, an temere liti-

ADDITIONES.

a Quod si. ¶ Lib. 6.
b Verius est. ¶ Vide quod ibi not. in gloss. not. dixit. & quod super ea dixi.
c Enim. ¶ In præ. c. ult. in ult. gl.
d Pronunciet. ¶ Hoc fuit consilium Pet. de Samp. ut ibi scripsi in fi.
e Significantibus. ¶ Vt ibi propter ipsius inuolutionẽ omissum, hic suppleas scire debes, quod Vinc. ibi super uerbo, pronunciarunt. dixit, quod illi delegati super expensis, si petitæ fuissent, pronunciare poterant, prius quã se exoneraſſent, de rescri. cæterum. Nam ut dicit citatus uenire debet etiam ad non suum iudicem, priuilegium suum allegaturus, ff. de iu. si quis ex aliena. & non ueniens punitri potest a iudice: qui saltem ex contumacia iurisdictionis nascitur, ff. si quis in ius uoc. non ier. l. 2. de appellat. si duobus. quod fatetur in expensis, ff. de iu. eum quem temere. mulctare tamen non posset. quia licet id lex concedat, canon tamen non: ex quo iustitia non periclitatur, de do. & cont. c. 1. Dicit demum, quod si ad iudicis: qui citauit, notitiam peruenit appellatio citati: uel impedimentum, quare sua non sit iurisdictio: licet non perfecte: perdit potestatem puniendi illum, ut præd. cap. si duobus. quasi non interfit facientis illum citari, sicut in citatione ad diem feriatum dicitur. ff. si quis in ius uoca, non ier. l. 2. in fine. Si autem tale quid non peruenit ad illius notitiam: & citatus non ueniat: si excommunicat illum, licet in ueritate non sit iudex in principali, dicit, quod, secundum quosdam: tenet excommunicatio: argument. de offici. delega. audientiam. Sibi tamen uidetur: quod in ueritate sententia excommunicationis non teneat lata ab illo, qui in ueritate ius uocandi non habet, quantumcunque seruanda uideatur. Secus dicit in sententia condemnationis: forsan intelligit expensarum, de qua primo dixerat, quæ litigatorem lædere potest, ex quo est iudex in opinione: licet non in ueritate, ff. de offic. præt. Barbarius. Vnde dicit, quod diffinitiua Barbarii tenuisset: excommunicatio tamen non: propter ipsius specialitatem, extra de re iudic. ad probandum. de excep. exceptionem. Sed dicit, quod sustineri posset contrarium, subdens, dici posse, quod licet in ueritate non teneat excommunicatio, tamen iste in ueritate uitandus est, nec audiendus uolens litigare de uiribus excommunicationis ex persona iudicis. Vnde dicit, quod si episcopus in ueritate excommuuicatus citat subditum: quem quia non comparet: excommunicat, uitandus est, nec audietur propter contumaciam suam uolens dicere excommunicationem non tenere: quia lata per excommunicatum: hanc gloss. auctori reseruaui. qui eam commendat.
ADDE, ut per episcopum Alex. in d. c. fi duobus. & cautelam Spe. reprobat Ab. Sic. consi. xlviii. illud afferam. libr. j.
f Frequens. ¶ Lib. 6.
g Pia. ¶ Lib. 6.
h Superior. ¶ Lib. 6.
i Dispendia. ¶ Lib. 6.
k Actor. ¶ Lib. 6.
l Vero ¶ Lib. 6.
m Autem. Quod hodie in causis beneficialibus deuolutis per appellationem ad curiam, ampliatum est, ut liceat in illis appellanti, vel appellato suspendere petitorium à se: vel ab aduersario inchoatum, in solo possessorio procedendo, ut in cle. unica, de causa possess.

re litigauerit,uel non.Et sic respondi domino Clem. papę 1111. de hoc a me in collatione præsentibus suis capellanis querenti.
13 ¶†In summa no.q̄ si expensæ fuerint factæ in iudicio,& quæris de expensis factis ante litis contestationē occasione rei? dic ut ŝ. in prin.uer.ex his.Si uero de factis ante litis contestationē occasione iudicii,puta quia exceptio, seu recusatio malitiose fuit ꝓposita,& non probata,uel rescriptum malitiose impetratum,iudex officio suo iuxta suum arbitrium debet malitiosum ex officio condemnare,ex quo de malitia sibi cōstat per testes, uel per uiolentam p̄sumptionē.hæc omnia probantur ext d.do.& cōtum.c.2.de resc.ceterum.& c ex tenore.& c.fi.de maio.& obe.c. fi de accus.accedens.in fin Dic etiam per dec.de do.& contum. finem.q̄ si iudex uel similiter præsumat exceptionem malitiose proponi,non dabit dilationem,nisi sub hac conditione, ut si in probatione defecerit,puniatur in expensis:arg.in præ.concor.&
b Inst.de off.iu.§.1.& ext.de rest.spo.frequens.§. sed in ciuilibus [b].
c & de excess.prælat.c.pia.§.si quis igitur [c]. in quibus dilatione pure data deficiens in probatione punitur in expensis. Multo fortius ergo,si sub hac conditiōe data existat.ar.ext.de ele.significasti.uel iudex recipiat ab excipiente iuramentum, q̄ hoc malitiose non proponat,ext.de elec.cum dilecti.§.2.de rest.spol.literas. §.p̄terea.de testi.p̄sentium.& c.ueniens.& c pen.cum simili & tunc expensę uenient iudicis officio,C.de rebus cre.generaliter §.his de p̄sentib.& sic arbitrariū est, utrum detur dilatio,
14 uel non,ff de pet.hære.si quis libertatem.§. plane. ¶† Cęterum si expensæ ratione contumaciæ petantur,iudex debet prius condemnare,quam in causa procedat,ut ŝ.uersicu.sed quæritur. Refert tamē an reus petat ab actore expensas,hac ratiōe scilicet,ga uocatus reus ad instantiam actoris uenit,ipse uero actor non uenit: & tunc locum habet C.quomodo & quando iu.authē. qui semel.C.de iruc.& lit.expen.non ignoret.ext.de procu. consti-
d tutus.ext.de dol.& cont.actor [d].an actor à reo: & tunc locum habet ext ut lit.non contest.quoniam.§.in aliis ext.de do.& cōte.cum dilecti.C de bo.auctor.iu.poss.authen.& qui iurat.& de
15 sequest.pos.ca.j.& de proc constitutus, ¶† Sed pone:reus citatus ad certam diem,non uenit:iudex etiam impeditus uenire ipse non potuit: quæritur, an reus punietur in expensis? Respon-
e deo,non:quod dic,ut j̄.§.fi.[e]

ADDITIONES.

a In expensis.¶ Factis in iudicio possessorio, sed de his non quærit quæstio, sed de factis in iudicio petitorio suspenso,& si intellexisset quod eo ipso.q̄ in possessorio succubuit,condemnatur ad illas male dixisset. Teneas ergo, quod plene scripsi in ca.pastoralis.super gl.pen.in prin. & in distinctione, quam ibi formaui,per quæ patet,expensarum factarum per reum in petitorio,in tribus casibus condemnationem sibi fieri,quando actor non suspēdit petitorium sed illi renunciat,uel quādo illo suspenso,ad illud reuertit & succumbit: uel quando reus instans absoluitur ab instantia ibi uide.
b Ciuilibus. ¶ Lib.6.
c Igitur. ¶ Lib.6.
d Actor. ¶ Lib.6.
e §.fi. ¶ Sub.uer.tu autem uer.si autem.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ post litem contestatam factæ officio iudicis peti possunt.*
2 *Lite finita debet regulariter victus victori in expensis condemnari.*
3 *Expensæ post litem contestatam,& ante sententiam factæ, in quo differāt.*
4 *Exceptionem in causa spirituali non probans, præsumitur male excepisse.*
5 *Victum victori in expensis debere condemnari,qualiter intelligatur.*
6 *Expensæ in iudicio post litem contestatam factæ,multipliciter considerantur.*
7 *Actore vincente,etiam absente, an veniat reus sibi in expensis condemnandus.*
8 *Sententia absolutoria lata,præsumptio iuris est contra actorem.*
9 *In expensis,quæ ante sententiam præstantur,non attenditur, an eas præstans iustam causam habuerit litigandi in principali.*

¶De expensis,quę fiunt post litis contestationem.

4.§. Nunc de expensis,quæ fiunt post litis contestatā, & in fine litis, aliqua in subditis perstringa-
1 mus ¶†Scias igitur,q̄ illæ iudicis officio petūtur. nam quę post litem contestatam accidunt, ualde spectant ad officium iudicis, ut j̄.uer.hoc quoq;.& dic,ut ŝ.§. prox uer.ex his.& nisi iudex tēpore sententiæ condemnet ad eas quę ueniunt iudicis officio, postmodum peti non possunt,ut C.de iruc & lit. expen. terminato,nisi in causa appellationis,C.quando prouoc.non est nec. l.fi. & supra de app.§.in quibus uersiculo.34.& cum petes sentē tiam,consulo,quod semper de expensis protesteris,& eas petas
2 ut dixi supra de peti.sententię,& ŝ.§.j.uersiculo,& not.¶†In fine autem litis uictus victori debet regulariter in expensis condemnari,C.de iu.properādum §.sin autem alterutra.Institu.de pœn. tem litig.in prin.extra,de pœn.calumniam extra,de mario & obe.c.fina.in auth.de iu.§.oportet.Col.6.C de epis.& cler.
3 auth.generaliter.¶†In hoc autem est differentia inter has expēsas, & illas quæ p̄stantur ante sententiam : de quibus dixi ŝ.§. prox.uersi,hoc autem certum.& per totum §.nam in his distinguitur, sicut B. distinguit in dilatoriis exceptionibus,ut ibi in uersiculo,sed nunquid.uidelicet an habuerit probabilem causā litigandi,uel non:& an sit iuratum,uel non:ut si habuerit causam probabilem litigandi,non condemnetur quis in expēsis,licet deficiat in probatione exceptionis,argument.ext.de eo,qui mit.in poss.causa rei seruan. cum uenissent.de sent.excommun.sacro. §.forsan.ff.de leg.2.qui solidum §.etiam.uersiculo,nec aliud.&
a in auth.de iu.§.oportet.extra de electio. statuimus.§ fina.[a] & 2. quęst.3.§.Paulum.& j̄.§.proximo,prope prin.ibi,quidam autem &c.& hoc tenet papa,ut j̄.uersiculo,hoc etiam. uel etiam si iurauit de calumnia:quia postea p̄sumitur iustam causam fouere, secundū Ioan.non ein, p̄sumitur q̄ sit immemor proprię salutis,ut j. quęst. 7. sancimus. Idem quoque est in exceptionibus post iuramētum calumnię propositis: quia iuramentum de calumnia extenditur ad omnia,quæ incidunt,uel emergunt in causa post litem contestatā,C.de iur.calum.authen.hoc sacramentum.Si enim indistincte fieret condemnatio expensarum,hoc metu sæpe quis suum ius relinqueret indefensum,ut ff.de pet.hęred.illud.& quę dixi,uera sunt,nisi constet de calumnia, seu malitia.Nam tunc non obstante causa probabili,uel iuramento,cō demnabitur in expensis:quia prima præsumptio tollitur per se-
b quentem [b],extra,de præsumpt.literas extra.de elect.cum inter R.nam præmissa præsumptio non est iuris & de iure, ŝ. de præ-
c sumptionibus.[c] alioquin temere litigans quandoque non condemnaretur in expensis:quod esse non debet,ut in pręc. calumniam.& in pręl.eum quem temere. Si autem nō fuit iuratum de calumnia,tunc fit condemnatio,ut in d.c.finem.extra. de ma.&
4 obed.c.fin.¶†Quid si est talis causa in qua non iuratur de calumnia,puta spiritualis,in qua non de calumnia,sed de ueritate iuratur,extra,de iur.calumn.ca.2 Dicit T.quod tunc debet condemnari in expensis deficiens in probatione exceptionis,fundata intentione actoris.& sic intelligitur extra.de dol.& contuma.finē quia eo ipso quod non probat,præsumitur malitiose excepisse: & quod ibi dicitur,præsertim in spiritualibus,exponitur,id est, tantum.& idem est,si succubuit in causa principali ut possit de probabili errore docere. Vinc.autem dicit quod per c.finem.aliquid additur,ut uidelicet ex quo fundauit intentionem meam,si tu opponis de exceptione, quam tu non uis statim probare,debeas condemnari in expensis,siue sit iuratum de calumnia, siue non:argum.pro eo ext.de offici.delega.prudentiam.§.sexta.Posset tamen hoc exigi iuramentum,quod malitiose exceptio non proponitur:arg.extr.de elect.cum dilecti.extra, de resti.spol.c.
d literas.Do.meus dicit [d],q̄ in omni genere litis locum habet regula illa,uictus victori,& c. & intelligit c. finem. etiam,quando de calumnia iuratur,locū habere:& exponit ibi p̄sertim,id est Maxime:quia idem,quando quęstio non spiritualis est, ut dicit. nam semper uictus uictori.&c.nisi de probabili constet errore. Alii uero,ut Pla.Ia.& Bal.dicunt,q̄ nulla distinctio est in præmissis facienda nam eō ipso,quod quis succumbit, intelligitur malam causam fouisse,argu.C.de episc.& cler.authent. generaliter ibi,si uictus fuerit,creditur iniuste litem mouisse,&c. sicut & in causa criminali pręsumitur calumniari qui non probat.C.de adnoc.diuer.iu.l 1.extr.de iur.calumn.ca.1.2.quęst.3.qui non probauerit.2. & sic idem dicunt esse in ciuili.Sed benignius est,si exponas illud uerbum, Victus,scilicet ab aduersario.arg.C.de episcop.& cleric. omnis. in fin. & nos in curia Romana indistincte
e uictum in expensis condemnamus, nisi iussus domini papę, uel
5 alia euidēs ratio impediat [e].¶†Quod antē dixi,q̄ regulariter uictus per

ADDITIONES.

a §.fin. ¶ Lib.6.
b Sequen. ¶ Et sic præsumptio, quæ ex iuramento oritur per contrariam sententiam.
c Præsump. ¶ §.2.uer.necessaria.
d Dicit.¶ In Summ ibi ŝ.& in decr.finem.uer.super 1.gl.quatuor ipsius rationes posuit.
e Imped. ¶ Et hinc patet,quod scripsi in decr.finem.super gl. sed nunquid, ubi uide:& de pœ.calumniam,super gl.2.&,ut ibi dixi: fit potissima ratio, quia & si fateamur per iuramentum calumniæ excludi calumniam, non tamen temeritatem,ex qua etiam procedit condemnatio expensarum,ibi uide.
ADDE Abb.in d.c.finem.ubi dicit dictum Spec.ubique seruari.

ctus per sententiam diffinitiuam debet victori condemnari in expensis, verum est, nisi sententia pro absente feratur, ut C de iudic properandum. §. & si quidem uersi. si autem ex gestis. extr. de
a pœn. calumniam [a]. nisi iusta ignorantia uictum excuset: puta quia habuerit probabilem causam litigandi, ut s. vel quia reus habet legitimam causam absentiæ, ut in præd. l. properandum. §.
b sin autem ater utra [b]. ¶ ††Hoc quoque notandum est, secundum
c M. quod aut petuntur expensæ factæ in iudicio post litem contestatam occasione rei, aut factæ occasione iudicii. Si occasione iudicii, aut sunt factæ quia deficit pars in probatione, aut ratione contumaciæ. Si ratione contumaciæ factæ sint, aut reus petit eas ab actore, aut actor à reo: aut petuntur expensæ ab eo, qui in causa succubuit. Si quidem expensæ petuntur factæ in iudicio post litem contestatam occasione rei, ueniunt in condemnatione officio iudicis. Idem in fructibus & in accessionibus post litem cóntestatam perceptis. ff. de edil. edic. ædiles. §. item sciendu m. & l. item si seruꝰ. §. j & ff. de aqua plu. arc. Atteius §. fina. C. derei ven. certum. ff de eo, quod cer lo da. op. in bone. in princ. huius §. per quam l. in bone & per alias probat, quod si intentetur actio bonæ fidei iure actionis propositæ, ueniunt præmissa: si stricti iuris, iudicis officio. quod dic, ut s. §. si ante litis, uersicu. ex his. Et hæc condemnatio fiet tempore sententiæ, & eadem die poterit suppleri, j. §. fin. uersic. illud etiam. Si autem quæritur de expensis post litem contestatam occasione iudicii factis, forte ea ratione, quia obiiciens exceptionem succubuit, si is contra quem obiicitur, nondum suam intentionem fundauit, seu probauit, dic, ut s. § proxim. uer. in summa. Si autem cum obiicitur, iam eam fundauerat, præsumptio iuris est, quod malitiose proposita sit, arg. extr. de rest. spol. literas. §. propterea. Vnde non obtinebit dilationem nisi sub hac conditione, quod condemnetur in expensis, si forsan deficit in probando, ut extra, de resti. significauerunt. & sic loquitur præd. decre. finem. secundum eum ibi, cum acceptis induciis, &c. id est, sub hac conditione inducias excipias, ut si forsan, & c. etiam quod ius præsumit post fundatã intentionem ab aduersario. Item potest presumere iudex, quando ante litis contestationem, vel post, ante quam sit fundata partis alterius intentio exceptio proponitur: & debet suum motum informare ex probabilibus coniecturis, extra, de testib. præterea. & c. in presentia. & de accus. qualiter. ii. extra, de renun
7 ciat. in præsentia. & dixi in præd. uersi. in summa. ¶ ††Porro si petuntur expensæ occasione iudicii post litem contestatam propter contumaciam partis, & reus petit ab actore non ueniente, locum habet C de iudic properandum, §. & si quidem pars, & §. si autem ex gestis quia fertur sententia diffinitiua, siue pro actore, si ius habet, siue pro reo: sed in utroque casu [c] absens condemnabitur in expensis: & hoc, si liqueat de causa. Si uero actor petita reo, qui nullo modo uenit, locum habet ea. lex, §. si autem reus, quia tunc fertur sententia super expensis cum principali: & hoc, si liquet de causa: alias fit absolutio ab obseruatione iudicii, & fit condemnatio in expensis ut ea. l. §. cum autem eremo dicium. Sed si actor contumax, siue reus, postmodum ueniat, non procedetur in causa, donec expensas restituerit, C. eo. sancimus. que loquitur indistincte in actore & reo ante litis contedstationem & post, extra de dol. & contum. actor [d]. Ceterum si expensæ iudiciales petuntur ab eo, qui succubuit, dicit domin. meus, quod iure communi uictus victori condemnatur, iuxta premissam regulam, subtractis expensis, quas alter utra partium pro contumacia soluit, uel quia in probatione deficit, de quibus supra dixi. Illas enim non recuperabit, cum propter suam contumaciam soluerit, uel soluere debuit, secundum dom in.
8 meum. ¶ ††Hoc vult dicere: pone, condemnaris mihi victori in expensis, quas feci in lite: ego uero propter contumaciam meã, uel quia defeceram in probatione alicuius exceptionis, in pro
e cessu causæ solueram decem [e]. nunquid ergo illa decem ueniunt in condemnatione, & ea recuperabo, cum occasione litis expenderim? Certe non: imo subtrahuntur de condemnatione mihi facta, cum per contumaciam & culpam meam soluerim illa, arg. extra. de procur. auditis. & de dol. & contu. c. finem ff. de admi. tut. si plures in fi. arg. extra de rescr. c fin uer. quique illos. ubi im petrans contra eum, contra quem nil quæstionis habet, condẽnari debet ei in expensis. Sed cum hęc negatiua sit, dicit quod nõ potest probari, nisi per euentum causæ. C. de iudic. rem non nouam. §. fi. extra. de frig. & mal fraternitatis. in fi. Vnde lata sententia absolutoria, præsumptio iuris est contra actorem. arg extr. de cle. innotuit. §. parcẽtes. qui ex quo deficit in probatiõe, calũniari præsumitur, nisi innocentiã suã probet: unde & punitur, extr.
f de elect. statuimus. in fi. [f] hoc not do. meus in Summa de do. & contu. §. qua pœna. quæ tamen satis tacta erant in præmissis. Papa uero ext. de appel. sepe. quod expense, que fiunt extra iudiciũ, petuntur iure actionis: pro factis uero in iudicio nulla competit
9 actio, nisi iudex de illis pronunciet, C. de fru. & lit. expen. termi
g nato. C. de postul. l. iiii. ¶ ††Hoc etiam scias secundum Papam quod in expensis, quæ ante sententiam præstantur, non attendi
tur, an eas præstans iustam causam habuerit litigandi in principali. vel non: sed solum in exceptione, uel alio articulo, de quo agitur, & cuius occasione petuntur, ut c. finem. & de sequest. pos. c. 1. ad fi. & de testi. significauerunt. & de appe. sæpe. iii. quæst. iii. §. spatium. ad fi. extra de procur. auditis. & c. constitutus. sed in illis, quæ in fine litis prestantur, attenditur, an succumbens habuerit iustam causam litigandi, uel probabilem tantum: & sic non fit condemnatio in expensis, extra de eo, qui mit. in pos. causa rei ser. c. ii. & s. uersi. in hoc. ut infra §. proxim. dicetur. Quando autem debeat quis aduersario suo in expensis prouidere, not. tin-
h fra de inquisitione §. fi ad fi. [h] Item utrum arbiter possit in expẽsis condemnare, dixi supra de arbit. §. fi. uersi. sed cum s. in forma & seq. Item qualiter fit condẽnatio in expensis, not. supra de excep. §. uiso. uersi. quod si reus probat. Item utrum iudex possit supplere de sumptibus, & fructibus, si fuit in sententia omissum: & quid iuris, si nolit supplere. supra de disput. & alleg. §. fin. uer. quid si de & seq.

ADDITIONES.

a Calumniam. ¶ Vltra ea, quæ scripsi super ult. gloss. quæ omnino uideas, est sciendum, quod Sim. Vincent. scripsit super l. pen. §. fin autem iii. ubi glo. etiam decidit hos duos casus, & quosdam tenere, quod iste primus casus non congrue excipitur a condemnatione: nec hoc intendit. §. si autem ex gestis. eadem l. nam. ut dicit, victus præsens actori absenti & vincenti bene condemnatur in expensis: sed de condemnatione excipitur summa, quam victus præsens expendit. est ergo exceptio non a condemnatione, sed ab integra condemnatione. ut dixi super prædicta vlr. gl. uel forsan a solutione, si intelligis textum de condemnatione facta, illas detrahendas, quasi cõpensando. uel, ut primo dixi, ab integra condemnatione: in terminis condemnandus erat reus actori, si fuisset presens, in xx. pro sorte & expensis: dicit Simon cum Accu. reus in lite expendit v. condemnandus est in expensis propter malam causam. & quia victus propter actoris contumaciam factam per sacramentum fide quod illa v. expenderit, condemnabitur solum in xv. de sorte & expensis: puto dixisse Accurs. ubi s. & Simon: quia facilior est computatio in personali: quod patet etiam in casu conuerso nam absoluto reo absente, actor sibi debebat condemnari in expensis: detrahetur autem de condemnatione expensarum, quod ipse actor presens expendit. Sed & in reali idem est. uendicat actor domum a reo: fertur sententia pro actore contumace reo presente: uel econuerso fiet, ut s. & per utrumque dictum impugnatur opin. Plac. Esset autem dare, quod uerificatur seu uerificaretur totum, in exceptio, de qua opponebam primo, scilicet quia tantum, uel: Ius expendit presens uictus, ut absens uictor: tunc enim nulla fiet condemnatio: & quod dicit lex de detractione, intelligitur, si fieri potest.

b Alterutra. ¶ Vtrum minor, cuius nomine calumnioſam litem mouit curator, &c. sumptus restituet. no. supra de sentent execu. §. sequitur. uersi. sed quid si. In summa distingue tempus, ut concordes uariantia iura, ut ii. q. 1. si peccauerit. xxix. distin. c 1. & ii. Primo enim statutum fuit in laicis, quod condemnantur in expensis, ut ff. de iud. eum quem. Secundo, in ecclesiis, seu clericis, ut C. de episcop. & cler. omnes. in fi. Tertio fuit generaliter statutum, quod victus victori, &c. ut in præ. §. fin autem alterutra. Quarto, ut actor promitteret decimam partem litis in libello comprehensæ, si apparuit eum iniuste litem mouisse. C. de episcop. & cleric. authent. generaliter. Quinto correctum fuit, quod dicitur in præd. §. fin autem. nam non debet iudex in expensis condemnare victum, nisi viderit eum iniuste contradixisse, ut in præd. §. oporter. Hodie de consuetudine multorum non condemnatur uictus uictori, nisi ex presse promissæ fuerint, vel nisi in causa appellationis. Sed de hoc dic, ut prædixi.

c Casu. ¶ Hoc non fateor: imo vincente actore absente condemnabitur sibi præsens uictus, ut dixi super uersi. quod autem.

d Actor. ¶ Lib. vj.

e Solueram decem. ¶ Siue in prosequendo exceptionem, siue in soluendo expensas propter id factas ab illo, qui in principali succubuit.

f In fin. ¶ Lib. vj.

g Secundum Papam. ¶ In c. finem. quod ponit etiam glo.

h Ad fi. ¶ Et ibi ver. quod si canonicus. tractat de uenereali. xx. an canonicus qui obtinuit prælatum priuari, repetat expensas ab ecclesia. Item an minor quia citatus non cõparuit, passus missionẽ, uel bannitus, teneatur ad expensas recuperando tenutam, uel petens bannum cancellari? uide, quod plene dixi supra de 1. decreto, §. restat. uersicu. sed pone, quod pupilli. & uersi. seq.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatio quare aliter fiat in causa appellationis, & aliter in principali.*
2 *Appellans quo pacto veniat in expensis condemnandus, uel non. & numer. 5.*
3 *Regula, Victus victori, &c. an locum habeat in causa appellationis.*
4 *Calumniari contra salutem propriam nemo præsumitur.*
6 *Expensæ factæ in causa appellationis in iudicio emissæ, &c. veniunt iudicis officio.*
7 *Iudex appellationis succedere dicitur iudici causæ principalis.*

8 *Appellatus succumbens in causa appellationis, an veniat in expensis condemnandus.*
9 *Sententia lata semper præsumitur iusta, donec contrarium probetur.*
10 *Appellatione extra iudicium facta, bene potest appellatus condemnari in expensis in lite factis.*
11 *Appellatus absens semper venit condemnandus.*
12 *Iudice appellationis pronunciante male appellatum ab interlocutoria, vel grauamine, & remittente ad priorem iudicem, qualiter fiet condemnatio.*
13 *Expensarum petitio in quibus causis locum habere dicatur.*
14 *Executor quo casu expensas mereatur, vel non.*
15 *Appellans ex vna iusta causa, licet multæ friuolæ illi iungantur, tantum consequitur per istam solam, quantum si cæteræ essent iustæ.*
16 *Condemnatio non debet ex diuersis causis friualis fieri, si vna inter eas bona probetur.*

¶De expensis in causa appellationis factis.

5.§. Nunc uidēdum restat, qd iuris sit de expēsis in causa appellationis factis Et certe tunc, secundū Ioan.T.Vin.& B nulla est distinctio facienda, an instam causam habuerit appellandi, uel non: siue appelletur ante sententiam, siue post: nam semper condemnabitur appellans in causa appellationis succumbēs, ii.q.vj.omnino.& extra, de ap.ut debitus.& c. sæpe.& c.reprehensibilis & c.Nicolao.C.eo.eos §.ne temere.extra, de eo, qui mit.in poss causa rei ser.cum uenissent.C.quo.app. non recip.ab executione.& ē.§.si ante lit.contest.uer.v.& uersi. vj.& uer.vii.& uersi.viii.¶†Est ratio, quare aliud in causa appellationis, & aliud in principali, ubi non fit condemnatio indistincte: nam in principali inducuntur probatione facti. in quo probabilis est ignorantia, saltem quo ad factum alienum, ff. de iur. & fac.ignor.plurimū.ii.q.iii. Paulum.sed in causa appellationis, quæ habet per acta prioris iudicii expediri, ut ē. de sent §. iuxta. uersi.sed si causa.ubi frequentius non inducuntur probationes. facti, sed tantum iuris allegationes, extra, de app. læpead princ in quibus ignorantia probabilis non est.ut ff.de iur & fact.igno. regula.cum potuerit consuluisse peritos, ut ē.de aduoc. §. nunc tractemus.uer. habito. & satis per ea instrui potuit, quid per ea futurum esset in causa appellationis: ergo si inducantur probationes facti, secundum hoc uidetur, quod non fiet indistincte, ut iā
a dicam [a]. Tamen, secundum Vinc. ubi quis calumnioſe appellat, magis punitur, C.quo.ap.non re.ab executione. In crim inali autem causa lite perdita notatus abscedat.C. de app à proconsulibus.¶†Quidam autem, quos Pet.de Sam sequitur, dicunt, quod premissa obtinent, ubi quis calumnioſe appellauit: sed si possit ostendere, quod iustam causam habuerit appellandi, uel quod appellando probabiliter errauerit, non condemnabitur in expēsis, sed pronunciabitur non bene appellatum esse, arg.in præd.c. cum venissent.tam in tex quam in gl.cum concor.quę sunt ē.§. px.uer.hoc autem in.& not.ii.q.vj.§.patet.uerbi gratia, conuenis me coram ordinario: appello, ne ille in causa procedat, quia super eadem causa misi nuncium ad sedem Apostolicam: secutus opinionem Doctorum dicentium hanc appellationem esse iustā per deeret.de appell.meminimus.& c.ad hęc sicut. iudex autem secutus aliam opin. quæ probatur per decret.eodem titulo, ut debitus pronūciat me minus rationabiliter appellasse, certe hoc
b casu non sum in expensis condemnandus [b], arg.in præd.concor. quæ sunt in præd.uer.in hoc autem.alias quilibet ius suum dimittet indefensum ut dixi in prę.uer.in hoc. Ibi etiam dixi, quando pręsumatur non calumnioſe appellatum: puta quia iuratum est de calumnia. Error etiam probabilis dici potest propter negotii varietatē, uel si successit alteri, ff.de reg.iur.qui in alterius.uel pone exempla, ut extra, de iureiur.mulieri.extra, de noūi oper.nūc.
3 c.ii.¶†Dic ergo, quod in causa appellationis locum habet regula, uictus uictori, &c. sed non semper, puta si iudex uideat uictum errore probabili uictum, qui debet illud in sua sententia
c declarare, ut C.de iudi.auth. post iusiurandum [c].¶†Nam cum &
4 in causa appellationis de calumnia iuretur, ut extr.de testa.Ray-
mum: ergo non est interesse: sed damnum conuentionaliter æstimatum est in teresse conuentum: vt no. Dy in c. mora. de reg. iur. lib. 6. Bald. Sed quomodo probatur interesse singulare per testes. quòd ipsi non sint singulare? Respon. si concordant in dicto, & causa non ad diuiduum relata, id est, ad tempus & singularem affectionem: quia tũc testis esset singularis? nec ad genus generalissimum omnium hominum, quia est interesse commune: sed ad genus subalternum, scilicet hominem talis industriæ, & talis conditionis, ff. de verb. oblig. l. continuus. §. cum ita. secundum glos. Bald. ¶ Ex coniecturis etiam iudex æstimat, l. semper. §. hoc interdicto. ff. quod vi, aut clam. vide, quod no. Inst. de verb. oblig. §. fi. & l. fi. ff. de præt. stipul. quod dic, vt not. per glo. & Cynum in dicta l. 1. versic. vide. Bald. Et nota, q obligatio prima taxat secundariam, si primaria habet certos fines: sed si non habet fines certę æstimationis, non potest tunc aliud taxare. quia terminus, ad quem fit relatio, taxatus esse debet. nam incertus numerus non potest alium numerũ dinumerare. tunc igitur iuxta facti æstimationem debetur æstimatio simpla ff. de ver. oblig. l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. & quod vltra communem æstimationem singulariter interest, in totum debetur. Sed cum in factum cadat interesse commune, & operæ pretium, ff. locati, l. qui insulam. §. qui ędes. ff. pro socio. l. cum duobus. §. cum in coeunda. & l. societas contrahitur. ff. de cond. ind. & l. si non sortem. §. libertus. Quare interesse commune non mensurat interesse singulare? Resp. quia in facto non cadit æstimatio uniformis. & sic non cadit interesse commune: nisi forte fit tale factum, quod locari cõsueuit communiter: & istud dicitur interesse commune, sicque inter casus certos, non inter casus incertos ire casus ponere tur: arg. ff. de præscr. verbis, l. naturalis. §. at cum do. & l. j. §. j. de superfic. in glo. & arg. ff. de rebus dub. l. j. omne autem, quod est certum, aut est certum de se, aut est certum per relationem ad aliud: & sic non ex se, sed per relationem adiũcti, ut l. hęc sententia. & l. in summa. Quomodo ergo in materia accipiemus interesse? Respon. casu certum appello, quando res ipsa recipit æstimationem communem, quæ cadit ut in plurali, ita quòd persona non facit locum interesse, sed res, id est bonitas rei. Nam quod uniforme est, facis certum dicitur, vel videtur: sed quod non est aptum natum vniformiter prodesse, sed difformiter, istud non dicitur certum commoditate communi, sed debet fieri certum iudicis subtilitate ex veritate personarum & circunstantiis: simi. ff. de legatis. 3. si finc. & de legatis, 2. l. j. Arbitrarium est ergo, magis quam taxatum: sic ff. de testibus, l. 3. §. tu magis ff. de iure dotium. l. cum post. §. generi. & l. quæro. Item quædam sunt res, quæ habent intrinsecam bonitatem, cui communis æstimatio commensuratur, ff si certum petatur, l. cum quid. & l. uiaum. & in istis cadit regula de casibus certis & commensuratis. Quædam sunt, quæ non habent intrinsecam bonitatem, vt ire Romam, fossam fodere, & similia: & tunc interesse singulare non possumus metiri penes interesse commune: & non cadit in casibus: quia non afferunt tantam utilitatem respectu uniuersorum, quantam respectu singularis personæ: & sic interesse omnino difforme & non conforme: & hoc propter esse, & propter qualitatem inhærentem personæ, ff. ad exhib. l. populi. & not. ff. de eo, quod certo loco. l. 3. §. fin. Item propter necessitatem incumbẽtem personæ, ff. de ser. expor. l. ferui venditor. §. fin. & l. seruus ea. Item propter affectionem iustissimam, ff. mand. l. cum seruus. ea enim qualitas, quæ communis non est, sed singularis, mensurat interesse singulare, ut quia patet: sed qualitas communis est, quæ mensurat interesse commune, ut quia homo, non quia filius, ff. ad l. Falc. l. pretia rerum. post princip. nam talis natura communis est, ff. de accus. l. hos accusare. §. fin. simile dicimus ff. de pc. l. in popularib. in prin. Distinctio ergo legis est in tribus. quædam enim sunt res, quæ per se natura liter vtiles sunt ex quantitate, ut frumentum: vel natura, ut bos: quædam, quæ ex accidenti, vt purum factum, quod communiter non deducitur, nec cadit in commercijs & in actibus hominum, ut ire Romam. nec communiter est in vsibus hominum. Bald. ¶ De lucro nota, quòd est lucrum rei, & lucrum spei. Spei est multiplex: quoddam enim est pendẽs ex insidiis fortunę, vt institu. de verb. oblig. §. ex conditionali. in hoc nõ omnis potentia deducitur in actum, ff. de condict. ob caus. l. quod seruus. sed distrahitur de potentia propinqua, & remota. Quoddam est dependens ex facto meo & alterius, ff. ad l. Falcid. l. pretia rerum. in fin. Quoddam pendẽs ex mera aduersarij. ff. ex quibus causis maio. l. sciendum. & l. denique. Quod dam pendens ex uerisimilibus coniecturis, ff. de eo, quod certo loco. l. 3. in fine. Lucrum autem præsumptionis, voco lucrum temerè præsumptum, ff. ad exhib. l. pen. C. de senten. quæ pro eo, quod inter. l. 1. §. pe. Lucrum enim vt veniat in iudicio, debet esse verisimile, & non aberrare a iustitia naturali, vt lucrum vsucapionis, & lucrum vsurarię prætitatis, vt not. ff. de furtis, l. si quis auxilium. §. fin. per glo & Dyn. Lucrum rei quoddam cohærens est, vt si emi bono foro, puta pro decem mercantiam, quæ valet xv. tunc, vel posteà copit ea valere: sic enim ditantur mercatores. Quoddam est separatum a re, quod accedit magis contemplatione personæ. quam rei, vel iusta ratione: vide infra, eodem, §. nota. q quidam. §. & hoc dico. &c. ¶ Nunquid interesse singulare dicatur pretium? Gloss. dicit, q sic: sed textus dicit contrarium: vt. pretia rerum. & probatur exemplo. si seruus tuus me offendat, ego multum ubi darem pro eo habendo & iugulando. l. pen. ff. de cond. ob caus. & tamen illud non dicitur pretium: quia delinquendo nemo fit pretiosior. nam si esset pretium, ergo factus esset pretiosior delinquendo: quod est falsum: ergo nomine pretij absolute probato, non cõtinetur interesse singulare. Bald. Qualitas enim inhærens subiecto, habet denominare subiectũ singulare. secundum Aristo. Vnde interesse, quod concernit singularem qualitatem inhærentem personæ, dicitur interesse singulare, argumen. ff. de acquir. hæredit. l. Paulus. §. fin. & C. de impon. lucra. descript. l. j. lib. x. & nota, q total. j. C. de sen. quæ pro eo, quod interes. loquitur de interesse singulari. ¶ Et not. q aut debetur res, aut factum. Insti. de verb. oblig. §. non solum. ¶ Res autem debetur trib. modis in quantitate, & sub hoc vocabulo comprehendo omne corpus: in genere, & sub hoc comprehendo formaiem generis obligationem, quę tamen in executione obligationis erit species, ff. de le. 2. l. Mæuius. sed nobus. & l. 3. ff. qui, & a quibus. Et in istis tribus scilicet quantitate, specie, & genere. constitit quędam natur[illegible] interesse communis, quę taxat singulare interesse, [illegible] nimietas est odiosa legi, sicut infinitas. ff. de contrahen. em[illegible] not. Prętera & lex taxat pœnas. Aut debet factũ. & in hoc non cõsistit per naturam facti aliqua certitudo interesse communis. Et hoc ideo tacitè cõtrahendo videtur habitus respectu ad interesse singulare, quod substantia obligationis facti probet. vt ff. man. l. si procuratorem. §. mand. & ff. de seruit. l. quoties. & facit, qd no. ff. de ver. ob. l. stipulationes nõ diuiduntur. §. Celsus. & l. certi pdictio. in prin. ff. si cer. pe. in gl. q incipit, inculcatio verborũ. & in gl. q incipit dic certũ. Accedat pdictis, q i obligationibus factis magis pòderat interesse: quia factum non pfideratur principaliter per se, sed propter interesse: quæ conuentio simpliciter per se est intelligenda. ff. de præc. stipul. finam. fi. item ratam haberi. l. commissa. vide infra eod. §. & nota, quòd aut merum. ¶ Et no. quod quædam sunt quæ habent plurimum iuris, vt dationes: quædam plurimum facti, vt scribere librum, & similia: quædam mista sunt, & habent plurimum iuris & plurimum facti, vt traditio ex causa emptionis. ff. de vsuris. l. si stipulatus. Adeo nanque ius continet, vt si agatur, ne ius transferatur non est emptio: quia & si non actualiter, tamẽ potentialiter debet interuenire iuris translatio, vt ff. de contrahend. emp. l. cum manu fata. §. fin. ¶ In habentibus plurimum iuris, id est, in quibus tota forma obligationis in iure consistit, licet in executione obligationis factum versetur, vt l. traditionibus. C. de pact. & de leg. 2. l. Męuius. §. fundo. non venit inter esse iure actionis, nec est in petitione, sed in executione, Instit. de leg. §. si resti. de leg. 2. l. non dubium. Tamen hoc interesse taxatur, & eius condemnatio moderatur per dictam l. 1. dicet veniat officio iudicis. In mistis uenit interesse iure contractus, & iure optimo id est, iure actionis debetur: & itidẽ taxatur in puris factum. Glo. dicit non taxari per l. gemi, sed per facti contingentiam, vt l. quatenus. ff. de regulis iuris. Sed hoc videtur falsum: quia in contractu locationis locator tenetur ad purum factum, id est ad penitentiã & tamen taxatur interesse. Sed respon. q potius patientia est in executione obligationis, magis propter aliud, id est, propter fructus rei, qui habent certam quantitatem, vel naturam, quam propter se. ff. de fund. dotali. si seruus. §. locaui. & hoc in locatione rei. Sed ista solutio non concludit in locatione opere, uel rei & opere, ut ff. locat. l. sed addes. §. item cum quidam. & ideo dic, secundum Pet. & Bar. quòd etiam iste dicitur certus propter mercedẽ conuentam: quę conuentio mercedis cadit super certo & incerto. & in correlatiuis unum propter aliud redditur certum & intelligibile, l. 1. ff. de rebus dub. Pręsumitur ergo, quòd illud factum tantum valeat, quantum locatum fuit, ff. de do. causa mortis, l. mortis causa. §. Titia. & ideo duplum huius, tanquam interesse commune, vel conuenti, excedi non potest. & idem sentit Iacob. Butrig. & sic ex adiuncto aliquid certificatur, & coarctatur, ff. de uino, tri. & oleo leg. l. fi. §. cui dulcia. Bal. ¶ Item nota, q quoddam est interesse rei, quoddam circa rem, quoddam extra rem. Interesse rei est bonitas rei, vt pretium, vt l. vinum. ff. si cert. petatur, & l. cum quid. & l. in hac. ff. de tritic. de act. emp. ratio. §. fi. Interesse circa rem est, quod rei accedit, vt hæreditas seruo relicta: & istud etiam venit tanquam cohærens & connexus ff. ad leg. aquil. proinde, §. item causa corpori cohærentis. ff. de euict. l. vendi tor hominis. Et bene dico, Circa rem. nam dicto Circa, appohra super rebus, accessionem significat, non principalitatem, vt l. Rutilia. ff. de contrah. emp. & ff. de ser. rust. prædi. l. qui duo prædia. Officium enim istius dictionis mercenarium est & nobile: & interesse istud circa rem cognoscitur hoc modo, quia sequitur rẽ, quocunque vadat: & in rem, non in personam propositum est. Item nota, q interesse intra rem, seu circa rem, est quando ipsa res, quæ fuit deducta in contractu, æstimatur, vel fructus eius: interesse extra rẽ est, quando alia res est, quæ non fuit in contractu deducta: quod nũquam venit ex mera natura contractus, quia non fuit de hoc cogitatum, sed venit interdum ex natura alterata ratione dol, culpæ latæ. ff. de act. emp. l. Iulianus. vel ratione delicti, vt lege Aquilia, quia sapit pœnalitatem. ff. ad l. Aquil. l. proinde. Interesse extra rem omnino separatur à re cõuenta. & est id quod non accedit rei, sed peritiæ. ff. ad l. Aqui. 3. ff. de aumi. tut. l. Titium & Mæuium. §. altero. Hic tamen q̃que venit. q̃que succedit pretium loco rei. ff. de rei vend. l. mater. ff. de distra. pig. l. j. de verb. sig. l. Labeo. damnum enim & commodum eius esse debet, qui suo periculo negotiatur. ff. de rei vend. l. si nauis. §. j. Item est extrinsecum quod accedit ratione fortunæ, ut si famulia famæ perit. non enim mora erat ad hoc ordinata, quia mora non excedit fines eius, quod debetur vt l. si sterilis. §. cũ per venditorem. Et hoc dicit eo de interesse damni & lucri. nam lucrum quod est in re, venit: vt remi pro quinque, quod valet actio. l. j. ff. de act. emp. ff. de min. l. in causa. la 2. §. j. lucri ext. rẽ non venit: vt si habuissem equum, vicissem hostẽ vidissem facta mea & similia: sic ff. man. l. idemque. §. idem Labeo. Lucrum circa rem est, ut hæreditas delata, vt d. l. venditor hominis. Item prodesse lucrum, lucrum rei accidentum est quasi damnum, vt ff. de bonis. quæ liber. l. liberto octuaginta. Lucrum Mercaturę solitę venit. l. 3. in fi. ff. de eo, quod cer. lo. insolitę non venit. l. fi. C. de peric. & commo. rei ven. & ff. de neg. ge. l. si quis negotia. & similia. in lucro. enim attenditur aptitudo & consuetudo, in damno attenditur actio, vt not. in l. 3. in fin. ff. de eo, quod cer. lo. Item no interesse lucri. q aut lucrum erat bonum, sed non equum, & non consideratur, vt l. sciendum. ff. ex quibus cau. ma. coniuncta l. j. ff. de inst. & iu. aut bonum & æquum: & sic aut fundatur super contractu, vel quasi, delicto, vel quasi: & venit. aut nõ habet fundamentum, & non venit, vt l. Proculus. ff. de damn. infect. Satis tamen est pro fundamento ius communis. ff. ne quid in loco publico. l. j. §. merito. ¶ Affectio duplex: quędam æstimabilis commodo pecuniario: quędã, quę nummario pretio æstimari non potest. Item non est considerandæ affectio qualis est, sed qualis esse debet cum moderamine. regulari enim debet affectio. Item interesse singulare, quod imitatur ad duplum, est interesse singularis vtilitatis, vel affectionis causatę à singulari vtilitate. nõ nuda cum cogitatione: & vtilitas ista bene cadit in sensum & in notitiã. Bald. ¶ Opponitur, q interesse veniat vltra duplum, ut l. ratio. §. fin. ff. de act. emp. Solutio. Ibi non loquitur de interesse singulari, sed de rei æstimatione, vt l. unus. ff. si certum pet. & ff. de uerb. oblig. l. quoties in diem. Secundo opponitur, q ueniat ultra. ff. de actio. emp. l. Iulianus. Solutio. Ibi fuit dolus in contrahendo. secundum Placent. uel in tradendo, secundum glos. ff. uel ibi loquitur [illegible] no ad idem. ff. ad l. Aqui. l. proin[illegible] Solut. Ibi loquitur in maleficiis [illegible] eadem interesse commune, non du[illegible] plum[illegible]

[illegible] xi. d. [illegible]

plum: vt not. Dyn. insti. de act. §. omnes. Oppono ad idem dē l. venditor hominis. ff. de euict: Solu. Ibi est interesse commune, & accessorium rei, quod rem sequitur: & potest peti totum: quia interesse commune est paruum interesse hinc inde, sed singulare interesse est respectu petentis, & pœna respectu conuenti: ideoque arctatur, ut d. l. 1. ne quis eum. & l. pe. oppono ad idē. ff. de in litem iuran. l. videamus, §. iurare. Sol. Hic interesse veritatis, ibi affectionis: in quo casu dico, quòd poterit esse minus duplo, non plus, per hanc legem, secundum Iacob. de Are. Opponitur, quod non debeat duplicari interesse commune, sed conuentum. ff. de act. empt. l. Titius. Sol. Ibi speciale, ut interesse commune non possit peti ultra duplum conuentum, ne facto venditoris emptor minus oneretur, argumen. ff. de rei uend. l. in fundo. Per. d. cit, quod illa l. Titius. idem dicit, quod l. 1. C. de senten. quæ pro eo, quod inter quod est falsum: quia lex, Titius, loquitur de communi æstimatione, & eam taxat: hic autem de singulari. Oppono ad idem ff. de euict. l. cū fundus. Sol. ibi de culpa puctionali: hic de legali. nā culpa puentionalis refert se ad ptiū puctū, no ad cōe. Op. q. pœna sine ulla moderatione possit peti, ut Insti. de inuti. stipula. §. alteri. Solue, ut per Dyn. Insti. de act. §. omnis. Sed Iaco. dicit, quòd petitur, quantacunque sit, licet per nomina multiplicantia. Fallit in arrhis, C. de spon. l. fi. in stipulatione euictionis, ut l. si dictum hoc sentit gloss. Insti. de actio. §. omnis. pro hoc l. Celsus. ff. arbi. tut. ut gloss. arguendo de pactis ad legem. ff. de euict. l. si ita quis. Et est ratio differentiæ: quia per nomina multiplicantia terminus referens arctatur ad terminum, ad quem fit relatio aliqua: sed in absoluta promissione cessat relatiua adiectio: quia non est ibi relatio aliqua, arg. ff. de contrahen. emp. l. uendi tionis. in ratione sui. Oppo, quòd interesse non ueniat in lucro, ut l. si sterilis. §. cū venditorem, de act. empti. ēt si sit probabile, honestum, & certum. Solue, ut ibi per Doct. & in l. 2. ff. de eo, quod cert. Io. per Guliel. ¶ Extra scias quòd ad l. Iulianus. Iaco. de Ra. dicit, q. uenditor tenetur per uerbum ad tradendum, & per aduerbium ad factum negatiuum de culpa, quod abstet, etiam leui, quæ uenit ex natura contractus, quæ tacita obligatio per aduerbium, quia in facto. ideo in solutum interesse petitur, secundum Iacob. quod reprobo: quia habet mutuam recompensationem, ut dixi superius. Vel dic cum Iacob. quòd recompensatio relatiua respicit lucrum, non damnum: sed obligatio doli respicit etiam dolū, ut l. Iulianus. & hæc vera Bald. ¶ Item scias, quod Pet. extra opponit de l. liber homo. §. fin. ff. de verb. oblig. ubi peritur totum interesse singulare, putà pœnæ incursæ, & uenit etiā ultra duplum. Sol. Ibi datio reputatur factum: nam datio in persona tua nō est datio, quo ad me, sed factum. ff. de sol. l. qui res. §. qui Romæ. & sic non habet certam quantitatem uel naturam, secundum Bar. sed falsum est, q. ipsa quantitas, cum ex seipsa constet, habet certam naturam & mensuram. nam, ut concludendo dixerim, quantitas, pondus, mensura, species, genus & factum, quod habet mutuam præstationem de aliquo prædictorum generum, dicitur certa quantitas, quo ad hanc legem. Casus autem incerti dicuntur, ubi commune interesse non cadit. uel non constat de eo: uel ubi est factum sine recompensatione, uel cum pari recompensatione, ut facio ut facias. Et ideo ad l. liber homo dic, quòd ibi res, quæ debetur, non afferebat interesse commune agenti. & ideo non venit totum singulare. ibi enim non affert mihi solutio alteri fienda intrinsecam utilitatem rei & dominium, licet afferat commodum liberationis. Bald. Prætendere interesse, est quoddam pati: & si est passio communis, id est, communiter considerata, est interesse commune: si singularis, est singulare. Et est simile, quòd ubi non cadit interesse intrarem, uenit extra rem. ff. de in lit. iur. l. nummis. & de edend. l. argentarius. §. cum autem iuncta l. postquam. de pactis, nisi ficte, l. 1. C. de donatio. l. locū. §. condemnatio. ff. de tab. exhib. Et no. quòd omne interesse finaliter in quātitate consistit. ff. de re iudic. l. si quis ab alio. §. final. & uenit in contractibus innominatis, etiam do ut des. ff. de rerum permutat. l. 1. in fin. & not. Insti. de actio. §. actionum. & C. de sent. quæ pro eo, quod inter. l. 1. Cum ergo, diffinitur interesse, quod est damnum, expone, id est, quantitas damni: & sic de lucro verbalis expositio est. Bal. Et no. quòd aut merum factum debetur ex dispositione legali: & tunc præcise debetur, siue debeatur ex dispositione prohibitoria, ut ff. de noui operis nunclatione. l. stipulatio. §. siue. uel ex præcepto legis, argum. ff. de pollic. l. de pollicitationibus. Aut debetur ex contractu: & tunc aut facti executio continet publicam utilitatem: & debetur præcise. ff. de no. ope. nun. l. stipulatio. §. siue. in gloss. ordinaria: aut prætoris authoritate, & tunc considera, utrum prior cogitauerit de facto, an de interesse, id est, considerat naturam stipulationis prætoriæ, ff. de procurat. l. sed & hæc, § prætor. & l. non cogendum. in princip. Aut solam contrahentium uoluntatem: & tunc aut est actum, quod præcisè debetur: & præcisè debetur vt not. ff. de donat. l. hereditas. aut non est actum. quod precisè: & tunc aut affertur interesse iustum vere & interpretatiue, & sufficit, ut no. in l. 1. ff. de ac. emp. Aut nō est iustū, saltē interpretatiue, ut q. a dño, cui pmissa est reuo, displicet; & tunc præcisè, vt ff. de rei vendic. l. is qui dolo. cum l. seq. Aut factum debetur ex vltima voluntate: & tunc aut eius impletio respicit pietatem, aut decus publicum: & præcisè debetur, ut ff. de lega. 3. l. fideicommissa. §. si non opem. nam commutatio fieri non potest. ff. de vsufr. l. legatum. Si respicit priuatum interesse, idem, quod in contractibus. Bald. Et not. quòd licet commutetur interesse, non fit nouatio: quia venit ex dispositione legali, ex qua nouatio non fit: quia stipulatione, non lege nouatio peruenit. l. fin. C. de nouat. & probatur ex coniunctione duarum legum ff. de condictio. furt. l. si condicatur. & l. in re furtiua. de verb. ob. l. scire debemus. §. fin. Sed in pœna dic, ut per Gulie. in §. si pactis, De interesse, vtrum possit peti iure actionis: certum est, quod sic, de interesse conuento: sed de interesse cōmuni & singulari dic, quod aut petit ratione morę, aut culpę, aut ratione euictionis. Si ratione morę, aut est factum merum, & peti potest iure tacitæ cōuentionis ut in d. §. Celsus. aut facti mixtum. & dic, vt in l. 1. de act. emp. aut datio. & tunc aut ex contractu nominato, aut ex innominato. primo casu præcisè est obligatio ad rem: secundo casu est interesse in obligatione. Si ratione culpę, dic, ut in l. eleganter. §. final. ff. de dolo: & in actione empti. l. Iulianus. qui est in obligatione. Idem, si ratione euictior[illegible] his, quę se. nam id, quod tacitè agitur attendi debet, vt not. in simili eod. titu. l. cum qui certarum. in princip. & ff. quando dies leg. ced. l. Firmio. Bald.

ADDITIONES NOVAE.

* De fructibus no. in l. fructus. ff. sol. ma. de multiplici fructu, Bal. in l. ancillę. C. de fur.

An in eodem libello possim petere rem & fructus, not. in l. fundi. & l. fundum. de exce. fac. Bal. in l. 1. C. de fruc. & lit. expen. vbi quærit an fructus veniant sine petitione libellarij.

Casus in quibus possessor etiam cum titulo tenetur de fruc. percipien. not. in l. sed & parcus. quod mer. cau. & l. si fundum. de rei vendic.

De materia fructuum percipiendorum, & quando sit vtilius petere fundum, & quanti plurimi valuit à tempore moræ quam peteret fundum cum fructibus, & quæ & qualis, & in quibus sit differentia inter ista, & quæ differentia sit quo ad fructus inter actiones bonæ fidei & stricti iuris, Bart. in l. si filius fam. §. si fundum. de verb. oblig.

Nota quòd in iudicio vniuersali quis citius & facilius obligatur ad fructus percipiendos, quia statim post motam controuersiam quam in iudicio singulari, vbi demum post litis contesta. vt nota. per Iacob. Butr. l. 1. C. de peti. hæred. & ibi ponitur ratio.

In l. cum quis per suasit. de dolo. nota q. si aliquis turbat vel inquietat colonum meum, vel ipsum spoliat, vel insultat ad domum, & possessionē meā propter quòd colonus meus non audet stare nec laborare. quòd contra talē competit mihi domino actio de dolo ad interesse meum, quanto minus recolligam propter causam dictam, Inno. in c. dilectus filius. de appel. & hic. in fin. huius legis.

An ille qui est missus in possessionem ex aliqua causa faciat fructus suos de hoc per Bar. in l. is cui. §. quæri potest. vt in possess. leg. & in authen. de exhib. & introd. re. §. si vero. sed pone q. aliquis creditor petebat debitum à debitore; & quia non soluebat sibi fuit missus in possessionem bonorum: & data fuere sibi in solutum minus solenniter. hic creditor multo tempore tenuit dicta bona: postea debitor vult soluere debitum, & bona sua repetere, ac etiam fructus per dictum creditorem perceptos. creditor autem dicit quod sunt bonæ fidei: not. in l. Paulus. de fideiuss. per dom. Argentinum. quòd non imputentur fructus. fac. l. fructus. ff. de vsur. In contrarium fac. gloss. in l. 1. C. de fide instrumen. & iur. hast. fis. lib. 10. super verficu. mala fide. Item fa. gloss. in l. si fundum. C. de rei vend. in quarto casu fallentiæ. nam & hic potest dici emisse a fisco, qui ei in solutum dedit, præcipue per statuta Mediolani de datione in solutum minus sollenniter facta, not. per Barr. in l. si non sortem. §. si centum. de cond. indeb. & ibi etiam per Bal.

An possint peti fructus plurium annorum, not. in l. diuortium. solu. mat. & de impen. in re. dota. fac. l. fin. fac. ad not. in l. j. C. de vsu. & fruct. leg. Bart. in l. sequitur. §. fructus. ff. de vsucap.

An possint peti fructus vel æstimatio eorum, Bar. in dic. l. diuortio. §. ob donationem. so. ma. & l. cum de his. de his qui. vt ind.

Nota q. illę leges quę dicūt q. fructus ex re quos percepit bonę fidei possessor tenetur restituere debent intelligi nisi per triennium possederit. Cyn. in l. ancillę. defur. Barto. in l. sequitur. §. fi. fructus. de vsuc. Bar. & Bal. in §. ob donationes.

In l. apud Iulianum. de legat. j. nota ex hac l. quòd illud quod dicitur, quod quis teneatur de fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt, scilicet a petitore, not. in l. & ex diuerso. & l. si nauis. de rei vendica. fac. cap. grauis. de restitu. spol. in fin. Bal. in l. domum. C. de rei vendica. Ang. in l. & ex diuerso. ff. eo. tit.

Nota q. cum aliquis vult aliquem in fructibus condemnari, debet fructus ipsos liquidare. alias in sententiam non veniunt. & hoc per l. si secundo nupserit mulier l. j. ex quo dicitur, q. licet in sententia dicatur, Condemnamus Titium ad fundum & fructus, q. nisi sint liquidati fructus, non tenet sententia in eis. & ita refert Cyn. & Bald. ibi in l. cum propria. C. si quis alteri vel sibi.

Nota q. si ago ad rem, & in libello non peto fructus, vel si petij iudex de ipsis nihil dixit, vel pnūciauit, nō possum agere ad ipsos fructꝰ. vt c. grauis. de resti. spol. & ita dicit Bal. fore in damnis & interesse, per ea quæ not. in l. si quis missum. §. iudex. de dam. infe. & hæc sunt vera, quando fructus petuntur vt accessorium, secus si vt principale, secundum Inno. ibi, & in ca. sacro. de sen. ex com.

Si volo petere interesse alicuius domus meę destructe occasi. quomodo petere debeam, & quid probare habeam, Bar. in l. cum emptor. §. deducto. de dam. infec.

An in criminalibus veniat interesse, gloss. quod sic in l. fideiussor. §. fi. qui satisf. cog. glo. contraria in l. si quis reum. de custo. reor.

Circa petitionem interesse vide Barto. in l. si mihi vsum fructum. de vsu fruc. leg. & quomodo debeat peti interesse. Bartol. in l. certi condictio. ff. si cert. pet.

Nota q. interesse conuentum quod dicitur æstimatio non excedit nec minuitur, nec mutatur, l. si inter virum, de iur. dot. C. fallit in l. si ita stipulatio. de ope. lib.

Nota q. interesse dicitur esse in obligatione alternatiue. no. gloss. in l. hæredi. de donat. an autem interesse sit in obligatione. glo. in l. si quis ab alio. ff. de re iudica. tenet q. non. alia glo. in l. stipulationes non diuiduntur. tenet cōtrarium, & illa approbatur.

Nota q. vbi lucrum cum alterius iniuria venit, eius ratio haberi non debet, notat gloss. in l. si quis vxorii. §. si seruus surreptus. de fur. de hoc not. in dic. l. stipulationes non diuiduntur. & l. j. C. de senten. quę pro eo quod interest.

Nota q. interesse quod est in tempore iure actionis attendi non debet. ad hoc l. pater in fin. de cathren. pecul. [illegible] de verb. ob.

minos, ideo possunt subditi defendere & assistere defensioni, & appellare. Inn. in c. auditis. de præscr.

In l. qui solidum. de leg. 2. si reus objcit exceptionem pro parte nisi petitor dicat se paratum partem aliam recipere, non est in mora ille à quo petitur. vt hic & in l. in fideicommisso. de vsur. & est ratio, quia si petis à me totum, non est verisimile quod velis recipere à me partem, quia non cogeris recipere nisi soluam totum, l. Lucius. §. tutor. ff. de vsur. & ideo debes dicere, tu petitor da mihi partem de qua confiteris, ad hoc vt super toto committatur mora. quod not.

In l. 3. §. in hac commo. not. quòd si statutum dicit, quòd damnum emendetur à rusticis, & quod de æstimatione damni fletur sacramento damnum passorum, vsque ad certam quantitatem, nam cum interesse veniat hic iure actionis, iudex debet deferre sacramentum. si diceret, iuro me tantum damnum passum esse ex tali facto, nisi se referat ad tempus damni dati. potest enim esse quod plus interest quam tempore damni dati, quod non debet inspici, vt l. ubi aut. §. j. de eden. & l. id quod. §. j. de const. pec. vide Bar. in l. 3. §. in hac. commo. Item ex hoc §. quæritur quando petitur executio instrumenti continentis debitum vini vel bladi vigore statuti, an habeat ratio æstimationis à tempore moræ, secundum opi. gl. an non: quia officiū iudicis exequentis se ad hoc non extendit, si super instrumento solum petitur executio, & tempore instrumenti facti videtur lata sententia. ergo, &c. sed secundum opinionem quam teneo, quod etiam post sententiam crescat æstimatio, tunc habetur ratio huius æstimationis. & ita seruatur, quod indubitanter puto verum, secundum iura cano. Bar.

Nota quod fructus non compensantur cum quantitate, nisi sint consumpti Bar. & Bal. in l. diuortio. §. ob donationem. ff. solu matri. nam sicut non possunt solui pro quantitate, ita nec compensari. & sic limitantur illa iura quæ dicunt quod fructus extenuant sortem: quia debet intelligi si sunt cōsumpti.

In l. fina. ff. de eo quod certo loco. Bartol. quærit an sorte soluta remaneat petitio pœnæ, vt l. si pro fure. de condi. fur. Item si creditor recipiendo sortem protestetur esse saluum ius suum super interesse, an per hanc protestationē ius suum sibi reseruauerit. hæc qō resident in hoc, an recipiendo sortē pdatur petitio interesse rōne tacitæ uoluntatis vel tacitæ remissionis, an ex alia iuris necessitate. Bar. dicit q̄ si quidem recipiens expresse liberat soluentem à sorte, protestando quod sibi remaneat ius saluum in petendo interesse. quod non possit sibi reseruare: sed si non liberaret, sed simpliciter sortem reciperet cum illa protestatione, tunc protestatio prodest in hoc quod non videatur liberatus à sorte, sed remaneat petitio sortis, propter interesse. hoc prob. in l. 3. §. hoc autem. & §. item Iulianus. eodem titul. possumus etiam dicere quod quando liberauit à sorte sub protestatione quod remaneat petitio interesse, quod si quidem reus soluens consensit, possit interesse peti non vigore officij iudicis vel actionis sublatę, sed noua actione præscriptis verbis, quæ oritur ex quodam contractu innominato iure solutionis celebrato. sed si libero hoc pacto quod habeam interesse, & sic cum debitor liberatus sit sine causa possit agere sine condictione sine causa, vel ut ponat se in pristinam obligationem, vel possit petere interesse: verum quia istud interesse erat paruum petetur istud interesse principaliter omisso circuitu, ut l. si mulier. de condi. ob causam. & l. si quis accepto. eo. tit. Bar.

In l. certi condictio. §. quoniam. si cert. peta. fac. ad quæstionem, statuto cauetur, quod non possit probari debitum vltra libras 20. per testes. pone quod promisisti mihi resarcire omne damnum quod paterer ex tali causa; & de hoc apparet instrumentum: vnde cum passus fuerim damnum vsque ad centum, illa peto, & promissionem probo per instrumentum, damnum & interesse probo per testes, an ista probatio sufficiat, domin. Iacob. determinat quod sic. nam statutum dicit quòd non possit probari vltra 20. libr. per testes nota quòd dicit debitum non de summa debiti: debitum autem & creditum dicitur quando fidem sequor alterius, l. 1. eodem titul. nec dicitur propter sententiam: istud autem quod fidem alterius sum secutus probatum est per instrumentum, ergo debitum est probatum per instrumentum. præterea ponamus quod ista duo conficiant vnum tantum, scilicet instrumenta & testes faciant vnam perfectam probationem. quia testes non sufficerent sine instrumento, nec instrumentum sine testibus: sine dubio verum est dicere quod ista probatio non est facta per testes, sed est facta per testes & instrumenta, & statutum solum respicit probationes quæ fiunt per testes. pro hoc fac. l. hic posita. nam licet text. hic dicat q̄ contrahitur re & verbis gl. exponit verbis, tamē interueniente re. ita in quæstione nostra debitum probatur per instrumenta & per testes ad declarandum debitum, non enim testes probant debitum, sed interesse, ex quo declaratur debitū. debitum autem probatur per instrumentum. Bartol. Bald. de hoc. in l. 1. de leg. 2.

In l. vinum. si certum petat. Bald. dicit quod gloss. dicit quod non petitur æstimatio in libello, tamen iudex condemnat in centum: quia ven. t officio iudicis. Innocent. dicit quod æstimatio debet peti in libello, capitul. sacro. de sentent. ex communic. gloss. in l. si quis missum. §. fina. de damn. infect. dicit quod interesse præteritum ante litis contestationem debet peti in libello, sed post licet non debet peti. Alibi dicit gloss. quòd forma sententiæ sit restringenda ad formam petitionis, l. in hac. de triti. & ideo est tutius petere in libello, nō tanquam debitum, sed officio iudicis mercenario. sed secundum gloss quæ est in rubric. de interrogato. actio. non est necessarius libel. pro eo quod veniat officio iudicis sed ill. gloss. loquitur quando officium iudicis non respicit condemnationem, sed processum causæ. Videamus qualiter debeat formari libellus, quid debeat probari, & qualiter debet formari sententia. Circa primum aut fuit certus terminus assignatus solutioni, puta vindemiarum, & sic concipitur libellus: Coram vobis domino Bartolo iudice, nario ego contra Titium & contra quamlibet personam pro eo in iudicio legitime interueniente, dicēs, quòd ego mutuaui sibi decem corbes frumenti boni & nitidi: quas promisit mihi reddere in [illegible] menti eiusdem bonitatis: dico insuper quòd in dictis nundinis corbis frumenti eiusdem bonitatis communiter valuit quinque: & ita communiter emptum & venditum fuit frumentum tempore dictarum nundinarum: dico etiam quòd frumentum non valuit minus quam valuit tempore dictarum nundinarum, quo debuit fieri solutio: dico etiam quod prædictus Titius denegat & recusat mihi reddere dictum frumentum, & æstimationem qua pluris fuit dicto tempore: quare peto eum condemnari debere per vos & vestram sententiam, ad dandum & restituendum mihi decem corbes frumenti æquè boni cum æstimatione quanti plurimi valuit tempore prædicto, & cum æstimatione quanti plurimi valuerit seu valere contingerit vsque ad sententiam diffinitiuam ipsumque condemnatum cogi & compelli ad soluendum remedijs opportunis, & peto in prædictis procedi contra eum & contra omnem personam pro eo legitime interuenientem omni modo, iure, & forma, quibus melius possumus, saluo iure addendi diminuendi, supplendi, interpretandi & corrigendi vsque ad finem causæ, & nota quare tot verba pono. nam in primo allego libellum contra eum, & contra quamlibet personam pro eo legitime interuenientem: omni modo, iure & forma quibus melius possimus, hoc dico: quia si reus minor est, ut videatur in ius vocatus à persona legitima, l. 1. §. sufficit. de administrat. tutor. & l. prima. de condict. furt. sed in dubio ipsemet debet curare, vt legitimè compareat, alias contumax reputatur, l. si minor. de bon. authorit. iu. poss. sed in maiore hoc addito, vt si persona procuratoris compareat etiam in rem possit formari sententia de electio. capitul. querelam. & l. j. de sentent. & interlo. omn. iudic. idem tamen si hoc non esset specificatum in libello, quia in procuratorem transfertur instantia etiā vnius articuli si fiat ad vnum articulum. ff. de procurato. l. in causæ. §. si ex causa. de curato. constat. ff. de euict. l. si ideo. §. primo. Secundo deduco in libello tempus solutionis: istud est de substantia opponere, quia oritur ius ex tempore, sed in his in quib. non oritur ius ex tempore vt l. 3. de institutio. non oportet adijcere tempus, vt l. ob carmen. §. primo. de testibus. nisi in maleficijs. ut l. libellorum. ff. de accusationibus: quia libellus in criminalibus debet esse certior, & magis coarctatus ad hoc ut reo sit apertus imo secundum quosdam etiam libellus citatorius debet esse certus in criminali, & debet factum, locum, & tempus continere, l. 2. de dila. & hoc rationabile saltem vbi contumax pro confesso habetur ex forma statuti, nam ignorās non videtur consentire nec fateri, l. si. C. plus valer. quod agi. & l. nec ignorans, de dona. & c. 2. de confess. libr. 6. Alij dicunt quod sufficit quod citatio se referat ad libellum oblatum iudici: quod videtur verius, cum citatio possit fieri viua voce, & etiam per nuncium, & tamen nuncius nesciret dicere formam libelli specifice, l. quotiens in fin. de dignit. libro. 12. & fac. C. de ferijs. l. fina. quia est certum quod citatio debet esse legitima, alias quicquid sequeretur ex ea non valeret, vt l. neque. de verbo. signific. & l. prima. de fer. Item facta à iudice competenti, vt C. ne de statu. defunct. l. si pater. & capitu. vt debitus. de appellat. Tertio deduco communem æstimationem, quia commune interesse hic debet considerari, ideū commune partium, vt l. pretia. ad l. Falcid. & l. iij. §. fin. de eo quod certo loco. Item deduco negligentiam quæ præsumitur ex lapsu certi temporis, vt l. magnam. C. de contrah. & commit. stip. Item pono illud quanti plurimi, ideſt quantum plus est in æstimatione, simul tamen cum frumento. nam in sola æstimatione principaliter fundari non potest libellus & iudicium. ut l. si in iudicio. de re iud. & l. fin. in fin. de condi. indeb. Item ideo dico peto frumentum æquè bonum, ut non dicar petere frumentum quod non reperitur, l. quidam. §. final. de vino, vti. & ole. leg. Item ideo dico peto compelli, ut non sit necessaria in executione noua petitio, si per officium, iudicis iam imploratum fiat: quia sufficit semel esse petitum, l. iij. §. hoc autem. de damn. infect. Item ideo peto procedi omni modo &c. vt non videar me adstrinxisse ad certam legem, nam si peterem procedi secundum formam iuris simpliciter, dicunt quidam quod intentassem viam ordinariam iuris communis, & non posset procedere ordine tradito à statuto, quia ius simpliciter prolatum significat ius Romanorum, Institutio. de iur. natur. §. sed ius quidem ciuile, in fin. Dico quod licet in actore sit forma petendi, tamen forma procedendi super petitis stat in iudice & pertinet ad officium residens in iudice, & si habet plures vias, potest vti qua uia & qua authoritate vult, argument. l. nec quicquam. §. de plano. de ofic. proconsul. & leg. Innocent in capitul. cum ex officij. de præscript. Item dico saluo &c. non quia possim derogare, l. edita, de edend. sed non videar me adstrinxisse, capitul. abbate sane. de re iudica. libr. 6. Ius autem interpretandi competit vsque ad sententiam, tamen interpretatio debeo fieri ad exponendum, non ad perimēdum, c. cum dilecti. de accu. itē debet esse congrua & verisimilis, no. Dy. in c. cum sint partium. de reg iur. lib. 6. non tamen confidat obscure loquens in ista interpretatione, quia si super obscuro capitulo producit testes, nil sibi prodesset postea interpretatio, quia culpa actoris non valet dictum obscurum. extra de proba. capitul. in præsentia.

An sola possessio ciuilis vel naturalis sit sufficiens ad acquisitionem fructuum, Bal. in l. certum. C. de rei vendi.

Nota q̄ si petitur fundus cum fructib. perceptis qualiter probetur perceptio, Bal. in l. certum. C. de rei ven. alias l. si fundum.

Quid contineatur appellatione fructuum, Bald. in l. coheredibus. C. fam. ercis. fac. l. fundi Trebatiani. C. de vsufru. leg. & l. defuncta. de vsufru. & l. si vrbana. de condi. indeb. & c. general. de elec. lib. 6. & l. frugem. ff. de ver. signific.

* An expensæ factæ ad perpetuam rei vtilitatem compensentur cum fructibus. Bal. in l. diuortio. §. impendia. solu. mat. & ibi glos. quod non. Contrarium not. in l. emptor. & in l. in fundo. ff. de rei vendi. dic quod si habet causam ab agente fit compensatio: alias secus, etiam no. Bal. in l. insulam. §. fructus. eo. titu.

An fructus intelligantur deductis expensis. Bald. in l. fructus. sol. matri. distingu[illegible] quid sit fructus. & l. si à domino. §. fina. de petitio.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fructus rei legatæ fiunt legatarij à tempore mortis testatoris. Bal. in l. legatis. C. de vsur. & fruc. lega. & not. s.

Creditor tenetur de fructib. perceptis, & quos percipere potuit. l. 2. C. de pign. actio. facit decrescere. verbi gratia obtuli tibi æquum tempore debito, qui tunc valebat decem, nunc valet 20. Iac. de Aret. dicit q; mora creditoris non facit decrescere æstimationem. petrus tenet contra, quia contra eius non debet claudicare, ita Alb. in l. vinum. ff. certum pet. fac. l. si hominē in fi. ff. man.

An si bonæ fidei possessor perdat boues dum laborat bona, alias non perditurus, recuperabit tanquam sumptus factos causa colendi. Bal. in l. j. de fruct. & lit. expen.

Quod mala fidei possessor non tenetur de fructibus qui percipi potuerunt ex re possessa melioratione facta, industria & artificio possessoris. Ang. in l. fin autem. s. fi. ff. de rei vend. alias si certum eo. tit.

Differentia est inter fructum ciuilem & naturalem, Albric. in l. diuortio. ff. sol. mat. Ange. in l. si nauis. ff. de rei vend.

De libello in quo petuntur res cum fructibus perceptis & percipiēdis, debet intelligi vsque ad sententiam. Angel. in l. Iul. §. idem Iul. ff. de rei vendi.

Differentia est an verbum fructus proferatur ab homine in contractu. de quo per Ang. in l. si a domino. §. h. ff. de petit. hære.

Nota quod si quis possideat rem cum titulo qui sit nullus, an teneatur de fructibus qui percipi potuerunt, Ange. in l. sed & repertus. ff. quod metus causa.

Nota quod iuramentum in litem, licet locum habeat contra tutorem & hæredem eius, non tamen contra fideiussorem tutoris: ratio, quia primi tenentur ex contractu tutelæ, qui est bonæ fidei, fideiussor tenetur ex stipulatione quæ est stricti iuris, in qua non iuratur in litem gloss. est not. in l. fine hærede. in princip. ff. de administrat. tuto. ex hoc sequi videtur quod cum statutum Mediolani de damno & interesse interpretetur & seruetur tantum in contractibus bonæ fidei, quòd si soluta sit sors ex contractu bonæ fidei non possit amplius peti interesse, quamquam sit in stipulatione deductum: quia ex contractu bonæ fidei peti non potest, l. nij. C. depositi, nec ex stipulatione quæ est stricti iuris, vbi non habet locum statutum, nec ob. quod stipulatio sequitur naturam contractus cui apponitur. l. si legati. de lega. 1. l. si stipulatus. de vsur. quia illud verum in primo ordiali natura, puta si cresceret per inficiationem: secus in ea quæ superuenit ex accidenti per eandem gloss. sequi videtur quòd per dictum statutum non possit iurari interesse contra fideiussorem cum ipse semper obligetur ex verborum obligatione. l. blanditus. C. de fideiuss. & l. quinta. §. penulti. de verbo. obliga. quod not.

An interesse possit ab initio taxari: quia in hoc videntur varij varia dicere, ad concordiam omnium videtur sic posse distingui. Aut taxatio interesse respicit principalem rem promissam, aut debitam, aut respicit eam accessorie: si primum, & potest taxari puta si res vendita euincatur, promittit venditor pretium conuentum vel plus, vel minus, vel alio casu simili. ita potest intelligi l. fin. ff. de præscrip. ita vult Bal. in l. j. C. de sum. trini & fid. ca. post tres columnas. ver. deinde pone hanc distinctionem. & ita vide etiam Raph. de ful. ita etiam glo. in c. dilecta. de fo. comp. in glo mag. ibi. & ideo vide si est, cum allegant dic. l. fin. si vero respicit accessorie rem debitā tunc ab initio taxatur interesse, quia non fit, aut quia non datur, si primum, aut taxatur annuatim vel mensiruatim, & non potest, secundum Barto. in l. ita stipulatus. de verbo. oblig. aut taxatur pro vna præstatione tantum, & potest secundum Inno. in c. in ciuitate. de vsur. hinc est quod non puto posse taxari ab initio in contractibus qui frequentissime celebrantur in temporibus hodiernis, puta ex causa bladi vel vini debiti, vel simil. quia cum frequentissime illæ causæ apponantur, & tamen vere est mutuum, propter talem frequentiam habetur præsumptio mutui, argu. l. iusto in princ. ff. de vsucap. aut sors ipsa debetur ex causa alia, quam veri mutui vel præsumpti, & tunc puto regulariter posse taxari ab initio, sicut in contractu emptionis, vt in l. cum arbit. C. de actio. empti. cum sim. sicut in dote promissa marito, vt in ca. salubriter. de vsur. sicut in specie debita, vt in dic. l. ita stipulatus. de ver. obli & l. j. §. item si ita. ff. ad l. Falci. & l. 2 ff. de penu. leg. & l. cum fine. & l. si penum. ff. quan. dies leg. ce. Idem puta si ipsa species nō sit in dispositione. sed in conditione, vt in præ. leg. ad hanc materiam vide l. si ita stipulatio. ff. de ope. lib.

Nota multos casus in quibus potest interesse peti, & deberi sine periculo vsurarum. Bar. & Ang. in l. diuus ff. ad leg. Fal. Bal. in l. fi. in fi. C. de peti. here. & in l. 2 D. de vsur. rei iudi. & in l. hac edictali. §. his ita. de secun. nup. Alber. in rub. de vsur. C. vide c. per vestras. de don. inter vir. & vxo. vide l. si vt certo. §. si de inoffic. commodati. vbi commodatur pecunia ad pompam. vide Magistratuam in versi. pignus. vide Host. in dic. c. salubriter. de vsur. vbi enumerat multos casus.

a ¶ De pœna temere litigantium.[a] Rubrica.

ADDITIO

a Vide, quod dixi supra de expensis: quæ
Summa Azo. Institu. de pen. temp. de
tuto.

quod Ioann. omiserat. dixerat enim Azo. quod in genere tradi poterant tres pœnæ, scilicet corporalis, pecuniaria, & famæ: quod de prima dixerat Azo. omiserunt isti clerici & prælati. Sed Innocentius eis maior, id nō curauit, qui de illa posuit in decretali, qualiter & quando. 2. de accus. in gl. magna, quæ incipit, dicit Inno.

SVMMARIVM.

1 *Pœna temere, seu calumniosè litigantis quæ sit.*
2 *Temerè litiganti semper est pœna pecuniaria imponenda.*
3 *Temerarius circa propriam scripturam, vel numerationem sibi factam, si de mendacio conuincatur, in duplum est puniendus.*
4 *Consuetudo in diuersis curijs circa pœnas infligendas, est varia.*
5 *Calumniosè episcopum accusans quæ pœna teneatur.*
6 *Quælibet ferè ciuitas sua statuta circa pœnarum inflictionem obseruat.*
7 *Statutum semper debet aliquid operari.*

DICTO De expensis & interesse, ad quæ temerè litigantes teneantur, vtile est, vt de alijs eorum pœnis aliqua annectemus.

1 ¶ † Pœna igitur temerè, seu calumniosè litiganti est, quia quandoque fit infamis per sententiam: quandoque ipso iure, puta actione furti, vi bonorum raptorum & iniuriarum, de dolo, & sepulchro violato, & expilatæ hæreditatis, & in actione in factum, contra mulierem calumniosè missam in possessionem causa ventris & in actione tutelæ, mandati, depositi, & pro socio, quæ directè infamant, vt hæc omnia probantur Institutio. de pœna tempo. litig. §. ex quibusdam. sexta quæstionis prima. infames & capitul. quicunque. C. de appellation. à proconsulibus. 22. quæstion. 5. si quis coniunctus. lxxxvij. distinction religiosum. & supra. de delat. iur. verficul. vt autem. & melius in Repertorio nostro, in titu. de infamia. ¶ † Item temerè litiganti

2 semper imponitur pecuniaria pœna: puta si filius, vel libertus sine venia iudicis parentes, vel patronum in ius vocauerit, punitur in quinquaginta aureis, vt Institutio. de pœn. tempo. litig. in fin. & si soluendo non sit, verberibus castigatur, ff. de in ius voc. l. penultim. & fin. 2. quæstion. prima. prohibentur. 12. quæstio. 2. qui manum mittuntur. 4 quæstion. tertia. versicul. item lex Iuli. Item in actione legis Aquiliæ, & in actione legatorum vi retentorum punitur pœna dupli, Institutio. cod. §. aduersus. & 13. quæstion 2. oblatæ & capitul. clerici. Item negans per mendacium se possidere, perdit possessionem, ff. de rei vend. l. penu. Item in noxali, si negat se possidere seruum, vel animal, quod

a dedit noxam, per illud, [a] ff. de noxa. si seruus depositus §. si ne-
3 gauerit. ¶ † Item temere litigans circa propriam scripturam, vel circa numerationem sibi factam, si conuincatur de mendacio per testes, vel per instrumenta, punitur in duplum. Si autem conuincatur per sacramentum sibi delatum, punitur tantum in expensis, vt in authentic. de trienn. & semiss. §. studium. Item vocans alium temerè in ius, punitur circa viatica & sumptus litis, ff. de iudic. cum quem. extra, de pœnis calumnia m. C. de fruct & lit. expen. l. prima. & 2. de quo dic, ut supra. de expen.

4 ¶ † Breuiter [b] circa pœnas huiusmodi inferendas te referas

b ad varias consuetudines, quæ in diuersis curijs obseruantur, 76. distinctio. utinam. extra, de eo, qui mit. in poss. causa rei seruan. capit. cum venissent. Quædam tamen personæ sunt, quæ non tenentur ad hanc iuris acerbitatem, C. de episcop. aud. tam demen-
5 tis. de hoc vide supra de actio. seu petit. §. sequitur. ¶ † Item qui calumniosè accusat episcopum, etiam coram iudice competenti, punitur in 30 pondo auri, ut C. de episcop. & cleri. si qua per
6 calumniam. in princip. ¶ † Sed quæritur, utrum leges maleficia punientes locum habeant hodie, cum ferè quælibet ciuitas sua sta-

ADDITIONES.

a Perdit illud. ¶ Posuit Io. de Deo: sed dicere debuit cum Azo. perdit arbitrium deditionis noxæ: & sic dicit lex. Non poterit ergo illud dare pro noxa actori inuito: quod prius poterat.

b Breuiter. ¶ Secundum Io. de Deo, vbi supra; quia finita sunt verba Azonis, quæ ponere voluit auctor. hoc dico propter id, quod dixi supra: & qa dabat etiam Azo casum legis, cum de indebito, quem ponit decretalis vltima de solut. subdebat etiam Azo, quod isti sunt legales frænites contra calumniantium iniquitates, de quib. loquitur proœmium Institutionum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

stia statuta habeat super quolibet maleficio, præsertim in Italia? Quidam dicunt, quod statutum municipale tollit leges de hoc tractantes, arg. ff. de iud. cum prætor. ff. de pœnis, hodie. C de infamibus, & si seuerior. ¶† Statutum enim debet aliquid operari & facit ff. de pœnis, l. j. & l. interpretatione. Alij contra, quod iudex, siue Potestas possit imponere pœnam legis, si sit maior: quia sic iurat, in auth. iusiurandum, quod præst. ext. de iureiuran. uenientes. Item si condemnat in maiori: ergo & in minori, ff. de arbit. diem. de hoc ſ. tit. proximo. §. j. uer. primo.

ADDITIO.

Versicu. primo. ¶ Vber. de Bo. recitabat super l. tutoris. C. ad l. Iul. de vi pub. & pro hanc quæstionem fuisse Ianuæ: & hoc habito cõsilio peritorum diuersarum ciuitatum, fuit lege municipali obtentum super maleficio: & si expresse non tollat legem communem tamen tacitè illam tollere, & solam municipalem debere seruari. & facit, quod not. Institut. de offic. iudic. in princip. & fertur Alberic. Papien. simpliciter hoc dictum tenuisse: cui aliqui assentiunt, & apparet mens statuti volentis suam pœnam subrogare pœnæ legali, argument. ff. si quis cau. si eum. §. qui iniuriarum. facit de baptism. maiores. post prin. aliàs secus, secundum ipsos. Ipse tamen Vber. in cauil. vbi de agente criminaliter, in charta 6. Ioan. de Deo in lib. 2. sub eodem titu. consuluit, accusationem fieri vtraque lege, vt iudex vtraque, vel altera uti possit, prout voluerit: sed si cogatur eligere statutum, quia posterius, & de iure codici. l. diuus. Guil. de Suza. in l. 4. C. de sepulchro violato, tenet, quod ambabus pœnis puniri non debet: quia non debet quis fieri duabus legibus reus, ff. accusa. senatus. in fin. sed quantum plus est in vna, quam in reliqua, ff. vi bonor. raptor. l. prima. de action. & obligatio. cum ex vno. & lege, qui seruum. & l. quoties. §. primo. & l. plura. vnde consuluit illam maiorem legalem imponendam quæ includit minorem, quam imponit statutum: & sic satisfiet vtrique vide quod in d. l. 4. notauit Cyn. in vltim. quæst. & quod dicat Iacob. de Bel. in q. quam posuit C. de requir. re. in 3. membro q. qui tenet. legem municipalem derogare iuri communi in loco, &c. ADDE, an per pœnam statuti sit sublata pœna legis, Bald. consi. 220. 3. lib.

¶ Bald. de Pœna temerè litigantium.

AN pœna statuti tollat pœnam iuris communis, versicul. fina. per G. C. de sepulchro violan. l. qui sepulchra. per Cyn. vide supra. de accusat. §. 2. Statutum si sit legi contrarium, derogat legi, quia posterius est, infra tit. 8. in princip. G.

FINIS.


REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg.

Omnes sunt quaterniones præter Gg qui est ternio.

AVGVSTAE TAVRINORVM.
Apud hæredes Nicolai Beuilaquæ. 1578.


Th.
992a


SPECI
LUM
LIRIS